6
3-C
9
M

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
3 H
27

Ex Bibliotheca
najori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-3.C.9

74.5.50
74
C
85
74
C
54

ANTIQVITATVM ROMANARVM PAVLI MANVTII LIBRI DVO,

VNVS DE LEGIBVS, alter de Senatu.

ACCESSERVNT INDICES RERUM memorabilium.

BIBLIOTECA

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote. M. D. LXXXII.

PAVLI MANVTII AD ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM, HIPPOLYTVM ESTENSEM, Cardinalem, in librum de Legibus prafatio.

Mnes artes, atque omnes res, HIPPOLYTE Princeps, & Cardinalis, modò augeri, modò minui, nec easdē perpetuò esse satis inter omnes constat. patet hoc quidē oculis primū, deinde etiā mentibus. oculis notamus euenta: mēte, cur quidq; eueniat, quóue referenda sit quisq; rei mutatio, intelligimus. itaq; lapides, & metalla, quæ omniū durissima sunt, quæ vis hominū frangere vix potest, hæc tamen consumit, & conficit vetustas. quidquid ex partibus aliquādo coijt, & concretū est, id easdē in partes aliquando dilabatur, ac dissipetur, necesse est. habet hoc materia illa, vnde res oēs constant, vt formæ mutationem quærat, idq;, quod sequitur, assecuta, migrat in alias naturas, quasi quod appetijt, eo nunquā esse contenta videatur. neque vero hæc naturales tantū ad res conditio pertinet, sed inuenta quoq; hominū, operaq; attingit. mores, consuetudines, loquendi ratio, quā Linguā appellamus, leges ipsæ, quas ne quid vnquā ex hominum memoria deleat, in æs incidimus, omnia demū, quæ ab arte naturā imitante fluxerunt, quotidie mutantur, ac tolluntur, non modò ab externis caussis cōtra voluntatē nostram, verùm etiā à nobis ipsis, quia tēpus ita postulet. sed artes liberales, optimaq; studia, quæ nusquā magis, quā in Italia, honor aluerat, atq; auxerat, ætas nulla magis afflixit, quām cū Romani Imperatores, Imperij sede in Thraciā trāslata, Italiā

barbaris nationibus diripiendam, ac deuastandã re-
liquerunt. quod nisi superioribus annis principes, ac
Pontifices aliquot, maximè verò Leonis X. egregia,
propeq; diuina liberalitas huic malo subuenisset,
quê Laurentij Medices, patris sui, clarissimi viri, exẽ-
plo commotũ, etiã veræ laudis cupiditas impulit, vt
iacentes ingenuas artes, magnis propositis præmijs,
excitaret: barbara credo, quod ad litteras attinet, ma
gna ex parte nunc esset Italia. dignitas omnis philo-
sophiæ, splẽdor omnis obsoleuisset eloquentiæ. sed
neq; ille huius præclari operis summã potuit absol-
uere, ereptus morte, disciplinis liberalibus nimis im-
matura: & interitũ illius tempora sunt eiusmodi cõ-
secuta, vt, quæ paululum iã luxerant honestarum sci
entiarũ studia, ea perpetuis multorũ annorum tene-
bris quasi nox quædam obscurauerit prorsus, atq; ex-
stinxerit. fatalis enim bellorum tempestas non exer-
citationem modò litterarũ sustulit, verùm, quæ sunt
in excolenda virtute positæ laudes, eas labefactauit
omnes, atq; peruertit. ac nunc quoq;, cũ pacis aliqua
spes, longo sanè interuallo, affulsisset, misera rursus
eodem malo tẽtatur Italia, veteresq; calamitate ad-
uersus bonis artibus nescio quis Genius inuehit.
Nunc te, Hippolyte Cardinalis, cui summã iuuandi
generis humani voluntatẽ, nec minimam cum vo-
luntate facultatem Deus tribuit eximiã ad laudẽ vo-
cat occasio. suscipe desertum pænè ab omnibus litte-
rarum patrocinium. collige tu, quæ alij dissipant, om
nium laudandarum doctrinarũ studia, & restitue no
bis illa, quæ vel hominũ improbitas, vel, vt alio cul-
pa deriuetur, fortunæ vis eripuit. hæc est actio digna
Cardinali, digna Principe, Hippolyto vero & Cardi-
nali, & Principe dignissima. Vidimus tuã præteritã
vitam. ab ea nihil humile, nihil obscurũ, nihil vulga
re, ampla omnia, præclara, inusitati exempli, noui ge
neris exspectantur. quæ tu, ne à te ipso dissentias, nũc
quidem magna ex parte præstabis, atque adeò iam
præstas, bonis viris, & eruditis beneficentia subleuã-
dis.

dis.quorũ ex ingenijs non dubito,quin quotidie aliquid efflorescere tuo beneficio videas.quod quia præclarum est exemplum alij sequẽtur. scribent omnes, quod quisq; poterit, illecti gloria, & commodorum spe compulsi.nam, vt coniecturam de me ipso faciã, quem esse nihil in litteris fateor : sed,vt aliquid tamen essem,laboraui:ego olim (decennũ,opinor,abijt,eoq; amplius)auctoribus duobus eximijs viris, Petro Bembo Cardinali, & Bernardino Mafæio,qui postea dignitatẽ eandem magnis in Ecclesiam Christi meritis est consecutus,dederam me ad res Romanas, illas veteres,obseruandas,& ex omnibus antiquorũ monumentis omni studio colligendas: vt,cùm illam Rempublicam, qua nulla fuit, nec erit vnquam illustrior,vniuersam animo, ac scientia comprehendissem,latinis eam litteris explicarem, egregiumq; benè,ac laudabiliter institutæ ciuitatis exemplũ meis, quatenus quidem ipse possem,scriptis expressum,posteris relinquerem. Res erat præclara, meq; delectabat vehementer, & afficiebat ipsa tractatio. itaque meam omnem industriam, omnem curam. omnes deniq; in hoc studio cogitationes fixeram,ac locarã. sed accidit iniquo meo fato,vt horũ vtrumque, Bembum primo iam senem,cuius in beneuolentia ornamenti mihi erat plurimum, deinde Mafæium nõ ætate minus,quàm virtute,florentem, in quo mei spes otij sita omnis erat,à quo pendebam totus, importuna morte ereptum amiserim.destitutus eo præsidio, quo meæ fortunæ nitebantur vno, fractus animo, ac debilitatus,institutum Antiquitatum Romanarum opus omiseram,& ad alia me cõuerteram.postea verò quàm,honorifica in primis conditione delata,magno sum à te tuo beneficio in tuorum familiarũ ordinem inuitatus, quod ego summæ felicitatis loco duxi:erectus mente,atque animo,rursus, quod abieceram,suscepi,onusq; tantum, quantum priuatis opibus perferri vix,aut ne vix quidem potest, te vno rectus egregiè sustineo.&,vt ex parte totum iudicare

posses, decem, quos exorsus sum, libris hunc de Legibus potissimum, quem ad te mitterem, delegi: non quod ita postularet ordo: (sextum enim in Antiquitatũ volumine locũ obtinet) sed quod, cum omnium librorum materies nõ modo coacta iam in vnũ à me esset vniuersa, verùm etiam satis diligenter in partes distributa: casu accidit, vt hic minus, quàm cæteri, rudis, minus esset impolitus. præterea feci libenter, tuis actionibus admonitus. leges enim hic liber complectitur. porrò leges nihil aliud, quàm rationem, nihil præter ordinem, docent, ratio autẽ, & ordo, si vsquã, in tuis moribus elucet. quippe nihil agis non moderatũ, nihil non æquabile, nihil, quod non cũ ea, quam sustines, persona, id est, cũ religione verè Christiana, ac Sedis Apostolicæ dignitate, consentiat. quare, cum omnia mea tua sunt, quandoquidẽ ego me tibi, quidquid sum, & quantus quantus esse possum, totũ addixi: tũ verò hic de legibus Romanis liber verè tibi debetur, tibiq; est à me iure optimo inscriptus. Quo in libro benè positam à nobis operam si duxeris, de cæteris quin idem sentias, haud equidem verebor. pergo enim studio pari, voluntate etiam, vt mihi videor, acriore. vnum modò exoptandum est, vt, quando nos ab hoc studio nulla vtilitas, nulla voluptas, ne valetudinis quidem satis imbecillæ ratio potest auellere, nostris laboribus tua beneuolentia quasi propitiũ numen adsit. sic enim fiet, ne qua prorsus in difficultate, ne quo vnquam in scopulo nostra hæreat industria & in eum, quo spectat animus, portum secundo cursu, tuæ benignitatis aura prosequente, facilè perue-
himur. Vale, Ve-
netijs.

ANTI-

ANTIQVITATVM ROMANARVM PAVLI MANVTII, LIBER DE Legibus.

PRIMA omnium, atque aequissima naturae lex est, quae tum nihil cuiquam deesse, tum ea, quae quisque habet, aeterna iubet esse. nam, quemadmodum illae, quae caelestibus corporibus praesunt, beata mentes iustissima sunt, & suum quaque corpus iustissimè regit: sic ipsa natura, quae de superioribus illis mentibus deriuata, & in vnum collecta vis est, aequissimum in agendo ordinē, seruauit: eaq;, quae egit, patere omnibus, nec vnquàm non esse vult. itaque & eam partem aëris, quae sublimior, eoq; purior est, oculis traïcientes, adspectu cœli iucundissimo omnes fruimur: & inferiorem, mixtam, spiritu haurimus: & sustinemur, atque alimur terra: & aqua ad ea, quae cuique cōmoda, ac necessaria sunt, vtimur. nam, etsi horum singula vni animantium generi tributa ad vsum ac victum praecipuè videntur: tamen ita vni generi proprium vnumquodque est, vt diuersi generis animātibus nihil denegetur. alitibus aër, mare piscibus, quadrupedibus terra, certa cuique animanti sedes, ac naturale domicilium est: omnia tamen omnibus communia sunt, neque alieni alimenti vsu animal vllum perpetuo caret. Haec sua lege natura, communis omnium mater, ita constituit,

ac sanxit. cuius ad similitudinem quo propius accedunt humanæ leges, eo certior ac laudabilior ea vita ratio est, quam hominum generi præscribunt. neque ad aliud exemplum spectarunt homines illi, quos antiqui scriptores diuinis laudibus extollunt, quia suas ciuitates optimis institutis ac saluberrimis legibus temperarunt. Celebrantur præter cæteras Lacædemoniorum leges, à Lycurgo latæ, Athenienſium, à Solone. Commemorantur & illæ, quas Locrenſibus Zaleucus, Thurijs Carondas, Getis Zamolxis, Pythagoræ discipulus, dedit. Laudat etiam Cretenſium leges Plato, Carthaginienſium Isocrates. Romanas verò Polybius anteponere omnibus non dubitat. hæc cùm ab ijs, qui cæteris hominibus ingenio, ac sapientia præstiterunt, summoperè laudata prædicataq; sint: quid aliud, nisi præclaras fuisse, credendum est? at dissimiles inter se, &, si dissimiles, quo modo omnes præclaræ? quia nimirum ad eundem finem, eandemque quasi metam non eadem tamen via, omnes tendunt. Ius naturæ, in quo nihil inæquale deprehenditur, primi conditores legem ante oculos habuerunt eius imaginem in suas quisque leges, quantum imitatione licuit, transtulerunt. qui cùm ad iustitiam pariter intenderent, eandem tamen in tradendo iure rationem ideo secuti non sunt, quia non eiusdem loci, non eiusdem cœli, non eiusdem hominibus ingenij leges ferebant. hæc illi cùm animo circumspicerent, atque cogitarent: modò perficere possent, quod agebant: qua ratione perficient, laborandum non esse iudicarunt. neque enim ipsarum legum vitio factum

dum est, vt aut Athenienses minus diu, quam Lacedæmonij, aut Lacedæmonij minus, quàm Romani, floruerint: sed quod Athenæ citius, quàm Sparta, & Sparta citius, quàm Roma, de recta maiorum consuetudine deflectens, legum imperium maiestatemq; neglexit. Quare prudenter iudicat Polybius, quod, duabus potentissimis ciuitatibus, Carthagine, & Roma, multorum annorum bello de imperio decertantibus, ad extremum succubuisse Carthaginem, & victam conditiones accepisse, ob eam maximè caussam putat, quod, quo tempore inter eas incidit contentio, tum & Carthagine multò, quàm antea, negligentius, & Romæ multò, quàm vnquam, diligentius leges colebantur. nihil enim sine iure perpetuum est. Ius autem ipsum nihil aliud est, quàm benè viuendi norma, legibus tradita, atque præscripta. quam qui tenent, soli duas maximas res, maximaq; optabiles adipiscuntur. primùm, ipsi quotidie magis in sua ciuitate cari sunt, atque honorati, inter ignotos, clari, inter homines viri, inter viros heroes: deinde, id quod velle bonitatis est, perficere virtutis facilè consequuntur, vt eorum patria ciuibus frequens, pace tua, opibus beata sit. ex hoc genere fuisse legimus Thebis Epaminondam, Spartæ Agesilaum, Athenis Aristidem, Romæ Camillum, Fabios, Decios, Scipiones, Catones, innumerabiles alios nulla enim ex omnium sæculorum memoria magis ad omnem laudem ciuitas excelluit. ex hoc etiam numero multos in patria mea fuisse, apud maiores nostros Carolum Zenum, Franciscum Barbarum, patrum ætate Bernar-

dum Iustinianum, Hermolaum Barbarum, Hieronymum Donatum, Andream Naugerium, accepimus. ipsi vidimus, &, quod in magna felicitatis parte ponimus, allocuti sæpè sumus Gasparem Contarenum, cui quidem ex ijs, quos nominaui, prudentia, bonitate, amore in patriam, pietate in Deum anteferri nemo, doctrina ne conferri quidem potest. fuit enim ille vir, non modò Venetijs, quamdiu gerendis magistratibus operam Reipub. nauauit, verùm & Romæ, & vbicunque fuit, posteaquam absens pœnæ contra voluntatem, prætor opinionem certè Cardinalis factus est: fuit, inquam, ille vir, cuius mihi nunc scribenti vultus, & os illud, regia quadam maiestate decorum, ante oculos obuersatur, in omni genere vitæ inter omnes homines admirabilis, & eximius. qui cùm esset habitu naturæ excellenti, ac propè diuino, domestica etiam disciplina, præter rectum, & honestum, nihil agnosceret, nihil vellet, tamen, assiduo philosophiæ studio, ita voluntatem auxerat, ita naturam expolierat, vt cùm nemo magis virtutem diligeret, tum nemò diligendam magis iudicaret. hunc ego mihi cùm à prima adolescentia, tanquam vnicum exemplum, & in moribus, & in litteris ad imitandũ proposuissem: nunc, in vtroque à perfecta illa facultate, quæ in illo fuit, quàm longè absim, quamq́ id, quod imitari statueram, consequi difficilè sit, re tentata, & cognita perspicio equidem, in litteris, neque tempori, quantum rei familiaris occupatio permittit, neque labori, quantum mea non admodum firma valetudo fert adhuc pe peroi. sedulòq́ sum conatus, vt, quemadmodũ ille suo-

rum studiorum rationem exstare voluit: itaque multa litteris ab illo præclarissimè tradita leguntur, itidem ego facerem, &, pro mea tenui facultate, meis scriptis hominum studiosorum vtilitati commoduq; consulerem. par in vtroque voluntas fortasse fuit: nos inferiores ingenio, scientia verò impares maximè sumus. ille Venetam Rempub. hoc est eã, quæ inter omnes nostri temporis Respub. plurimum excellit: nos Romanã, hoc est eam, quam omniũ præstantissimã antiquitas habuit, ad scribendum delegimus. ille, quod voluit, perfecit: nos, euentu dubio, perficiendi tamen spe conamur. nã, etsi quanta in re versamur, intelligimus: tamen, quia superioribus quinq; libris, primo de vrbe, altero de ciuitate, tertio de religione, quarto de senatu, quinto de comitijs, operam à nobis non omninò malè positam existimamus, incepti nondum pœnitet, animoq; satis alacri pergemus ad ea, quæ restãt. Sextus hic erit de Legibus liber, in quo cùm diligentia, tum ingenij, addo etiã prudentia grauissimæ sunt partes. nam ex ijs legibus, quæ Romæ latæ sint, nullam prætermittere, diligentiæ est: quo in genere negligentes certè non fuimus. Quid aũt in ferẽda lege quisq; cogitauerit, & vtrũ id, quod cogitauit, vtile Reipub. fuerit: hæc verò neq; sine ingenio, eoq; peracuto, quisquã viderit, neq; sine prudentia iudicauerit. quare cũ eam partẽ, quæ tota studij ac laboris est, & à volũtate pendet, absoluerimus (nihil enim in hoc, quantũ quidẽ in nobis erit, desiderari patiemur) eã, quæ ad ingenium, & prudentiam pertinet, quæ nobis satis parcè natura tribuit, si minus pro rei susceptæ magnitudine præstabimus, iniquus erit

lector,

lector, si quis infirmitatem pro crimine posuerit, meamq; causam potius condemnauerit, quia, quod debui, non potuerim, quam probauerit, quia, quod potui, certè voluerim. Quinque partes erunt huius libri. primo loco, quibus nominibus appellatæ leges sint, quis cuiusque lator, quæ cuiusque sententia fuerit, ostendemus. hac parte absoluta, quæ erit omnium maxima, tũ illa quattuor, quæ ad rationem ferendæ legis pertinẽt, ordine curabimus, vt, à quo genere hominum, quibus in locis, quibus temporibus, quibus de causis latæ leges sint, explicemus. IVS omne aut à natura est, aut à consuetudine, aut à legibus. ius naturæ ipsum per se, sine consuetudine, & legibus, ad optimam vitæ conditionem satis erat. satis enim beatè viueremus, si naturam ducem sequeremur. sed quia, quod iustum, & laudabile est, multi, vel quia sunt hebetes, non intelligunt, vel, quia sunt improbi, dissimulant: iccirco, ne peccantibus daretur excusandi locus. scripta lex est, qua quid agendum, fugiendumue esset, perpetuis litterarum notis testatum, atque expressum ante oculos poneret. ius enim, qui legem fert, si modò suam voluntatem ciuitatis commodo metitur, tria spectat, vt pœnam factis dignam perditi homines luant, vt cæteri, exemplo admoniti, pœnaq; deterriti, meliores efficiantur, vt viri boni, sublatis improbis, tutiorem, ac tranquilliorem vitam ducant. est igitur lex tanquam præco, qui, suggerente natura, iustitiam ciuibus enunciat: cuius vocem qui volentes auribus percipiunt, eamque fideliter animo custodiunt: ita viuunt, vt virtutem à vitio facilè distinguant, & ab altero, tanquam à pestifa-

stifero angue, refugiant, alteram amplexentur, & amabilem præ cæteris rebus existiment. verùm, quia publica res ita cum priuata cohæret, vt altera alterius commodo nitatur, nec ferè, nisi vtrique rectè sit, diu vigere & stare ciuitas vlla possit, propterea, quæ vtrique consulerent, leges, aliæ pro statu Reipub. aliæ pro singulorum vtilitate, diuersis temporibus latæ sunt. fuit igitur & ius publicum, & ius priuatum. Rursus, quia publica sunt infirma, si separentur à diuinis, publici iuris facta diuisio est, vt altera pars ad religionem altera ad res humanas pertineret. Ius priuatum ne ipsum quidem simplex est, sed leges quidem omnes de rebus humanis, alias tamẽ de iure ciuili, alias de criminibus continet. Primùm igitur nobis agendum est de iure publico, deinceps de priuato: & primùm de publico diuino, deinde de humano: item de priuato, primum de eo, quod ad ius ciuile pertinet, secundo loco de eo, quod crimina persequitur. ROMANAE leges aut à regibus latæ sunt, aut ab ijs magistratibus, quos, regno sublato, alios alijs temporibus creatos, ciuitas habuit. ipsas leges magna ex parte aliunde sumptas facilè crediderim. non enim dubitandum est, quin, cum ea tempestate in Italia & Albani, & Sabini, & præter cæteros Etrusci floruerint, cumq; Albæ Romulus, in Sabinis Numa, Priscus etiam matre Etrusca, patre in Græcia nato, in Etruria educato, genitus esset, ad suã quisq; patriã respexerit, & ea, quæ in ijs populis probabiliora videbãtur instituta, delegerit, Romæq; legibus sanxerit. à Lacedæmonijs etiã nonnulla, ab Atheniensibus multa ad ius constituendũ video deriuata. nã ferè, quæcunque

que in xij. tab. decemuiri scripserunt, de Solonis legibus translata sunt: & earū tabularum supplementa Romanos à Faliscis collegisse, apud Seruiū Honoratū scriptū est. cuius in commentario, à Cretensibus etiā aliquid sumptū, animaduertimus Maiores, inquit, nostri, sedētes epulabantur: quem morē habuerunt à Laconibus, & Cretensibus, vt Varro docet in libris de gente populi Ro. in quibus docet, quid à quaq; traxerint gente per imitationem. Nec verò, ab ingenio pauca, atq; à prudentia esse deprompta, credendum est, præsertim in Rep. cùm in magnis opibus imperij, pro vario rerū euētu, noua iura temporū necessitas exigeret. Regū ætate nō multas in vrbe leges fuisse existimauerim: nō solū, quia regum iussa pro legibus erant, ad eos grauissima quæq; deferebantur: eorū omnes dicto annuere, imperio parere cogebantur: verùm etiam, quia ciuitas, neq; dum populo satis frequens, neq; opibus locuples, legum multitudinem non desiderabat. inter paucos, & assiduis bellis exercitatos, nondum licentia, nondum planè vis emerserat: non luxuries, non illa, quæ ferè opes consequitur, malarum artiū lues in vrbem inuaserat. regibus exactis, simul cum publicis opibus & nata noua vitia sunt, & ea, quæ fuerant, aucta. tunc, vt ad varios morbos diuersa medicamenta inuestigata, inuentaq; sunt, sic ad ea mala, quæ manare cœperant in ciuitate, comprimenda, atq; sananda, varia legum genera peperit necessitas. neq; tamen reges ipsi leges neglexerunt. poterāt omninò, quidquid vellent: sed voluit nemo, nisi quod liceret. quin, vt ait Liuius, ab ipso statim vrbis primordio Romulus, rebus diuinis ritè perpetratis, vocata

ad

ad concionem multitudine, quæ coaleſcere in populi vnius corpus nulla re, præterquàm legibus, poterat, iura dedit. quem Numa ſubſecutus, multò etiam magis ciuitatem legibus excoluit, & ab armis ad religionē, bonoſq; mores totam traduxit. omnesq; deinceps, præter Superbum, ita regnarunt. vt, quod idem Liuius alio loco tradit, Brutus idem, qui tantum gloriæ, Superbo exacto, meruit, malo publico vel maximo id facturus fuerit, ſi, libertatis immaturæ cupidine, priorum regū alicui regnum extorſiſſet. quare, cùm ipſos moderati ingenij, optimiq; exempli fuiſſe conſtat, tum leges habuiſſe quarū ad præſcriptū vniuerſos ciues viuere voluerint. quibus de legibus, deq; ijs, quæ poſtea latæ ſunt, ita ſummatim agemus, nihil tamen vt patiamur deſiderari. ac primū de publicis, & inter has primum de ijs, quæ ad religionē pertinent, agendū eſt. LEGES publicæ de ſacris & de religione iam inde à primis regibus, Romulo, & Numa, non ſanè paucæ inſtitutæ ſunt, ſed ante omnia, Romulus videtur, ne quis vnquā ſuas leges, aut ſua facta poſſet infirmare, legē illam, quā Regiā Vlpianus vocat, de ſuo imperio tuliſſe: cùm populus ab eo rogatus, omne ſuum ei, & in eū imperiū, omnemque poteſtatem contulit. Hoc facto ad inducendam religionem animum adiecit, & cum religione ſecuritatē ſimul ciuiū ſpectauit. de ipſa enim vrbe id primū ſtatuit, ne quis, niſi per portas, ingrederetur, egrederetúrue: mœnia ſacroſancta eſſent. quā legē videtur Cicero ſignificaſſe in II. de natura deorū, cū ait, muros à pōtificibus habitos eſſe ſanctos, quos violare nefas eſſet. Ita cū & ſuā Romulus, & publicā ſalutē religione munīſſet,

lex regia

set, sanxit deinde, idq; semper seruauit, ne quid publicè inaugurato fieret. vidit enim, reliquas leges, quas ferre de rebus humanis cogitabat, haud paulò plus in nouo, varieq; multis ex locis confluente populo habituras esse ponderu, si cũ quadã erga deos pietate coniungeretur: quandoquidem id esse quasi frenũ videretur ad impetus animorum reprimendos, hominesq; in officio, rectaq; ratione continendos. Atq; hac quidem de lege ita loquitur Cic. in 3. lib. de natura deorũ, vt ab ea fluxisse Romani imperij magnitudinẽ significet. Romulũ, inquit, mihi persuadeo, auspicijs constitutu, iecisse fundamenta nostræ ciuitatis. Tum, sacris rebus ac ritibus præesse principes ciuitatis, hoc est, patricios, lege iussit: qui, diuina tractari à plebeijs hominibus, neq; pium, neque decorũ iudicaret: siquidem ea, quæ vim habet necessitatis, inopia faceret, vt eorum non modò manus labe rerũ vilissimarũ fœdarentur, verùm animi quoque tũ cogitandu, tum etiã patrandis sceleribus inquinarentur. Addidit aliã legem, ne in templo nocturnæ vigiliæ haberẽtur: optimo sanè consilio, primũ, ne quid per noctem minùs castè, minúsue pudicè sacrorum specie committeretur: quod fieri plerunque contigit, deinde, ne qua fieri coitio, ne quid iniri aduersus ipsum, publicamue rẽ occulti cõsilij, ne quid insidiarũ tendi posset, ad quã legẽ Cicero spectauit, cũ in suis legibus illa scripsit: Nocturna mulierum sacrificia ne sunto, præter illa, quæ pro populo ritè fiant. Et, quoniã opinio fabulatũ, quibus antiquitas deos admiscere solita est, familiaritatẽ quandam inter homines & deos videtur inducere: vnde manat primum contemptus, & in moribus licen-

licentia, deinde ad omne facinus audacia: vinculum hoc quoque incolumitatis publicæ firmissimum sapientissimus rex futurum putauit, si pœnam ijs lege indiceret, qui fabulosa de dijs figmenta credidissent. Quid illud? vbi diuersa religio est, tollitur societas, & consuetudo, ex eo facilè odia, & ex odijs seditiones exsistunt. quo sæpè malo ciuitates intereunt: prouidit hoc Romulus, cauitq́, lege lata, ne deos peregrinos, præter Faunum, colerent, néue sacrificia externa facerent. Has leges, & eas, de quibus infrà suo loco agemus, videtur comitijs curiatis tulisse, qua de re Pomponij iurisconsulti verba recitabo. Romulus, inquit, populo in xxx partes diuiso, quæ curias appellauit, quod tũc Reipub. curam per sententias earum partium expediebat, leges quasdam curiatas ad populum tulit: tulerunt & sequentes reges: quas omnes conscriptæ exstant in lib. Sext. Papirij qui fuit illis temporibus, quibus Superbus, Damaruthi Corinthi filius, isq́, liber appellatur ius ciuile Papirianũ. Hæc Pomponius. Aliam eiusdem Romuli, sed ita mutilam ponit Festus, vix vt sententiam consequi liceat. scribit enim sic: In regis Romuli, & Latij legibus: (siue Tatij, qui cum eo regnauit, malimus legere) Si nurus, sacra diuis parentum esto. Verùm in Romulo temperatum fuit ingenium, quale scilicet nascentis vrbis initia postulabant, tum ad rem bellicam, tum ad religionem accommodatum. Numa totus in re diuina fuit: itaque ad eos sacerdotes, quos Romulus instituit, qui sexaginta fuerunt, ipse alios præterea adiecit. flaminem Dialẽ, Martialem, Quirinalem, virgines Vestales quattuor, salios Marti Gradiuo duodecim, pontificem maximum ex

patricijs, cui omnia sacra tum publica, tum priuata commisit. hæc, non dubito. quin ad perpetuitatem legibus sancita sint, sicuti alia multa quæ religionis caussa tum ab alys regibus, tum à magistratibus in Repub. constituta sunt. Addit eiusdem legem Plutarchus in Coriolano: Vt, cùm sacerdotes rem diuinam facerent, clara voce præco clamaret, Hoc age: vt attento animo sacris operam darent. Tres & Plinius nominat, vnam lib. 14. c. 12. Nerogus vino respergeretur: neue dijs eximputata vite vina libarentur. quorum alterum sanxit propter inopiam: alterum, vt putare cogerentur, alias aratores, & pigri circa pericula arbusti: hanc puto Postumiam Numæ legem ideò dictam esse, quia Postumius eam aliquis in magistratu iussu Numæ tulerit. nec verò quemquam Numa regnante fuisse crediderim ea potestate præditum, vt legem ferre posset, præter præfectum vrbis: qui videtur à Romulo institutus, quod ipse, propter assidua bella, vrbanis negotijs operam dare nullo modo posset. certè rex vltimus Tarquinius, Rutulo bellum illaturus, curam vrbis commisit Sp. Lucretio Tricipitino: quem Liuius Præfectum vrbis appellat. Alteram Numæ legem idem Plinius nominat lib. 8. cap. 2. Vt deos fruge colerent, & mola salsa litarent. Tertiam lib. 31. cap. 2. Ne pisces squamosos pollincerent. Legem quoque de prædiorum terminis, quos tanquam deos coli voluit, ab eo latam, & alia quædam sacris inducendis, aut confirmandis idonea, ab eo institutam, docet libro secundo Dionysius. Festus etiam, Numa, inquit, statuit eum, qui terminum exarasset, & ipsum, & boues sacros esse. Idem alio loco. Aliuta antiqui pro aliter dicebant.

hinc

hinc illud in legibus Numæ: *Si quis alinta faxit: ipsos Iouí sacer esto.* A diuinis ad humana conuersus, luctui modum statuit pro cuiusque ætate, vt apud Plutarchum in eius vita scriptum est. Legem eius de iudicijs Festus memorat his verbis: Numa in secunda tabula, secunda lege, in qua scriptum est. *Quid horum fuis vnum iudici, arbitróue, reóue, eo die dissensus esto.* Recitat idem eiusdem legem, his verbis: *Si parentem puer verberit, ast, olle plorassit parentes: puer diuis parentium sacer esto.* Quæ sine dubio ad eam, qua parentibus debetur, pietatem spectat. Regibus eiectis, lege tribunicia omnes leges exoleuerunt: (ponam enim eiusdem Pomponij verba) iterumq; cœpit populus R. incerto magis iure, & consuetudine aliqua vti, quàm perlata lege: idque prope xx. annis. postea placuit, publica auctoritate x. constitui viros, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus, vt ciuitas fundaretur legibus: quas, in tabulis x. oneis perscriptas, pro Rostris proposuerunt, vt possent apertius perspici: datumq; est eis ius eo anno in ciuitate summum, vti leges corrigerent, &, si opus esset, interpretarentur, neque prouocatio ab eis, sicut à reliquis magistratibus, fieret. qui & ipsi animaduerterunt aliquid deesse primis x. legibus: ideoque sequenti anno alias duas eiusdem tabulis adiecerunt. In his legibus, quas centuriatis comitijs x. viri tulerunt, multa propriè de iure diuino sancita esse, necesse est: siquidem ita diligenter, & ita copiose scriptæ sunt, inspectis primis & sapientissimi Solonis legibus, & aliarum Græciæ ciuitatum institutis, ac moribus, vt vel ætate sua Liuius in immenso aliarum super alias aceruatarum le-

gum numero, fontem tamen omnis publici priuatiq; iuris XII. tabul. esse dicat. sed de sacris ritibus pleraq; vetustate obliterata, euanuerunt: nonnulla de legibus ad creandos sacerdotes pertinentibus, veterum historiarū, ac monumentorum ope, quasi scalmus è naufragio, seruata sunt. Atque hoc de genere (vt à primis temporibus ordiar: vnde veluti per gradus ad postrema descēdam) leges inuenio Romiliam primum: qua cautum est, ne aly, praeter patres, & magistratus, sacra inirent perage rentúe, deinde tribuniciam, Sextiam Liciniam, vt x. viri sacrorum, non, vt antea, omnes patricij, sed ex parte dimidia de plebe crearentur: item aliam tribuniciam, Ogulniam, vt, cùm quattuor pontifices essent, placeretqúe sacerdotum numerum augeri, quattuor praterea pontifices, quinque augures, de plebe omnes, allegerentur: vt omninò octo pontificum, nouem augurum numerus fieret. iam enim inter plebem, & senatum, hoc est, inter inopes, & diuites, peculiare malum in liberis ciuitatibus erumpere discordia cœperat: seq; plebs, quasi profanam, à sacris amoueri querebatur. ideoq; tribuni pl. aduersante senatu, ad extremum, latis rogationibus, obtinuerunt, vt sacerdotia communicarentur. Fuere praterea de cooptandorum sacerdotum iure partim pro plebe pro collegijs latæ tribunitiæ Cn. Domitij, consularis L. Cornelij Syllæ dictatoris, tribunicia T. Atij Labieni: consularis C. Cæsaris: consularis deinceps & M. Antonij. cùm enim, veteri lege, ac more, augures ab auguribus, pontifices à pontificibus, reliqui sacerdotes à suis quique collegijs crearentur, vnus pontifex maximus à populo: quod & Ciceronis

in

in Agraria II. & omnium pœnè historicorum, ac Liuij maximè testimonio constat : Cn. Domitius tribunus pleb. Neronis Imperatoris atauus, pontificibus offensior, quòd alium, quàm se, sui patris in locum cooptassent, lege lata, ius sacerdotum subrogandorum à collegijs ad populum transtulit, eo anno, quo C. Marius tertium consul fuit. nec multò pòst ipse pontifex maximus populi suffragio creatus est, opinor in locum Q. Seruilij Capionis: vt ex Valerij libro VI. licet conijcere. huius legis in II. in Rullum agraria oratione Cicero mentionem facit, his verbis: Hoc idem de cæteris sacerdotijs Cn. Domitius tribunus pl. vir clarissimus, tulit: quod populus per religionem sacerdotia mandare non poterat, vt minor pars populi vocaretur: ab ea parte qui esset factus, is à collegio cooptaretur. Sunt etiam hæc in oratione pro C. Cornelio. Quid? auunculus tuus, clarissimus vir, clarissimo patre, auo, maioribus, credo silentio fauente nobilitate, nullo intercessore comparato, populo R. dedit, & potentissimorum hominum collegijs : eripuit cooptandorum sacerdotum potestatem. Existimo autem hac lege permissum. vt absentes etiam possent petere sacerdotia. nam eam, vt opinor, significat Cicero, cùm ad M. Brutum ita scribit. Ciceronem nostrum in vestrum collegium cooptari volo. existimo omninò absentium rationem haberi sacerdotum comitijs posse: nam etiam factum est antea. Caius enim Marius, cùm in Cappadocia esset, lege Domitia factus est augur: nec, quo minus id postea liceret, vlla lex sanxit. Postea L. Sylla, rerum potitus, cùm alia multa contra

populum, qui Marianas partes fouerat, tum hoc sanxit, vt rursus sacerdotes à collegijs crearentur. de quo sic Pedianus in Diuinationis explanatione. Hu x. annu, Victore Sylla, bellu ciuilibus, spoliatus est populus R. potestate tribunicia, iudicandi iure, arbitrio creandorum sacerdotum. Sed quemadmodum legem Domitiam abrogauit sua lege Sylla: sic legem Syllæ, aliquot post annis, T. Atius Labienus tribunus pl. abrogauit, Domitiamq; restituit. fecit autem hoc auctore C. Cæsare: qui, si populus in mandando sacerdotio suffragium ferret, se, qui popularis admodum erat, pontificem maximum, in demortui Metelli Pij locum creatum iri, non sine caussa putabat. quod re comprobatum est nam, P. Seruilio Isaurico, & Q. Lutatio Catulo, consularibus viris, & prouecta iam ætate, deiectis, ipse, nondum prætorius, in amplissimi sacerdotij gradum ascendit. Tulit & ipse legem, non qua à Labieni lege discreparet, (fuit enim vterque popularis) sed qua nouum aliquod ius adscriberet. Domitiam quidem legem in eo capite confirmauit, vt absentibus petere sacerdotia liceret. Scripsit enim hæc in sua lege: Qui petit, cuius ne ratio habebitur. quorum verborum sententiam Cicero exponens in epistola ad M. Brutum, Apertè, inquit, indicat, posse rationem haberi etiam non præsentis. Rursus à populo ad collegia, lege Labieni abrogata, ius cooptandorum sacerdotum retulit post obitum Cæsaris M. Antonius consul. eo consilio, vt facilius ac certius M. Aemilius Lepidus, cuius filio filiam suam collocauerat, pontifex maximus in Cæsaris locum subrogaretur. ita, quod

histe-

historia demonstrat, ius creandi sacerdotes quater immutatum est, à Domitio, Sylla, Labieno, Antonio. nihil tamen & de quinctâ mutatione oritur opinio, vt puto, satis certa, primùm ex epistola ad M. Brutum: in qua ita scriptum est Pansa viuo celeriora omnia putabamus. statim enim collegam sibi subrogasset, deinde, ante prætorum, sacerdotum comitia fuissent. cùm enim, quo tempore hæc epistola scripta est, tum non à collegijs, sed à populo subrogari solitos esse sacerdotes: manifestum sit, quia comitia de populo dici nemo nescit: hæc autem epistola eo anno scripta sit, quo Hirtius & Pansa cos. fuerunt, id est eo, qui Antonij consulatum primus consecutus est: liquet Antonij legem non esse seruatam, sed eam, quam Domitius tulerat, iterum esse restitutam. autor etiam Dionis testimonio: qui libro XLVI. leges Antonij à Pansa consule abrogatis esse narrat. quod etiam fecit Lentulus ille, qui scripsit his verbis ad Ciceronem: Primus ego leges Antonianas feci. vt eius potiùs exemplum Pansa, quàm ipse Pansa, secutus esse videatur. est etiam ex ipso Cicerone minimè dubium de abrogatis Antonij legibus argumentum. Acta, inquit oratione XIII. in ipsum, Antonij rescidistis: leges per vim, & contra auspicia latas decreuistis. Præterea patet hoc eo clarius, quod in ea, de qua proximè mentionem feci, ad Brutum epistola proximam legem de sacerdotijs Cicero iuliam appellat: qua petendi sacerdotij potestatem absentibus permittebat. quòd si post Antonij consulatum, in quo legem tulit de iure cooptandi, proxima dicitur C.

Cæsaris lex: nimirum sublata iam erat Antonia, & mos ille renouatus cooptandorum sacerdotum populi comitijs, quem sua lege primus Domitius induxerat. quamquam non id primus esset aggressus. nam aliquot annis ante C. Licinius Crassus eadem sententia legem promulgauit, nec tamen pertulit: sic enim in libro de Amicitia loquitur D. Lælius, is, qui cum Africano minore coniunctissimè vixit. Quam popularis lex de sacerdotys C. Licinij Crassi videbatur. cooptatio enim collegiorum ad populi beneficium transferebatur. tamen illius vendibilem orationem religio deorum immortalium, nobis defendentibus facile vincebat. atque id actum est prætore me, quinquennio ante, quàm consul sum factus. itaque re magis, quàm auctoritate, causa illa defensa est. Hic, quando veterum testimonia, quæ sunt de legibus ad sacerdotum creationem pertinentibus, recitaui: adiungam dubitationis nescio quid, quod explicare, non cuiuis vt opinor, facillimum est. non enim minus libenter meas dubitationes quam expositiones, profero: neque ego me eum esse profiteor cui omnia pateant contra. si qui se multa nescire fateatur, &, qui libenter in legẽdo dubitet, is ego sum. Quæro igitur, vtrum Cn. Domitij lex etiam ad ipsius pontificu maximi creationem pertinuerit, an verò ad sacerdotes, pontifice excepto. nam, si Domitius legem tulit non de pontifice maximo, sed de cæteris sacerdotibus à populo creandis: quia de pontifice ferri non opus esse iudicaret, cum is iam ante à populo crearetur: cur dixit Dio libro xxxvij. legem Domitiam de cooptatione sacerdotum à Labieno tribuno pl. esse re-

nouā-

nouatam, vt pontifex maximus in locum Metelli C. Cæsar à populo crearetur? quòd si quis Domitium & de pontifice maximo tulisse dixerit: huic ego opponam Ciceronu, & Liuij auctoritatem: qui, quod Domitius tulit, vt in sacerdotibus fieret, id tam antè in pontifice maximo esse factum significant, vt scilicet à parte populi crearetur. Ciceronis verba sunt hæc in ij. in nullum oratione: Item, inquit, eodemq; modo, capite altero, vt comitijs pontificu maximi. ne hoc quidem vidit: maiores nostros tam fuisse populares, vt, quod per populum creari fas non erat propter religionem sacrorum, in eo tamen propter amplitudinem sacerdotij voluerint populo supplicari atque hoc idem de cæteris sacerdotijs Cn. Domitius tribunus pl. vir clarissimus, tulit: quod populus per religionem sacerdotia mandare non poterat, vt minor pars populi vocaretur: ab ea parte qui esset factus, is à collegio cooptaretur. Satis apertè significat. ante Domitij legem à parte populi pontificem esse factum. sed Liuius paulò clarius etiam hoc idē libro xxv. exponit: ait enim: Comitia inde pontifici maximo creando sunt habita. ea comitia nouus pontifex M. Cornelius Cethegus habuit. comitia pontificu maximi nominat, plurimis ante Domitij ætatem annis. Quænam igitur est huius explicandæ quæstionis ratio? hæc fortasse Concedo, ante Domitij legem populi comitijs pontificem maximum esse factum: sed Domitium existimo, cùm reliquorum sacerdotum, id est pontificum, augurum, XV. virorum, VII. virorum. flaminum, aliorumq; omnium, qui iure sacerdotij sacris rebus præessent, eandem esse conditionem vellet, vt,

quemadmodum pontifex maximus, item ipsi à parte populi crearentur, de sacerdotibus omnibus generatim tulisse, vt etiam pontificem ipsum maximum comprehendere videretur, ita, quod de iure subrogandorum sacerdotum Domitius tulit, non illud quidem in pontifice maximo nouum fuit, sed, cum generalibus verbis esset perscriptum, non minus ad eum, quàm ad reliquos sacerdotes pertinuit. quam ob causam, cùm L. Sylla Domitiam legem abrogauit, abrogatum simul & de pontifice maximo. & de sacerdotibus reliqua dicemus. non quod nominatim Domitius de pontifice maximo tulisset: (iam enim, neq; hoc esse factu, neq; fieri oportuisse, diximus) sed, quod, cùm de sacerdotibus omnibus tulisset, legu sententia etiam ad pontificem maximum, qui & ipse sacerdos esset, pertineret. itaq;, lege abrogata omnium sacerdotum, quorum in numero pontifex maximus erat, ad collegia rursus translata cooptatio est. eademq; lege à Labieno renouata, pontificis maximi & reliquorum sacerdotum par conditio fuit, vt omnes à parte populi crearentur. quod enim communiter omnibus de sacerdotibus sancitum à Domitio fuerat, eo pontificem maximum excludi ius non fuit. Vetus etiam de religione lex illa fuit, quam Q. Papirius tribunus pl. tulit: quæ vetabat iniussu populi quidquam consecrari, neq; aut hominem, aut locum, aut rem excipiebat vllam quod ex oratione pro domo conijci videtur posse. Item illæ de ritu capiundæ virginis Vestalis, Papia primum, deinde Popillia. quæ de re apud Gellium scripta sunt hæc. De more rituq; capiundæ virginis, litteræ quidem antiquiores non exstant, nisi quod capta

fuisse

fuisse fertur. quæ capta prima est, à Numa rege. sed Papiam legem inuenimus: qua cauetur, vt pontificis maximi arbitratu virgines è populo viginti legantur, sortitioq; in concione ex eo numero fiat, sed ea sortitio ex lege Papia non necessaria nunc videri solet. nam si quis honesto loco natus adeat pontificem maximum, atque offerat ad sacerdotium filiam suam, cuius dumtaxat, saluis religionum obseruationibus, ratio haberi possit: gratia Popillia legis per se ratum fit. Capi autem virgo propterea dici videtur, quia, pontificis maximi manu prehensa, ab eo parente in cuius potestate est, velut bello capta adducitur. in libro Fabij Pictoris, quæ verba pontificem maximum dicere oporteat, cùm virginem capit, scriptum est. ea huiusmodi sunt. Sacerdotem Vestalem, quæ sacra faciat, quæ ius fiet sacerdotem Vestalem facere pro populo R. Quiritibus, vti quod optima lege fiat: ita te Amata capio. Amata autem inter capiendum à pontifice maximo appellatur, quoniam, quæ prima capta est, hoc fuisse nomine traditum est. Legum de religione vltima erit, & quasi agmen coget ea, quæ sacerdotes militiæ vacationem, præterquam Gallico bello, habere iussit: non quod ijs bello prorsus interdiceret: sed hoc tribuit, vt, si minus ire ad militiam vellent, cogi ne possent. nam, sponte multos augures, multos pontifices ad bellum exisse, historia narrant. qui tamen extra Italiam primus pōtifex maximus P. Licinius Crassus Mucianus contra Aristonicum, qui Asiam occupauerat, profectus est, is in prælio interfectus, neglectæ religionis pœnas dedit. hanc legem significat plutarchus in Fabij Maximi vita, cùm ait:

ait : Crassum, quod erat pontifex maximus, diuina quadam lex domi tenuit. eodemq; & Liuius libro 8. spectauit. Nominatæ, inquit, consulibus prouinciæ sunt Scipioni Sicilia extra sortem, concedente collega, quia sacrorum cura pontificem maximum in Italia retinebat Brutij Crassi, sed hic Crassus multis annis ante illum fuit, qui ab Aristonico est interfectus: vt ex obseruatione temporum facile est intelligere. Sequuntur proximè leges de ludis : quas cum ijs, quæ ad religionem pertinent, coniunctionem, & quasi affinitatem quandam habere, satis ex eo constat, quòd nulli fine sacrificijs ludi fuerunt. & sacrificia religionis pars est, ideò & M Varro, cum de rebus diuinis libros quinque componeret, vnum de ludis, vt de re diuina fecit. qua ratione adducti sumus, vt post leges de sacerdotijs eas, quæ sunt de ludis, exponeremus. Ac prima inter has Licinia nominatur, de ludis Apollinaribus : qui cùm in vnum annum vouerentur, incertoq; die fierent, senatus P. Licinium Varum prætorem vrbi ferre ad populum iussit, vt in perpetuum in statum diem vouerentur. hi ludi, cùm Hannibal esset in Italia, victoriæ causa Q. Fulvio Flacco tertium, Ap. Claudio cos. ex Martij, clari vatis, carmine primùm instituti sunt : cuius in libris hæc inuenta Liuius recitat lib. 5. eademq; ferè & Macrobius lib. Saturn. 1. Hostes, Romani, si expellere vultis, vomicamq; quæ gentium venit longè : Apollini vouendos censeo ludos qui quotannis comiter Apollini fiant : cùm populus dederit ex publico partem, priuati vti conferant pro se, suisq; ijs ludis faciendis præerit prætor is, qui inter populo plebiq; dabit ius. x.

viri

viri Græcò ritu sacra faciant. hæc si faxitis, gaudebitis semper fietq; res vestra melior. nam is deus exstinguet perduelles vestros, qui vestros campos pascit placidè. Hoc inuento carmine, censuerunt patres Apollini ludos vouendos, faciendosq;: voueri autē, & fieri à prætore vrbano: quòd is esse videretur, qui ius populo plebiq; summum daret: cùm facti essent, duodecim millia æris prætori ad rem diuinam, & duas hostias maiores dandas: & vt x. viri sacra ritu Græco facerent, bisq; hostijs, Apollini boue aurato. & capris duabus albis auratis, Latonæ boue feminina aurata. Ludos prætor cùm facturus esset, edixit, vt populus per eos ludos slipem Apollini, quantam commodum esset, conferret. pōpulus eos coronatas spectauit. matronæ supplicauēre: vulgoq; apertis tunuis in propatulo epulati sunt: celeberq; dies omni carimoniarum genere fuit. Anno proximo, referente Calpurnio prætore, decreuit senatus, vt ij ludi in perpetuum in statum diem vouerentur. P. Varus, vt diximus, prætor vrbanus, à senatu iussus, legem tulit: & ex ea lege ipse primus vouit, fecitq; antē diem 2. nonas Quinct. eumq; diem solennem deindē seruatum esse Liuius tradidit: ego tamen M. Bruti, qui Cæsarem interfecit prætoris vrbani, absentis nomine, neque vno die tantùm, neque 2. nonas Quinct factos inuenio. sed cum nonis Quinct essent commissi, vsque ad 3. Idus datos fuisse. quod ex duobus locis libri Epistolarum ad Atticum XVI. colligitur. quod ipsum, de pluribus ludorum Apollinarium diebus, confirmat, vt opinor, Liuius lib. XXXVII. his verbis: Ludis Apollinaribus ad V. Idus Quinct. cælo sereno, interdiu obscu-

tata

vata lux est. Alios praterea ludos Roma fuisse, notum est. de quibus agetur in alio libro separatim. Nunc leges ostendamus: id quod propositum nobis est. Liciniam Fannia sequitur: de qua Gellius hæc ludis Megalensibus Principes civitatis mutua inter sese convivia agitabant: qui vetere S. C quod factum est. C. Fannio & M. Valerio cos. iurare cogebantur, conceptis verbis, apud consules, non amplius in singulas cenas sumptus esse facturos, quàm centenos, vicenosque aris, præterolus, & far, & vinum, neque vino alienigena, sed patrio vsuros, neque argenti in convivium plus pondo, quàm libras centum, illaturos. sed post illud S. C. lex Fannia lata est, quæ ludis Romanis, item plebeijs, & Saturnalibus, & alijs quibusdam diebus in singulos dies centenos aris insumi concessit, decemque alijs diebus in singulis mensibus tricenos, cæteris autem omnibus denos. Et, quoniam spectandi locum senatores in imis gradibus ante omnes habuerunt: quod instituere curules ædiles, censorum iussu, Atilius Serranus, & L. Scribonius Libo: fecit sua lege L. Roscius Otho, Ciceronis ætate, alteram in populo distinctionem. tulit enim, vt equester ordo seorsum à plebe in XIV. gradibus sederet, ijs tamen equitibus exceptis. qui sive suo, sive fortunæ vitio decoxissent. cui generi certum locum assignauit, pœna irrogata, si in XIV. sedissent. hinc illud in Antonium, oratione II. Tenésne memoria, te prætextatum decoxisse? patris, inquies, ista culpa est. concedo: illud tamen audaciæ tuæ, quòd sedisti in XIV: cùm esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus: quāuis quis fortunæ vitio,

vitio, non suo decoxisset. Primum igitur senatores in sedibus circa proximus considebant. secundo loco proximè sedisse equites putabam, cùm, exceptis senatoribus, & magistratibus, dignitate anteirent: sed à Cornelio Tacito monitus opinionem mutaui, is enim, sedisse quidem in XIV. ordinibus equites, narrat, non tamen, ante plebem, sed confuse, tantum vt XIV. ordines haberent. Nero, inquit libro XV equitum Romanorum locos sedilibus plebis antepositi apud circum. nam ad eam diem indiscreti ibāt: quia lex Roscia nihil, nisi de XIV. ordinibus, sanxit. Hic legis Titiæ & Corneliæ, à duobus fortasse tribunus pleb. latæ, (nam & plebeij Cornelij fuerunt) subiungenda mentio est: quæ sanxit, ne quis in pecuniam luderet, sponsionemque eius rei ergo faceret, nisi si certaretur disco, pilue iaciendo, currendo, saliendo, ludendo pugnando: quæ virtutis causa fiebant. hanc legem vtrum Reip. an Imperatorum temporibus latam existimem, compertum non habeo. mentionem video fieri apud iurisconsultos. Nec omittendum illud, quod pertinere videtur ad ludos: histrionum licentiam repressam esse lege, qua de reis, qui libros rhetoricorum scripsit ad Herennium, atque etiam Suetonius mentionem facit. Non est, opinor, à legibus de religione lex illa seiungenda: quam vetustatem fuisse Liuius asserit, priscis litteris verbisq; scriptam: vt, qui prator maximus esset, idibus Sept. clauum pangeret. cuius religionis seruandæ gratia creatū esse dictatorem, idem Liuius ait, L. Manlium Imperiosum, ab eoq; clauum esse fixum dextro lateri aedis Iouis optimi maximi, ea parte, qua Minerua templum

fuit

fuit: & addit, eum clauum, quia raræ primis vrbis tem poribus erant littera, notam numeri annorum fuisse credi: eoq; Mineruæ templo dicatam legem, quia numerus Mineruæ inuentum esset: eam autem cærimoniam cùm per aliquot annos fuisset intermissa, ideò esse renouatam, vt pestilentia sedaretur quod antea factũ, prospereq; rem successisse. seniores prædicabant. Post res diuinas humanæ sequuntur, & inter humanas primum dignitatis locum obtinent magistratus. itaque ordo postulat, vt, quæ leges de ijs latæ sunt, eas hic exponamus. Sed quoniam ex ordine Senatorio leguntur magistratus. itaque ordo postulat, vt, quæ leges de ijs latæ sunt, eas hic exponamus. Sed quoniam ex ordine Senatorio leguntur magistratus: de legendo senatu prius agi, æquum videtur quæ de re Festi verba subscribemus. Præteriti senatores, inquit, quondam in opprobrio non erant: quod, vt reges sibi legebant sublegebantq; quos in consilio publico haberent: ita post exactos eos Consules quoque & tribuni militum consulari potestate, coniũctissimos sibi quisque patriciorum, & deinde plebeiorum legebant: donec Ouinia interuenit qua sanctum est, vt Censores ex omni ordine optimum quemque curiatim in senatu legerent. quo factum est, vt, qui præteriti essent, & loco moti, haberentur ignominiosi De magistratibus prima fuit opinor, hæc: vt de senatu, id est, de patricijs familijs, omnes magistratus crearentur: idq; à Romulo institutum reliqui deinde reges obseruarunt. hanc autem legem, vix putauerim, comitijs curiatis, vt reliquas, a Romulo esse latas. quippe, quæ aduersus plebis voluntatem res esset,

eam

tam rem cur ipsius plebis iudicio potestatiq; committeret? sanxit igitur hoc regio iure, publiciq; tabulu consignauit, & obseruari pro lege voluit. quod perspicuè demonstrat Dionysius libro 2. cùm ait: Romulum de muneribus patriciorum & plebeiorum lege sanxisse, vt patricij sacra curarent, magistratus gererent, ius dicerent: plebeij, quia rudes inopesque essent, agros colerent, quæstuarijsq; artibus operam darent. Temperamentum illud tamen, quo ciuitatum concordia, id est, salus ipsa custoditur, maximè quæsiuit. nam, ne nimis in ordinem patricium videretur esse propensus, datum aliquid populo voluit, &, vt is suu suffragijs magistratus crearet, leges scisceret, bella decerneret, curiatis comitijs tulit. Duumuiros quoque, qui perduellionem iudicarent, it a creari iussit, vt ad populum prouocatio esset. quæ ipsa de lege & infra mentio fiet inter eas, quæ ad crimina capitalia pertinent nec tamen hic, cùm ad duumuiros, hoc est, ad magistratum pertineat, omittendam putauimus. Eiusdem legem creauit populus tribunum Celerum, qui equitibus præerat, & veluti secundum locum, vt ait Pomponius iurisconsultus, à regibus obtinebat. quo in numero fuit L. Iunius Brutus, ille reges eiciendi, & inducendæ libertatis auctor. Creatos etiam regnante Romulo, quæstores. Vlpianus prodidit à Iunio Gracchano traditum in ijs libris, quos de de Potestatibus inscripsit. idem tamen hæc subiungit: Sicut dubium est, an, Romulo & Numa regnantibus, quæstor fuerit: ita, Tullo Hostilio rege, quæstores fuisse certum est. & sané crebrior opinio est, Tullum Hostilium primum in Rempub. quæstores induxisse. Le-

gem aliam praeter ea in regno Romano de magistratibus non video nominari. Regibus pulsis, prima de magistratibus lex fuit, quam L. Iunius Brutus tulit, vt singulis annis bini consules, regia potestate, crearentur, ijsque primum creandis centuriata comitia ab interrege, vt ait Dionysius, haberentur: quae tamen à praefecto vrbis esse habita, Liuius tradit. sic enim lib. 1. scripsit, in extremo: Duo consules inde comitijs centuriatis à praefecto vrbis ex commentarijs Ser. Tullij creati sunt. in quo videtur illi esse cum Dionysio controuersia: quae tamen nulla est. nam & ab interrege, & à praefecto simul vrbis habita sunt ea comitia, quibus primi consules creati sunt: cùm ijs praefuerit Sp. Lucretius Tricipitinus, Lucretiae pater: qui erat idem vrbis praefectus: interrex, quod eum senatus habendis consularibus comitijs, Bruto referente, creasset: praefectus, quod ei Tarquinius, ad bellum proficiscens, curam vrbis mandauerat. vtrumque enim scriptum est apud Dionysium. aut igitur à praefecto vrbis Lucretio creati consules sunt, vt ab interrege, non vt ab vrbis praefecto: aut etiam, quod, qui interrex esset, idem & praefectus vrbis vocari posset. vrbis enim curam gerebat interrex: quia tunc, vrbanas res qui curaret, magistratus omninò nullus esset. Post hāc legem duae sequuntur proximae, à P. Valerio consule, Bruti collega, latae, quibus plebis potestas aucta, senatus & magistratuum imminuta est: primum, vt magistratum nemo caperet, nisi qui à populo imperium acciperet, siquis aliter fecisset, capitali poena puniretur: qui eum occidisset, ei impunè esset: deinde, vt

aduer-

aduersus magistratum prouocatio ad populum esset: néue quis magistratus ciuem Romanum aduersus prouocationem verberare, aut necare vellet. quam legem centuriatis comitijs esse latam, Valerius tradit lib. IV. Pro patricijs ea fuit, quæ, vt opinor, T. Lartio Flauo iterum, Q. Cœlio cos lata est, de dictatore sine prouocatione creando, & vt de consularibus legeretur. fuit autem hæc lex ideò pro patricijs, quia, cùm creari dictatorem de consularibus iuberet, sequebatur, vt de patricijs crearetur. consules enim tunc, & per annos deinde multos, patricij fuerunt: nec prius de patricijs legi dictator desiit, quam creari duo consules patricij desierunt. non enim consul patricius dictatorem quemquam de plebe dixisset. itaque, qui primus de plebe dixisset. itaque, qui primus de plebe dictator fuit, C. Marcius Rutilus, is à M. Popillio Lænate consule plebeio dictus est: cùm ita casus tulisset, vt aduersus Etrusci belli terrorem dictator dicendus esset, nec nisi à consule plebeio dici posset: quia consul alter patricius M. Fabius Ambustus bello retineretur. ita communicata plebi dictatura, anno ab vrbe condita CCCIC. idque contra veterem consuetudinem, non tamen contra legem factum est. non enim lex dictatorem de plebe fieri vetuerat, sed de consularibus iusserat. at C. Marcius consularis. satisfecit igitur legi Popillius cùm consularem hominem dictatorem dixit: patricijs non satisfecit, quia consularem de plebe dixit: cùm omnes antea de patricijs dici soliti essent. Eadem fortasse lege sancitum est, (legem certè, qua hoc sanxerit, nominat Plutarchus in Fabio)

ne dictator equo posset vti, idq; vel ob eam caussam, quòd, cùm plus inesse roboris in pedestribus copijs putaretur, propterea in legione permanere, nec locum deserere deberet imperator: vel quòd, cùm ad alia omnia dictatoris esset singularis potestas, in hoc vno voluerũt cum populo inferiorem videri senatus tamen petenti Fabio Maximo Verrucosso contra veterem legem concessit, vt equo vehi posset datumq; id hominis virtuti, ac tempori, cum, casis ad Cannas Romanis, in vno Fabio, dictatore creato, melioris fortunæ spes reposita videretur. Illa pro plebe aduersus patricios fuit, quæ in Sacro monte lata est, & Sacratæ nomen accepit, vt plebi sui magistratus essent, ijque sacrosancti, quibus auxilij latio aduersus consules esset, neue cui patrum capere eum magistratum liceret. qua lege tribuni pl. quinque primi creati sunt: nec tamen, vtrum vna tantùm lex, an plures in Sacro monte latæ sint, satis constat. Liuius, & Dionysius, vbi rem ipsam narrant, vnam nominant. sed Liuius alibi non semel, Sacratæ leges, dixit. Cicero quoque de prouincijs consularibus, Si patricius inquit, tribunus pl fuerit, contra leges Sacratæ priuatis hominibus leges irrogari. & in ea, quæ integra non exstat pro C. Cornelio: Tanta in illis virtus fuit, vt anno post reges exactos XVI. propter nimiam dominationem potentium, secederent, leges Sacratas ipsi sibi constituerent. Quibus locis non de vna lege, sed de pluribus accipiẽdum videtur. quòd si vnam omninò legem velimus fuisse, &, rectè tamen dictum vtroque numero, defendere: rationem afferemus hanc, vnam legem dici, quod ab eodem magistratu,

tu, eodemq; tempore lata sit : plures, quia pluribus partibus constet : quo modo XII. tab. & legem, & leges appellari videmus. Legem quidem tribuniciam primam Festus cùm nominat, non dubito quin tatam in Sacro mõte significet. Verum autem primam intelligat earum, quæ in Sacro monte, an primam omnium, quæ in omni etate in Vrbe à tribunis pl. latæ sint, affirmare non licet. Homo, inquit, sacer is est, quẽ Populus ob maleficium iudicauit : neq; fas est eum immolari, sed, qui occidit, parricidij non damnatur. nam lege tribunicia prima cauetur, si quis eũ, qui eo plebiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit. ex quo quum homo malus, atq; improbus Sacer appellari solet. Sequitur lex à Publilio, & Lætorio tribunis pl. lata, vt plebeij magistratus tributis comitijs fierent : qui curiatis antea fieri solebant. Tum illa lex, qua, vt X. tribuni pl. crearentur, bini è singulis classibus : anno à primis tribunis pl. XXXVI. cautum est. Alia lex fuit, qua Dionysio teste, cauebatur, ne quis, tribuno apud populum concionante, aliquis contradiceret, vel dicentem interpellaret : si quis fecisset, vades tribunis daret, pœnamq; à tribunis impositam solueret : qui vades non dedisset, morte puniretur, bona eius sacra essent : de pœnis autem ipsis populus iudicaret. Et, quoniam Atinij plebisciti, quod ad tribunatum pl. pertinuit, mentionem à Gellio fieri video : quænam eius fuerit sententia, quærendum videtur. Ego sic existimo : tribunos pl. ante Atinium plebiscitum partim senatores fuisse, alios non fuisse : quod scilicet librum esset populo R. tribunatum pl. mandare cui vellet. Atinius, quo modo quidem mihi videtur,

nec ademit hanc libertatem plebi Romanæ, & auxit potestatis tribunitiæ dignitatem. tulit enim, non, ne quu, nisi iam senator, tribunus fieri posset, (plebis enim libertatem huiusmodi rogatione minuisset: neque id plebes vllo modo sciuisset) verùm, vt, quem tribunum pl. creasset, is hoc ipso in posterum senator esset. atque, hanc esse Gellij verborum sententiam credideram, cùm ait libro XIV, tribunis pl. senatus habendi ius fuisse, quamquam senatores non essent ante Atinium plebiscitum. hoc etiam è quodam Suetonij loco suspicamur, nam in Augusto, Comitijs, inquit, tribunicijs. si candidati senatores deessent, ex equitibus R. creauit. ex quo sequitur, non licuisse antea equitibus R. tribunatum petere. multo igitur minus tertio ordini, ijs, qui de plebe dicebantur, qui nec equites, nec senatores erant. quin, primis temporibus, tantum abest, vt ex senatu tribuni pl. crearentur, vt ob eam ipsam causam instituti sint, ne senatus aduersus plebem crudelius, aut arrogantius ageret, ideoq; ex ipsa plebe per annos multos creati sunt. postea cœpere equites quoque Romani, ac senatores tribunatum pl. petere. Nec multò pòst X. viri, sine prouocatione creati, XII. tab. leges condidere, comitijsque centuriatis pertulere. quibus in legibus cum alia multa prudenter ad temperandam ciuitatem, tum de magistratibus multa sancta esse, credibile est. X. virorum imperio finito, cum tribuni pl. creati essent, quos X. viri simul cum prouocatione sustulerant, quæ firmissima plebi auxilia, & tamquam duæ tuendæ libertatis arces fuerant: tribunatu inito, sine vlla mora

M. Dui-

M. Duilius de consulibus cum prouocatione creandis rogationem pertulit. quam ipsam multò antè P. Valerius consul, vt diximus, tulerat: sed, intermissam, & quasi sublatam X. virorum magistratu, Duilius renouauit, auctam, opinor, aliquà re, & grauiori iure confirmatam: sicuti & aliæ leges multa diuersis temporibus plures labores habuere, cùm vetus lex noua lege vel corrigeretur, vel, vt tempus, moresq; ferebant, aliis cautionibus adiectis, augeretur. hinc de communi omnium Quiritum iure leges, primùm Valeria Horatia, deinde Publilia, postremò Hortensio, prima duorum consulum, reliquæ duæ dictatorum: hinc sumptuariæ, vel, vt Cato censorius appellabat, cibariæ, Orchia, Fannia, Didia, Licinia, Aemilia, Antia: hinc de ambitu Petilia, Cornelia & Babia, Calpurnia, Tullia, Iulia quæ non ideo aliæ post aliam latæ sunt, vt priorem legem posterior abrogaret: sed, vt dixi, vel vt corrigeretur aliquid, vel vt nouum ius, vtile ciuitati, adsciscereturr: vel vt, moribus ad deteriora quotidie magis inclinantibus, pœna grauior irrogaretur. quod libro 11. de officijs Cicero significat his verbis. Nondum centum, & decem anni sunt, cùm de pecunijs repetundis à L. Pisone lata est lex, nulla antea cùm fuisset. at verò postea tot leges, & proximæ quæque duriores. Caussam porrò iuris eadem de re constituendi hanc video fuisse, vt antiquæ legi, iam vetustate senescenti, noua subueniret quod in lege Licinia de sumptibus. qua ferè ide, quod Fannia, sanxit, quæsitũ essem Macrobio legimus, Sat. lib. 111. atq; hoc ipsum de X11. tab. euenisse, dem tradit quarũ vbi cõtemni cœpit antiquitas: eadẽ

illa, quæ illis legibus cauebantur, in alia latronum nomina transierũt. Retulit igitur Duilius, quod antè latũ erat: &, quod Duilius retulit, id eodem anno lege lata L. Valerius & M Horatius cos. non confirmarunt modò, sed auxerunt etiam, nouo iure adscripto: cùm ille de prouocatione à consulibus tantùm, hi de prouocatione ab omni magistratu, quicunq; crearetur, lege sanxerint; qui & aliam legem, qua veterem illam Sacratam confirmarunt, tulerunt, vt sacrosancta essent tribunorum pl. corpora: cuius rei propè iam extincta memoria erat: religione etiam ad legem adiecta, carimonijs quibusdam ex magno interuallo relatis. eadem q; lege cautum est, vt, qui tribunu pl adilibus, X. viris nocuisset, eius caput ioui sacrum esset. sed horum consulum prima lex ea fuit, qua tribunorum pl. potestatem quàm maximè auxit, quàm tulere centuriatis comitijs, vt, quod tributim populus iussisset, omnes tenerent: quod antè veluti in controuerso iure fuisse, & Liuius ait, & Dionysius confirmat. cur autem controuersum fuerit, Liuius non exponit, sed Dionysius sub obscurè significat: quia, cùm lege centuriatis comitijs lata populus omnia teneretur: tributis verò comitys latam plebeij tantùm seruarent: plebs eandem esse conditionem in vtrisque legibus volebat, vt, quemadmodum centuriatis comitijs, vbi plus patricij possent, latas leges plebeij obseruarent, item eo iure, quod tributis comitys sancitum esset, in quibus plebeij patricijs suffragio præstabant, patricij tenerentur. Eodem anno idem Duilius plebem rogauit, plebesq; scinit: qui plebem sine tribunis pl. reliquissent, quiq; magistratum sine prouocatione

catione creassent, tergo ac capite punirentur: qualem & consules Valerius & Horatius tulerant. qua lege, tum consulari, tum tribunicia, dictator, à quo antea prouocatio ad populum non erat, cum cæteris magistratibus exæquatus est, quod apertius exposuit Festus Pompeius. Anno proximo L. Trebonius tribunus pl. rogationem tulit, vt, qui plebem Romanam tribunus pl. rogaret, is vsque eo rogaret, dum X. tribunos pl. faceret. nam Duilia lex de tribunis nusquam numerum præfinierat tantùm, vt relinquerentur, sanciebat, & ab iis, qui creati essent, cooptari collegas iubebat sustulit igitur Treboma lex cooptationem: nam, cùm iusserit ab eo, qui comitia tribunis creandis haberet, omnes planè tribunos, qui X. omninò erant, creari: nimirum partem tribunorum creari, reliquos autem ab iis, qui creati essent, cooptari vetuit quod cùm M. Duilius tribunus pl. fecisset: rectè, factum, neque contra legem ab ipso latam commissum, defenderet: anno insequenti Trebonius tribunus pl. ne in posterum fieret, lege cauit, nec aliam legem intelligit Liuius lib. IV. cùm ait: Ante omnia refellit falsum imaginis titulum, paucis ante annis lege cautum, ne tribunis collegam cooptare liceret. hæc enim verba nihil aliud significant, nisi id, quod idem lib. III. scripsit, vt, qui plebem Romanam tribunos pl. faceret. Secuta lex est de tribunis mil. consulari potestate promiscuè ex patribus ac plebe creandis: qui tamen per annos IV. & XL patricij omnes creati sunt. Huic proxima successit de censoribus quinquennii imperio è gente patricia creandis, Geganio Macrino II. Quinctio Capitolino V. cos. quam ipsam le-

gem sexennio post M. Aemilius dictator correxit, lege lata, ne plus, quàm annua, ac semestru censura esset. grauis enim omnia diuturna potestas in libra ciuitate. Biennio post lata lex est à tribuno pl. tollenda ambitionis caussa, ne cui album vestimentum addere petitionis caussa liceret. cuius deinde vim auctoritatemq; fuisse nullam, innumera de candidatis exempla declarant. Legem etiam nominat in Coriolani vita Plutarchus, Marcio Censorio suadente latam, ne cui bis eundem magistratum petere liceret. quam postea constat esse abrogatam: cùm multi iterum, ac sæpius consules fuerint. De duplicando quæstorum numero lata lex est, vt, præter duos vrbanos, quorum fuisse originem antiquissimam iam ostendimus, duo, qui consulibus ad ministeria belli præsto essent, crearentur, ijsq; promiscuè de plebe ac patribus, libero populi suffragio. Plebis autem opes maximè omnim auxerunt L. Sextius, & C. Licinius Stolo: qui tribuni pleb. duas leges tulerunt, vnam, vt x. viri sacrorum ex dimidia parte de plebe crearentur: alteram, vt alter vtique consul plebeius esset. quam Liuius Liciniam, non Sextiam, vocat, opinor ob eam caussam, quod Licinius tulerit, subscripserit Sextius. Leges deinde aliæ de consulatu latæ sunt, omnes è Repub. quæ tamen haud omninò sunt obseruatæ. quid enim vtilius Reipub. quàm ne quis iterum consul fieret? quod quidem omnium ciuium iuta exæquare videbatur, & malè cogitantibus viam obstruebat ad potentiam singularem. hoc igitur lege sancitum est: item illud, ne quis ante XLII. ætatis annum consulatum petere posset, temeritas enim floren-

tis

tu ætatis, pudentia maximè senectutis, aut eius ætatis, quæ proximè ad senectutem accedit. Absentes etiam à consulatu lege summoti sunt. æquum enim fuit adesse, & populo supplicari in eo magistratu, quem populus ipse mandabat. Duas tulit L. Sylla, vtramque præclaram, vnam, ne quis intra x. annos consul iterum fieret: alteram, ne ædilitas, & prætura omitteretur. quæ valuerunt amba ad extrema Reipub. tempora. eã quidem de magistratibus curulibus non omittendis Cicero significat oratione XI. in Antonium: Vopiscus, inquit, ex ædilitate consulatum petit. soluatur legibus. Atque ego in hac lege additum caput existimauerim de magistratuum interuallo, sed exceptos eos, quorum opera in ciuili bello Sylla vsus esset. id Cicero lib. Acad. II. perspicuè de Lucullo declarat, his verbis: Absens factus ædilis, continuò prætor: licebat enim celerius legis præmio. Sed, quo anno lex Licinia de altero consule plebeio rogata est, eodem M. Furius Camillus è S. C. tulit, vt ædiles ex patribus duo crearentur, qui curuli sella, vt consul, censor, & dictator, sederent. Ab eodem latum existimo, vt prætor vnus, qui ius in vrbe diceret, quod antè consulum munus fuerat, patricius crearetur. quæ lex neque à quo magistratu, neque quibus comitijs lata sit, Liuius explicat. ego tamen, cùm patricij prætorem postulassent, ijsque, vt degente patricia crearetur, à tribunis ple. concessum esset: non dubito, quin legem, qua patricijs honor accederet, patricius magistratus tulerit. quod si ita est, lata à dictatore Camillo, qui controuersias inter patres plebemq; sedauit, facile crediderim: præsertim, cùm & legem de curulibus

rulibus ædilibus è gente patricia creandis ab eodem dictatore, eodem anno esse latam. Livius narrat. comitijs autem vtramque legem non eisdem latam puto, sed tributis de ædilibus curulibus, quia minor esset magistratus, centuriatis autem de prætore, qui maiores inter magistratus fuit. cùm enim minores magistratus tributis comitijs, maiores centuriatis crearentur: leges quoque, quibus creati sunt, eisdem comitijs latas esse, rationi consentaneum est. non enim, quia lex de ædilibus & è S. C. tum à maiore magistratu tributis tamen comitijs latas esse, constet, vt quam Piso consul de incestu P. Clodij S. C. rogauit: quam in foro latam esse, vbi non centuriata. sed tributa comitia habebantur, patet ex epistola: Vereor, libro 1. ad Atticum. Illud additum videtur aut tunc, aut postea, in lege de prætore vrbis: ne plus quàm X. dies ac vrbe abesset. hanc ego facio coniecturam ex ijs verbis in Philippica 11. Cur M. Brutus, te referente, legibus est solutus si ab vrbe plus, quàm X. dies, abfuisset? erat enim prætor vrb. eo anno M. Brutus. Quod autem hic magistratus, consulibus absentibus, consulare munus in vrbe sustinebat: factum id non lege sed more maiorum: qui tamen ferè pro lege solebat esse. itaque Vlpianus, Diuturna, inquit, consuetudo pro iure, & lege in ijs, quæ non ex scripto descendunt obseruari solet. eiusq; rei caussam egregiè tradidit Iulianus: qui cùm hæc scripsisset: Quibus de caussis scripta legibus non vtimur, id custodiri oportet, quod moribus & consuetudine introductum est, subiunxit: Nam, cum ipsæ leges nulla ex alia causa nos teneant, quàm quòd iudicio populi receptæ sunt: meritò

&

& ea, quæ sine vllo scripto populus probauit, tenebunt omnes quid enim interest suffragio populus suam voluntatem declaret, an rebus ipsis, & factu? quare rectissimè etiam illud receptum est, vt leges non solo suffragio legislatoru sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogẽtur. Anno proximo, cùm, pro vno consule plebeio tres patricios prætextatos esse, vnũ prætorem, & duos ædiles, tribuni pleb in cõcione quererentur: concordiæ causſa concessum primo est, vt ædiles curul. alternis annis ex plebe fierent. postea promiscuum fuit, libero in omnibus ædilium cur. comitijs populi suffragio. Cautum etiam plebiscitis nonnulli scripsere, ne quis eundem magistratum intra x annos caperet: neu duos magistratus vno anno gereret: vtique liceret consules ambos plebeios creari, sed legem de magistratuum interuallo neque in consulibus, neque in prætoribus seruatam inuenio: credo quia quod populus postremum comitijs iuberet, id ius ratumq; esse in XII. tab. sancitum erat. iussum autem populi & suffragia esse interpretabantur qua ratione & duos consules patricios contra legem Liciniam creatos, Liuius lib. VII. scriptum reliquit. Graue etiam eo anno patricij damnũ accepêre. quo Q. Publilius Philo dictator legem nouam tulit, vt alter vtique ex plebe censor crearetur, veterem confirmauit vt plebiscita omnes Quirites tenerent. Nullus iam erat magistratus præter præturam, in quo patribus plebs inuidere posset: promiscua erat curulis ædilitas communis consulatus, atque adeò plebis potius, quàm patrum. cùm duos consules patricios fieri lege non liceret, duos autem plebeios nulla lex vetaret:

ret: ad dictaturam, ad censuram aque plebeijs hominibus & patricijs aditus patebat, de pretura, quæ patricijs tantùm hominibus deferebatur, nulla tamen adhuc querela, nulla plebi vox exaudiebatur: credo ob eam causſam, quia, cùm, vnus prator crearetur, eum ipſum locum appetere, impudentia videretur. itaque, cùm auctus deinde pretorum numerus eſt, eum, ne cuius magiſtratus particeps plebs non eſſet, pretura plebeijs etiam hominibus impertita. Eodem anno M. Valerius conſul de prouocatione legem tulit, diligentius ſanctum, eamq; tertio tum poſt reges exactos latam eſſe, ſemper à Valeria familia, lib. x. ſcribit Liuius. cauſſam autem ſapiùs renouandæ haud aliam putat fuiſſe, quàm quod, plus paucorum opes cùm poſſent, quam libertas plebis, prouocationis auxilio aduerſus magiſtratuum iniurias haud ferè quiſquam vtebatur. Quod autem eam legē ait tertio tum ab eadē familia eſſe latam: neque preterea latores ipſos nominat? ſignificat, primùm eam, quam P. Valerius Poplicola conſul, anno poſt reges exactos, de prouocatione aduerſus magiſtratus ad populum primus tulit, de qua libro II. mentionem fecit: deinde eam, quam conſul L. Valerius tulit, ne quis vllum magiſtratum ſine prouocatione crearet: de qua idem Liuius libro III. ſcriptum reliquit. in tertia ita ſanctum: eum, qui prouocaſſet, virgis cædi, ſecurique necari non licere: ſi quis aduerſus ea feciſſet, eum improbè feciſſe. pœnam autem in eum, qui contrà feciſſet, Valerius in ſua lege nullam nominauit: &, quatum probitas erat, pœnam in ipſo improbitatis nomine ſatis grauem duxit. At multis poſt annis,

cùm

cum audacia magis emineret, neque satis à facinore deterreret infamia, graui pœna, si quis verberasset, necassetue ciuem Romanum, M. Porcius Læca sanxit. has leges, de prouocatione à tribus consulibus Valeria gentis latas, ad populi libertatem potestatemque pertinuisse, manifestum est: easque significat Cicero Academicorum II. cùm ait: Commemorat reliquos, qui leges populares de prouocationibus tulerunt, cùm consules essent tres enim consules Valerios intelligit. Postea secuta est illa, quam M. Fulvio Peto, T. Manlio Torquato cos. M. Curius Dentatus tribunus plebis tulit, vt ante comitia patres auctores fierent, hoc est, vt probare sese diceret eos magistratus, quos populus creasset. quam legem, Cicero in libro de claris oratoribus, Appio Claudio Cæco interrege comitia habente, Liuius autem, P. Sulpitio Læuani esse tradunt. de quo tantùm illud dicam, ab eo, qui primus interrex esset proditus, comitia non haberi solita esse. quare, si duo interreges produti sunt, à posteriore habita esse comitia necesse est priorem esse proditum Appium Liuius asserit, Cicero Sulpicium, videtur existimasse itaque ille Sulpicium, hic Appium comitia habuisse dicit. Lex autem Mœnia, quæ ipsa quoque de magistratibus fuit, quam in Bruto simul cum lege Curia Cicero nominat, quo anno lata sit, quidque planè sanxerit, adhuc quæro. Rutilia lex de iure tribunorū inclit. à Festo nominatur, his verbis: Rufuli tribuni milit appellati, quos Consul, non populus, faciebat: de quorum iure quod Rutilius Rufus legem tulerat, Rufuli, ac post Rutili sunt appellati. Pedianus

alterum

alterum genus tribunorum milit. addit, qui Comitiati vocabantur, quod populi suffragio crearentur. quod à Festo etiam scriptũ esse, ex imperfecto, consumptisq; eius verbis licet conijcere. De communi omnium ciuium Romanorum iure, vt, quod à plebe scitum esset, eo. Quirites omnes tenerentur, legem tulit Q. Hortensius dictator, bu antea latam, à Valerio Potito, Horatio Barbato cos. & à Publilio dictatore. Illa fuit pro dignitate magistratuum praclara lex, qua, si cuius pater in hostium potestate esset, ab eo magistratum capi vetuit. videlicet hoc iudicauerunt sapientissimi viri, hominis non liberi filium Rempub. administrare, minus indecorum esse. itaque Liuius lib. XXVII. Seruilium, inquit, negabant iure aut tribunum pleb. fuisse, aut ædilem esse: quòd patrem eius, quem III. virum agrarium occisum à Boys circa Mutinam esse, opinio per x. annos fuerat, viuere atque in hostium potestate esse, satis constabat. & lib. xxx. de eodem: Latum ad populum est, ne Cn. Seruilio fraudi esset, quod, qui curuli sella sedisset, viuo, cùm id ignoraret, tribunus pl. atque ædilis pl. fuisset, contra quam legibus sanctum erat. Legem etiam fuisse, qua ut qui comitijs præesset, sui rationem in petendo magistratu habere vetaretur, Liuius lib. X. significat. Tulit & L. Villius tribunus pl. rogationem, quot annos nati quique magistratum peterent, caperentque: vnde & ipsi, & posteri cognomen indicium, vt Annales Villy dicerentur. Et quòniam, quis planè cuique magistratui petendo legitimus annus esset, nominatim hac lege expressum non inuenio: quid ipse legendo obseruauerim, breuiter

sub-

subijciam. Omitto quæsturam, tribunatum pl. ædilitatem pl. quia curules tantùm magistratus in lege Villia nominatos existimo. nam, si quæsturæ certum annum Villius sua lege statuisset: vnde postea tam incerta ratio? gesserunt enim quæsturam duo Gracchi, Tiberim, & Caius, anno ætatis XXVII. M. Cicero anno XXXI. C. Cæsar XXXIII. M. Cato Vticensis XXIX. quod si quis dixerit, liberam fuisse, quo quis anno vellet, quæsturæ petitionem, modò peteretur post annum XXVI. qui esset ad petendum legitimus: ideo mirum videri non debere, si Cicero, Cæsar, & Cato, non eodem omnes anno, petierint: quandoquidem satis duxerint leges obseruare, quæ petendæ quæsturæ annum definiebant XXVI. gerendæ XXVII. hoc si quis obiecerit: ad coniecturam, id est, ad rationem ipsam, confugiam. Quid enim? simile ne veri est, C. Cæsarem, (omitto Ciceronem: cui tamen, cùm homo nouus esset, laborandum maximè fuit de dignitate, nec quæ prima daretur, occasio neglegenda) sed C. Cæsarem, quo nemo magis honores appetiuit, nemo potestatu & imperij fuit auidior, eum ne verisimile est petitionem quæsturæ ab anno XXVI. si is legitimus esset, in annum XXXII. distulisse? gestam enim ab eo quæsturã anno XXXIII. Suetonius demonstrat, his verbis: Pertæsus ignauiam suam, quod nihil à se memorabile actum esset in ætate, quam iam Alexander orbem terrarum subegisset. Perijt autem Alexander octauo Mense anni XXXIII. ætatis suæ. quod ex Arriano lib. 7. & Plutarcho colligitur, & ex oratione V. in Antonium. verùm habeo, quo utar, aliud paulo firmius argumentum. video enim, Pompeiũ

Magnum, cùm annum ageret XXXV. consulatum gessisse, solutum videlicet legibus, meritorum ingentium in Rempub. eximiáq; virtutis ergo. At eo anno magistratum nullum per leges capere licuisse, Cicero demonstrat: quo modo igitur & Cicero ipse, & Cæsar, & Cato quæsturam ante annum XXXV. ceperunt (num obscurum est, leges loqui de curulibus tantùm honoribus, ædilitate prætura, consulatu: quæstura autem, ædilitatis pl. tribunatus pl. rationem habuisse nullam? sed recitentur verba Ciceronis. Quid, inquit in oratione pro lege Manilia, tam singulare quàm vt, ex S. C. legibus solutus, consul ante fieret, quàm vllum alium magistratum per leges capere licuisset? dicit, Vllum alium magistratum. quòd si de quæstura leges locutæ sunt, falsum est: cùm, vt ostendi, quæsturam multi gesserint ante annum XXXV. quo anno creatum esse consulem Pompeium, tum ex Appiano constat, tum ex Velleij historia, in qua scriptum est, periisse Pompeium Cæsare & Seruilio cos. anno ætatis suæ LVIII. à quo anno si retrorsum numeres, cadet primus eius consulatus in annum eius ætatis XXXVI. nam, quod ait Plutarchus anno LIX. interijsse Pompeium, id quoque potest esse verum, hoc modo, vt primum eius ætatis annum capiamus C. Atilio Q. Seruilio cos. quo anno Pompeium esse natum, Velleius affirmat. tametsi, cùm ait ipse Pompeium periisse anno lux. non incipit numerare ab eo anno, sed à proximo sequenti, quòd scilicet non ita multò ante exitum consulatus Atilij & Seruilij natus esset Pompeius, & exiguum illud spatium in annorum numero videretur omittendum. Constat igitur,

tur, legem Villiam nihil de ijs honoribus sanxisse, qui caperentur ante eum annum, quo Pompeius primùm consul fuit, siue eum velis esse xxxvi. vt Velleius sensit, excluso anno, quo natus est, siue malis xxxvij. ex Plutarchi sententia, qui videtur numerasse annum, quo Pompeius natus est, Serrano, & Capione cos. nam ædilitatis curulis annus erat xxxvij. cuius rei argumentum est, quod eam petijt Scipio Aemilianus xxxvi. & solutus legibus, consul factus est. annum porrò fuisse eius ætatis xxxvi, Velleius demonstrat his verbis. Decessit M. Aquilio C. Sempronio cos. anno fermè LVI. de quo si quis ambiget, recurrat ad priorem consulatum eius in quem creatus est anno xxxv. ita dubitare desinet. vt omittam, quod, cùm ædilitas præturam biennio antecedat, & prætura item biennio consulatum, consulatus autem geratur anno XLIII. quod paulò pòst ostendemus: necesse est, vt gerendæ ædilitati legitimus annus sit XXXVII. Nunc agamus, quando satis de ædilitate dictum est, de anno prætura. at hoc, si de ædilitate conceditur, in dubium vocari non potest. geritur enim ædilitas anno XXXVII. sequitur pòst biennium prætura: quod indicant & multorum exempla, & illa maximè verba Ciceronis in epistola ad Furnium: Si ædilis fuisses, pòst biennium tuus annus esset. ex quo de anno prætura constat. Ad hanc legem videtur spectasse Dio, cùm ait lib. XXXIX. Consules in senatu sententiam dixerunt, vt ei prætura daretur: licet nondum per leges liceret. Et Plutarchus, cùm dixit: Decreuit senatus, vt Catoni prætura extra ordinem daretur. Et Valerius lib. IV. cap. I.

inquit: Cato Cypriacam pecuniam maximâ cum diligentia, & sanctitate in vrbem deportauerat. cuius ministerij gratia senatus relationem interponi iubebat, vt prætorys comitijs extra ordinem ratio eius haberetur. sed ipse id fieri passus non est, iniquum esse affirmans, quod nulli alij attribueretur, sibi decerni: ac ne quid in persona sua nouaretur. campestrem experiri temeritatem, quam curiæ benefitio vti, satius esse duxit. Quā quam est quiddam, hac in re cur magnoperè dubitem. nam, cùm id eo sit anno decretum, quo Marcellinus & Philippus consulatum gesserunt: certè per ætatem potuit Cato petere præturā. tribunus enim pl. ante annos quinque Silano & Murena cos. fuerat. prætura verò quadriennio tantùm à tribunatu distat. eoq; magis liquet, potuisse Catonem Marcellino & Philippo cos. petere præturam, quod anno sequenti, Pompeio & Crasso cos. petijt, non vt designaretur, sed, vt creatus magistratum statim iniret. quod anno proximo superiore habita comitia nulla fuerant: ideoq; consules Pompeius & Crassus ex interregno facti sunt: qui deinde prætores crearunt. quod igitur ob domesticas discordias Marcellino & Philippo cos producta in annum sequētem comitia sunt, propterea Cato non petijt eo anno, petijt autem sequenti, consulibus, vt dixi, Pompeio & Crasso creatis. Præterea, cùm eum obijsse anno ætatis XVII. Plutarchus asserat, quo anno consulatum Cæsar gessit, satis constat, annis retrorsum numeratis, eum Philippo & Marcellino cos. prætorem creari potuisse. Quare Dionem quidem excusare non possum. Plutarchus autem, & Valerius defensione fortasse non carēt.

putemus

putemus enim senatū decreuisse, non vt Catoni ante legitimum annum petere liceret, sed vt omninò Cato prætor crearetur, neq; à populi suffragijs penderet, quorum dubius esset euentus. quam sententiam illa quoq; videntur confirmare Valerij verba: Compestrem experiri temeritatem, quàm Curiæ beneficio vti, satius esse duxit. Post præturam non minore, quàm biennij spatio sequebatur consulatus: eiusq; legitimus dicebatur annus xliij. hinc illa in Antonium oratione V. Quid Macedo Alexander? cùm abineunte ætate res maximas gessisset, nónne tertio & trigesimo anno mortem obijt? quæ est ætas decem annis minor, quàm Consularis. Verùm de hoc legitimo Consulatus anno sic opinor æquè dici, suo anno consulatum gerere eū, qui extremis diebus anni xliij. consulatum init. puta tribus, aut quatuor diebus ante expletum annū xliij. & eum, qui anno xlij. consulatum init, sed peragit anno xliij. oppinor enim in lege Annali scriptum fuisse, vt nemo gereret consulatum ante xliij. ætatis annum. inde legi quodam modo facta fraus, cùm nonnulli consulatum inirent anno xlij. & satis haberent, si primis anni xliij. Mensibus, aut etiam diebus postremòs consulatus menses, aut etiam dies tantùm attingerent. Contrà Cicero in agraria II. gloriatur se consulatū petijsse, cùm primùm licuerit. quod secus est: nam petijt anno xliij. cùm licuerit petere anno xlij. & satis esset, aliquam modo partem consulatus gerere anno xliij. idq; Cæsaris exemplo comprobatur: qui cùm patrem amiserit, vt ait Suetonius, annum agens xvi. Cinna III. & Carbone cos. ratione subducta cognoscitur, initum ab eo consulatum, cùm an-

nos xli & menses sex natus esset, peractum sexto Mense anni eius ætatis xliij. non enim assentior Suetonio, qui scripsit eum obijsse sexto & quinquagesimo ætatis anno. quòd si uerum esset, consulatum Cæsar totum gessisset ante annum XLIII. quod legibus non licebat. præterea nostram sententiam confirmat ordo magistratuum. nam, cùm prætura consulatum, prætoram ædilitas, ædilitatem quæstura biennio saltem antecedat, Cæsar autem quæsturam inierit anno ætatis xxxiij. quod Suetonius his verbis ostendit: Quasi pertæsus ignauiam suam, quod nihil tum à se memorabile actũ esset in ætate, qua iam Alexander orbem terrarum subegisset: hæc inquam, cùm ita sint, initium consulatus eius cadit in sextum item mensem anni xlij. exitus autem in sextum item mensem anni xliij. natus enim est, quod Macrobius asserit, iij. Idus Quinctilis, qui dies à Kalendis Ianuarij sequente, id est, à primo consulatus die sex mensibus, duodecim diebus minus, distat. Nec licet obycere solutum legibus Cæsarem consulatum gessisse planè totum antè, quàm annum ætatis attingeret xliij. Quis hoc putes? primùm nulla mentio, deinde, nec rationi consentaneum: siquidem & ordo & interualla patent eorum honorum, quos Cæsar gessit. Aut igitur apud Suetonium legendũ est, anno lvij. non lvi. aut Suetonius de anno lvi. iam peracto significauit: quod si ita sensit, quàm propriè, & usitatè sit locutus, alij viderint: aut, si periisse Cæsarem intra annum ætatis lvi & sensit ipse, & omninò demõstrare voluit, verbis utens cum usu Latinæ lingua congruentibus, parum attentè rem cogitauit, cùm nõ animad-

maduerteret ita fieri, vt Cæsaris consulatus annũ xliij. legibus constitutum, non attingeret. Redeo ad Ciceronem. Is Serrano, & Capione cos. vt ipse in Bruto, & Gellius lib. xv. cap. 28. docuit. iij. Nonas Ianuarij, vt idem ep. v. lib. vij. ad Att. scribit, consulatum petijt mẽse sexto anni ætatis xliij. & inijt diebus tantùm tribus ante exitum eiusdem anni: reliquum præterea consulatus tempus traduxit anno xliiij. cùm igitur Cicero dixit, Consulatũ se petijsse, cùm primùm licuerit, si cõsideratur præscriptum lege Villia tempus, quo geritur consulatus, verè dixit: quandoquidem satis est, aliqua anni xliij. parte consulatum attingere, quem attigit Cicero, vt ostendimus, tribus duntaxat diebus: sin autem ad tempus respicitur, quo per eandem legem licuit petere, ambitiosè magis, quam verè, Cicero locutus est quod cùm oratorium, tum ipsius maximè Ciceronis, qui fuit auidior etiam, quàm satis est, gloriæ proprium videtur. id autem eo fit apertius, quòd in oratione pro Sylla suum collegam in quæstura Cicero significat Autronium fuisse: Autronium autem biennio citius, quàm Ciceronem, & petijsse consulatum, & designatum esse, satis ex historia constat. Nec verò quisquã existimare potest, solutum legibus Autronium, quòd Cn. Pompeius magnis rebus gestis consecutus est, biennio maturius, quã per leges liceret, consulatũ petijsse: nam neq; huius rei mẽtio in libris vlla reperitur, nec Autronius is vir fuit, cui tribuendũ videretur idẽ, quod Pompeio propter eximia in Rẽpub. merita, cõcessum est. Fuit & lex, vt duo prætores crearentur: mox alia, vt tres, deinde Sulla, vt quattuor: &, quia leges ad temporũ

rationem accommodantur, propterea simul cum vrbis opibus, & ciuium frequētia, prætorum quoque numerus ita deinde auctus est, vt, quo anno C. Cæsar cum M. Antonio consul fuit, XVI. prætores Romæ esse cœperint, cùm ante Syllæ dictaturam VI. vt ait Velleius, post IIX. deinde x fuissent quos deinde ab Augusto rursus x. esse factos, apud Dionem in historia scriptum est. Legimus etiam apud Censorinum de prætore vrbis plebiscitum, à M. Plætorio tribuno pl. latum, his verbis: Prætor vrbis, qui nūc est, quiq; post hac fuerit, duos lictores apud se habeto: ūq; supremam ad solem occasum ius inter ciues dicito. Varro autem libro 5. Suprema, inquit, summum diei. id à supremo. hoc tempus XII. tabulæ dicunt occasum esse solis. sed postea lex Plætoria id quoque tempus iubet esse supremum, quo prætor in comitio supremam pronunciauit populo. Referam in hunc numerum & eam legem, quam, ad imminuendam tribuniciam potestatem, dictator Sylla tulit, primùm, ne tribunis plebis alios magistratus capere liceret: deinde, ne ad eos prouocatio esset: tū, ne leges ferre possent: postremo, ne ijs concionari liceret. hanc Sylla iratus plebi tulit, quia pro Marianis partibus contra ipsum steterat. sed, eo mortuo, C. Aurelius Cotta consul primùm legis caput abrogauit. tulit enim, vt alios magistratus tribunis pl. capere liceret, alterum caput abrogauit. Pompeius Magnus in primo consulatu, lege lata, vt ad tribunos pl. esset prouocatio. omniaque omninò, quæ tribunis pleb. ademerat Sylla, illis esse restituta, exemplis intelligitur. ius autem intercedendi, lege nunquam amiserunt: quod illis initio belli

ciuilis

ciuilis iniquè ereptum, queritur Cæsar his verbis lib. 1. de bello ciuili: Aguntur omnia raptim, atque turbatè: neque docendi Cæsaris propinquis eius spacium datur: nec tribunis pl. sui periculi deprecandi, neque etiam extremi iuris intercessionem retinendi, quod L. Sylla reliquerat, facultas tribuitur: sed de sua salute septimo die cogitare coguntur, quod illi turbulentissimi superioris temporis tribuni ple. octauo denique mense suarum actionum respicere, ac temere consueuerant & in eodem libro, paulò pòst: Nouum in Repub introductum exemplum queritur, vt tribunicia intercessio armis notaretur, atque opprimeretur, quæ superioribus annis armis esset restituta: Syllam, nudata omnibus rebus tribunicia potestate, tamen intercessionem liberam reliquisse, Pompeium, qui amissam restituere videatur, bona etiam, quæ ante habuerat ademisse. Vetust etiam lex tridunos pl. integrum diem ab vrbe abesse: de qua, vt opinor, significant illa verba Gellij lib. III. cap. 11. Tribuni pl, quos nullum diem abesse Roma licet, eùm post mediam noctem proficiscuntur, & post primam faciem ante mediam sequentem reuertuntur, non dicuntur abfuisse vnum diem: quando, ante horam noctis sextam regressi partem aliquam illius in vrbe sunt. Nam quod in Liuio lib. IX. legitur, duos tribunos pleb. L. Liuium, & Q. Melium, cùm de ijs, qui pacem Caudinam fecerant, dedendis in senatu ageretur, ita locutos: Neque exsolui religione populum deditione sua, nisi omnia Samnitibus, qualia apud Caudium fuissent, restituerentur: neque se pro eo, quod spondendo pacem, seruassent exercitum populi Rom.

pœnam vllam meritos esse: neque ad extremum, cùm sacrosancti essent, dedi hostibus, violariue posse: tribunos quidem plebis esse, cùm hæc dicerent, Liuium, & Melium, constat: non tamen simul illud, eosdem fuisse tribunos pl. cùm pacem ad Caudium spoponderunt. nō enim hoc anno, quo de sponsoribus pacis populo Samnitum dedendis actum est, sed proximo superiore pax illa per sponsionem facta fuerat, in qua non affuisse tribunos ple. indicant hæc, quæ subscribam, eiusdem Liuij verba. Spoponderunt consules, præfecti, legati, quæstores, tribuni mil. nominaq; omnium, qui spoponderunt, exstant. itemque illa, haud ita multò pòst, in eodem libro. Samnitibus non fuit satis, consules spondere, sed legatos, quæstores, tribunos mil. spondere coëgerunt. tribunos plebis non nominat. ergo nulli affuerunt. Liuius autem, & Melius eo tempore tribuni milit. vt opinor, in castris fuerant. vnus, quòd meminerim, aut etiam, quod omninò legerim, Q. Metellus Nepos, cùm tribunatum plebis gereret, contra leges in Syriam ad Cn. Pompeium sua sponte, nulla vi cogente, profectus est. quo facto subijt ignominiam, nulla tamen affectus est insigni pœna. consul etiam aliquot post annis cum Lentulo Spinthere creatus est, siue quod hominis vitia familiæ dignitas tegeret, siue quod eū non tam ipsius facta deprimerent, quam Pompeij, & aliorum, qui plurimum in Repub. poterant, amicitia subleuaret. Redeo ad institutum. De iure magistratuum, ne quis peteret absens, legē tulit Pompeius Magnus in tertio consolatu: in qua cùm neminem excepisset, mox, socerisui C. Cæsaris recordatus, lege iam in æs inisa, & in ærarium condita,

condita, correxit errorem, vno Cæsare excepto. Tulit aduersus censoriam potestatem P. Clodius in tribunatu, ne quem censores in senatu legendo præteriret, néue qua ignominia afficerent, nisi qui vtriusque censoris sententia damnatus esset. qua de lege sic in Pisonem Cicero: Ab eodem homine vetus illa magistratuum pudoris, & modestiæ, censoria seueritas sublata est. Tullia fuit de legationibus liberu, lata à M. Cicerone consule, ne, sicut antea, infinitum, sed annum tempus earum esset. Alias quoque de magistratibus, atque huiusmodi de genere non dubito fuisse, præsertim tribunitias, vt potestas patriciorum magistratuum minueretur. semper enim tribuni plebi id egerunt, vt iura magistratuum, ac senatus ad vniuersum populum omnia transferrent. quare longum esset omnes enumerare: neque tamen de omnibus mentio reperitur. insignes autem præter cæteras hæ sunt, quas nominauimus. De comitijs omnes ferè populares leges fuerunt. Tulit cum Volerone Publilio Latorius, id quod iam dictum est, vt tributis comitij plebeij magistratus fierent. quo primum tempore tributa comitia Romæ esse instituta, facile suspicor. neque enim ante hanc legem vsquam ea video nominari: &, opinor, curiatis comitijs plebeij magistratus, centuriatis patricij creabantur. plebeij autem dicebantur, qui plebis caussa, & ex ipsa plebe, patricij verò, qui patriciorum caussa, & ex patricijs familijs primum erant instituti. postea plebi quoque ius petendi patricios magistratus cõcessum est plebeios magistratus, salua legibus, patricius nemo petijt. sed legẽ Voleronis, quam à nonnullis video Voleroniam imperitè vocari, cùm

cùm leges à prænominibus nominari mos non esset, Publiliam appellauerim: siquidem Publiæ gentis Volero prænomen fuit. Tulerunt deinde L. Valerius, & M. Horatius cos. vt, quod tributu comitijs lex sanxisset, eo Quirites omnes æquè tenerentur, ac si centuriatis comitijs perlata lex esset. ita centuriatis comitijs tributa sunt æquata, & quod ait Liuius, tribunicijs rogationibus acerrimum telum hac lege datum est: cùm quidquid tribuni pl. ferrent, id deinde ab omnibus ciuibus seruari necesse esset. Etiam illa Publilij dictatoris contra senatum pro populo fuit, qua cautum est, vt omnium legum, quæ comitijs centuriatis ferrentur, ante initum suffragium patres auctores fierent: ne scilicet roboris haberet minus, si quid populare patribus inuitis latum esset. Item illa C. Caßij tribunicia, vt ordinem senatorium amitteret is, quem populus damnasset, cuiúe imperium abrogasset. Quoniam autem potestatem soluendi legibus senatus habebat, C. Cornelius eam potestatem lege paululum imminuit: tulit enim, ne quis in senatu, nisi CC. senatores affuissent, legibus solueretur: néue quis, cùm solutus esset, intercederet, cùm de ea re ad populum ferretur. quæ duo capita neque omninò è senatus, neque è populi voluntate vtraque fuerunt, sed primum pro populo, alterum pro senatu, inuitis tamen optimatibus, vt Pedianus ait, lata lex est, qui vel pauci gratificari solebant. De iure, & tempore comitiorum lex Aelia & Fusia contra populum pro senatu fuerunt, cùm tamen à tribunis pleb. latæ sint: id quod significat Ciceto in oratione in Pisonem his verbis: Centum propè annos legem Aeliam & Fusiam tenueramus. intra

a centum enim annos ante Pisonis & Gabinij con-
latum non modò consules eodem anno non fuerunt
elius, & Fusius, sed nemo omninò ex Aelia gente
nsulatum gesſit. quare, cùm eodem anno lata lex vi-
eatur, nimirum, à duobus tribunis pleb. latam esſe,
re putabitur. Quod autem Vlricus Zasius in eo libro,
quem antiquas leges coniecit, legem Aeliam, &
usiam tradit post interfectos Gracchos, & ante Pu-
icum bellum tertiam esſe latam, apertè loquitur pug-
antia. nam, si post interfectos Gracchos, quo modo
nte Punicum bellum tertium? cùm Tit. Gracchum
canola & Pisone cos. annis post euersam Carthagi-
em, & Scipionis triumphum, XIII. occisum esſe,
on solùm historiæ, verùm & fasti declarent: quos
Paulo III. Pontifice, felici quodam litterarum
ato, Romæ repertos, multis locis iniuria temporum
mutilos, & imperfectos, restituit, atque absoluit magnæ doctrinæ vir, & ingenio præditus eximio, Carolus
igonius. Accedit testimonium Ciceronis: qui contra
Vatinium. Leges, inquit, Aelia, & Fusia in Gracchorum ferocitate vixerunt. Opinor etiam, vel potius planè video, contra quam idem Zasius videtur existimasse, non vnam legem, sed duas, Aeliam & Fusiam fuisse. nam, etsi sæpè Cicero ita loquitur, vt dicat legem Aeliam & Fusiam: aliquando tamen eas separat, vt duas leges agnoscere videatur. in oratione pro Sextio: Iisdem, inquit, consulibus sedentibus, atque inspectantibus, lata lex est, vt lex Aelia, lex Fusia ne valeret. & in Vatinium: Sanctissimas leges, Aeliam, & Fusiam dico, quæ in Gracchorũ ferocitate,

&

& in audacia Saturnini, & in colluuione Druſi, & in contentione Sulpicij, & in cruore Cinnano, & inter Syllana arma vixerunt. In Piſonem: Centum propè annos legem Aeliam, & Fuſiam tenueramus: quas leges auſus eſt non nemo improbus, potuit quidem nemo vnquam conuellere. In ea de prouincys conſularibus: Aut vobis ſtatuendum eſt, legem Aeliam manere, legem Fuſiam non eſſe abrogatam. Poſt redditum in ſenatu: Vt lex Aelia, & Fuſia ne valerent. clariſsimè autem de haruſpicum reſp Sullulit duas leges Aeliam, & Fuſiam, maximè Reip. ſalutares. Sed videamus, quæ fuerit vtriuſque ſententia: quod etiam, vt puto, de numero erit argumentum. ſententiam verò non aliunde, quam ex ipſo Cicerone, poſſumus colligere. quare loca ipſa proponemus: vt, non modò quid in ijs ſancitum ſit, verùm etiam quid inter vtramque differat, intelligatur, ac primum, quod ait in ea pro Sextio: iiſdem cōſulibus ſedentibus, atque inſpectantibus, lata lex eſt, ne auſpicia valerent, ne quis obnunciaret, ne quis legi intercederet, vt omnibus faſtis diebus legem ferri liceret, vt lex Aelia, lex Fuſia ne valeret: dicendum eſt, quattuor illas partes, de auſpicijs, de obnunciatione, de intercęſsione, de faſtis diebus, omnes duabus legibus, quæ ſubijciuntur, Aelia, & Fuſia, comprehendi, ſed tres priores Aelia, poſteriorem autem Fuſia: rurſus, è tribus prioribus, eiuſdem generis, & quaſi naturæ duas eſſe, tertiam ſeparatam, & tamquam alienam. nam auſpicia ideo erant, vt eſſet, obnunciatio: cùm enim de-

calo

cælo seruatum esset, tum ferentibus legem obnunciabatur. itaque auspiciorum quasi partus quidam erat obnunciatio : nec vmquam seruatum est de cælo, quin obnunciatum sit, siue prospera, siue aduersa signa essent, cùm prospera confirmarent id, quod cum populo ageretur, aduersa impedirent. propterea sublatum esse à Clodio morem de cælo seruandi, scripsit Dio lib. xxxviij. cùm tamen antea ita diligenter auspicia seruata essent, vt M. Drusi legibus, quia contra auspicia lata iudicarentur, senatus decreuerit populum non teneri. quod Cicero libro 11. de legibus, & Pedianus in commentario Corneliana tradidit. ergo cum hoc auspiciorum genere quasi cognatione quadam coheret obnunciatio. at intercessio nihil habet commune cum auspicijs. auspicia enim ad religionem referebantur, quod à cælo, id est, à deorum numine, pendere viderentur. intercessio autem humanæ potestatis erat, & cùm à voluntate semper nulla religionis obseruatione, manabat, tum ab ea voluntate nonnunquam, quæ ab omni religione dissentiret, & cum ipsa quasi deorum voluntate pugnaret. præterea, seruare de cælo, augurum, atque omnium planè magistratuum fuit, quod & suprà notauimus : intercedere verò, duntaxat ad tribunos pleb. tum veteri Sacratarum legum iure, tum, vt ego existimo, legi Aeliæ iussu pertinuit. loquor autem de intercessione ad populum, cùm lex ferretur. nam in senatu, cum S. C.

fieret,

fieret, non tribunos pl. tantúm. sed omnes, qui eadem potestate, qua ij. qui S. C. facerent', maiore ue essent, intercedendi facultatem habuisse, diximus in libro de Senatu. atque etiam, quod in eo libro non diximus, forensis, vt ita dicam, erat intercessio, cum praetori de priuata controuersia decernenti prator intercedebat. cuius generis idoneus locus erit in libro de iudicijs. nunc persequamur institutum. Dixi legis Aelia fuisse tria illa membra, de auspicijs, de obnunciatione, de intercessione. qua Clodius sua lege sustulit: quartum de fastis diebus Fusia lege sanctum. itaque in oratione de prouincijs consularibus, in extremo, paulò distinctius locutus est Cicero, cùm caput illud, de fastis diebus, separatim à reliquis posuit, reliqua verò tria separatim quidem & ipsa ab eo capite, sed ipsa tamen inter se coniuncta vt dubitandū minimè sit, quin hac in vna lege simul fuerint, sicuti simul sunt à Cicerone pronūciata, quod si in vna lege: ne illud quidem dubitandum de duabus legibus, Aelia scilicet, & Fusia, vtram intelligamus, nam si de tribus coniunctis vnum aliquod in Aelia lege fuisse docuero: Aelia legi & reliqua duo tribus debere, concedendum, vt opinor, erit. docebo autem Pediani verbis obnunciationem Aeliae legis fuisse. natus illud in Pisonem, AP. Clodio, fatali portento prodigioq; Reip. lex Aelia, & Fusia euersa est, ipse sic interpretatur: Legem tulit P. Clodius tribunus pl. ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cœlo seruaret: propter quam rogationem, ait, legem Fusiam, et Aeliā propugnacula, & muros trāquillitatis, atq; otij, euersam esse. obnunciatio enim, qua pernicioſis legibus

resiſte-

resistebatur, quam Aelia lex confirmauerat. erat sublata miror autem, cur eo loco nihil de sententia Fusia lege addiderit Pedianus, cùm tamen ipsam legem simul cum Aelia nominarit. non enim tantum tulit Clodius, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cælo seruaret, quod contra lex Aelia iubebat: sed etiã, vt omnibus fastis legem ferri liceret: vt apertè demonstrant illa, quæ sunt à nobis ex oratione pro Sextio recitata, & hæc in ea de pronuncijs: Aut statuendum vobis est, legem Aeliam manere, legem Fusiam non esse abrogatam, non omnibus fastis legem ferri licere, cùm, lex feratur, de cælo seruari, obnunciari, intercedi licere: Verùm, vt fortasse mutilus Pedianus, quia prætermiserit id, quod Fusia lege scitum Clodius abrogauit, non item mendosus in eo, quod de lege Aelia posuimus: satis enim planè loquitur, atque ita, vt, cur de mendo suspicemur, causam esse nullam videam. quare habemus quod volumus, obnunciationem ad legem Aeliam pertinere, quòd si hoc, ergo & illud, auspicia quoque, à quibus obnunciatio deriuatur, & intercessionem ad eandem legem pertinere. &, si hæc tria ad legem Aeliam, vnum illud, quod reliquum est, de fastis diebus, ad Fusiam pertineat, necesse erit. Eandem vtriusque legis sententiam, nisi fallor, attigit in epistola, Quarto, lib. I. ad Atticum, cùm ait: Lurco autem tribunus pleb. qui magistratum simul cum lege Aelia iniit solutus est & Aelia, & Fusia, vt legem de ambitu ferret. inibant enim veteres Romani magistratum auspicato, neque omninò quidquam publicè, nec domi, nec militiæ, sine auspicijs gerebatur. quod

autem in tribunatu pl. Lurconi mandando factũ erat, vt auspicia seruarentur id vt ipse in lege de ambitu ferenda ne seruaret, neque auspiciorum vllam omninò rationem haberet, decretum est à senatu: neque hoc solùm sed illud simul, vt omnibus fastis legè ferre posset. quòd lex Fusia vetabat: ideo enim soluit cum senatus & Aelia lege, & Fusia, vt neque auspiciorum religio, neque dierum ratio impedimento esset, quo minus primo quoq; tẽpore perferri lex de ambitu posset. Has ipsas leges, & in oratione pro Sextio lege Clodia significat abrogatas. cùm ait: Mitto eam legem, qua omnia iura religionum, auspiciorum, potestatum, omnes leges, quæ sunt de iure, & de tempore legum rogandarum, vna rogatione sustulit. nam, etsi non nominat, legem tamen Aeliam significari certum est, cùm ait, Quæ sunt de iure, Fusiam autem cùm subiecit, Et de tempore: ius enim intelligit auspicandi, obnunciandi, intercedendi quæ sanxerat Aelia lex: tempus autem, quo legem perferri non liceret. fastos videlicet dies, de quibus cauerat Fusia lex. nec dubito, quin, cùm dixit, Omnia iura religionum, auspiciorum, potestatum, ad sententiam potius Aeliæ legis, quàm Fusiæ spectauerit. nihil enim horum video, quod ad Fusiam referri possit. nam ego quidem in verbo, Potestatum, obnunciationem, & intercessionem significari puto, quæ legis Aeliæ fuisse, iam diximus. &, quamquam, Auspiciorũ, potestatum, dixit, ad interpretationem antecedentis verbi, Religionum, quod sæpè facit, & in dictione, Potestatum, & obnunciatio, & intercessio simul inuoluitur: solam tamen obnunciationem ad religionem refe-

ro: nam

ro: nam intercessioni cū religione nihil erat: quod paulò antè demonstraui. Verùm sic aliquis argumentabitur, si, cùm dixit Cicero, Religionum, auspiciorum, potestatum, Aeliam legem tantùm significauit, Fusiæ rationem nullam habuit: cur proximè ipse se explanans intulit, Omnes leges, quæ sunt de iure, & de tempore legum rogandarum? nam, si proxima superiora exponit, quod nemo dubitat: proxima verò ad solam Aeliam legem referuntur: cur non subiecit vnam potius legem, quàm omnes leges? Est omninò hæc specie probabilis argumentatio. re verò falsa. nam, quid attinet argumentari de sententia Ciceronis, cùm ipse semetipsum patefaciat, atque exponat? videbat maioru esse momenti, legem Aeliam tolli, quàm Fusiam. nam Aelia lex perniciosarum legum lationem impediebat obnunciatione, & intercessione. Fusia verò, non, vt omninò ferri ne posset lex, efficiebat, sed tantùm, vt ne fastis diebus posset: comitialibus autem vt posset, nō vetabat. itaque quo plus intererat Reipub. nunquam ferri malas leges, quàm serò ferri: eò erat vtilior ciuitati Aelia lex, quæ malum prohibebat, quàm Fusia, quæ tantum differebat. potius igitur legis Aeliæ sententiam ostendit. Cicero, quàm Fusiæ quod, id, in quo grauius peccauerat Clodius, commemorare, plus ad concitandam inuidiam posse intelligebat. nec tamen ideo legis Fusiæ sententiam omisit, vt eius abrogationem Clodio condonaret. nam subiecit deinde, vt legem vtramque significaret: Omnes leges, quæ sunt de iure, & de tempore: quorum alterum ad Aeliam, alterū ad Fusiā spectare, iam diximus. Quòd si quis paulò obsti-

nacior repugnat adhuc, nec facilè manus dat, cedat saltem ipsi Cicerom: cuius in consuetudine notanda nisi plurimus fuissem, nunquam hæc, quæ sum aggressus, vlla ex parte præstare mihi licuisset. si modò, vt præstare possim, is, cui accepta omnia refero, concesserit Deus. ipse igitur Cicero cum Vatinio sæpè obyciat, eum contra legem Aeliam & Fusiam fecisse, tamen in ea pro Sextio; cùm de eodem Vatinio loquatur, vnam Aeliam nominat, ait enim sic: Qui ita se in populari ratione iactarat, vt auspicia legem Aeliam, senatus auctoritatem, consulem, collegas, bonorum iudicium nihil putaret. & in ea post reditum in senatu, cum eiusdem Aeliæ vim & significationem exponat, de Fusia nihil afferat, proximè tamen vtramque nominat: Legem, inquit, tribunus pl. tulit, ne auspicijs obtemperaretur, ne obnunciare consilio, aut comitys, ne legi intercedere liceret. vt lex Aelia & Fusia ne valerent. & in Vatinium: Audire à te cupio quare, cùm ego legem de ambitu ex S.C. tulerim, sine vi tulerim, saluis auspicijs tulerim, salua lege Aelia, & Fusia, tu eam esse legem non putes. Rursus dubitabitur in ea pro Sextio, primùm, cur eas leges significauit potius, quàm nominauit: deinde, si significandas duxit, cur, cùm de duabus tantùm legibus intelligeret. Omnes, dixit: quasi & de iure, & de tempore legum rogandarum plures leges essent. placet in hu dubitationibus immorari nã, vt ex lapidum conflictu ignis, sic ex rationibus vtrimque collatis veritas elicitur. Significauit potius, quàm nominauit, non solùm, quia nommauerat antea, cùm dixit: Iisdem consulibus sedentibus, atque inspectantibus,

bus, lata lex est, vt lex Aelia, lex Fusia ne valeret: vt, cùm de re iam nominata, & sua sponte fatu nota loqueretur, obscura non posset esse significatio: verùm etiam quia vehementior & grauior sæpè fit oratio, cũ id, quod obijcitur, significatur potius, quàm nominatur. quo potissimum genere abundant ij, qui inter cæteros excellunt, Demosthenes, & Cicero. Omnes, autem potius dixit, quàm, duas, vel quia re vera præter Aeliã, & Fusiam, de iure, aut de tempore, legum rogandarũ lex erat nulla: vt, qui Aeliam, & Fusiam, is omnes planè significaret: vel quia, cùm essent aliæ quoque leges & de iure, & de tempore, quas vltimæ Aelia & Fusia, in eandem sententiam scriptæ confirmarunt, qui tolleret duas vltimas, superiores quoque omnes tolleret. nã quemadmodum, magu nobili sublato, vt apud philosophos est minus quoque nobile simul tollitur, vt sublato corpore, simul ea tolluntur, quæ in corpore adhærescunt: sic qui Aeliã & Fusiam rogatione tollebat, quas & diligentius, & grauius, quàm superiores omnes esse conscriptas verisimile est, eum omnes simul leges eadem rogatione sustulisse certum est. quòd si quis, vtrũ, ante Aeliam & Fusiam, & de iure, & de tempore aliæ leges fuerint, dubitat: neq; credit, nisi vel ratione admodum firma, vel graui teste probetur: ego, vt in vtroque satisfaciam, rationem, vt opinor, afferam non imbecillam: testem autem eum producam, quem leuissimum appellare nemo possit. primumigitur pro ratione illud opponam: cùm in oratione in Pisonem ita loquatur Cicero: Centum prope annos legem Aeliam & Fusiam tenueramus: credibile non esse, supra centum annorum

vrbem Romam sine vlla lege de auspicijs, & de fastis diebus fuisse: præsertim cùm idem in illa in Vatinium acerbissima interrogatione auspiciorum vetustatem hu verbis ostendat: Quis tantus furor, vt auspicia, quibus hæc vrbs condita est, quibus omnia Resp. atque imperium tenetur, contempseris? quod ipsum in III. de natura deorum confirmauit: scripsit enim sic: Mihi ita persuasi, Romulum auspicijs, Numam, sacris constitutis fundamenta iecisse nostræ ciuitatis. accedit Pediani testimonium in commentario Pisonianæ. Obnunciatio inquit, qua pernicioſis legibus resistebatur, quam Aelia lex confirmauerat, erat sublata. verbum enim, Confirmauerat, legem Aeliam obnunciandi ius non sanxisse primam significat, sed, quod alia lex sanxerat, confirmasse. Vt omittam, quod suprà commemorauí, vetustissimum fuisse ius intercedendi datum tribunis plebis iam ab illo tempore, cùm in Sacro monte institutus magistratus est, qui plebem tueretur quod cùm ita sancitum esset, intercessio tamen tribunicia Aelia lege confirmata est. Verùm de lege Aelia & Fusia satis multa: pergam ad reliquas, quæ ad comitia pertinent. Lex fuit, quam Gellius memorat, vt, quo die auspicia capta essent, eodem ea de re, cuius rei caussa auspicatum esset, comitia absoluerentur. alioqui infirmum & inane populi iussum erat. Leges quoque tabellariæ hoc de genere videntur. sunt enim de suffragijs ferendis: cùm porrò suffragium populus fert, comitia dicuntur. hæ quatuor fuerunt; omnes, vt puto, tribunicia, Gabinia, Cassia, Papiria, Cœ-

lia. Gabinia sanxit, vt populus in magistratibus mandandis suffragium non, vt antea, voce, sed per tabellam ferret. Cassia biennio post idem iussit, in omnibus iudicijs populi, perduellione excepto. Papiria & ipsa populo tabellam dedit, in iubendis ac vetandis legibus. Cœlia, quo vno in genere vocis suffragium reliquum erat, hoc est, in perduellione, quod lex Cassia exceperat, in eo genere tabellam dedit. ita quattuor tribunorum pleb. rogationibus factum est, vt populus liberè, quod sentiret, in omnibus comitijs, nullo inimicitiarum metu, posset ostendere. ideò tabellam vindicem tacitæ libertatis appellat Cicero in agraria II. & libr. III. de legibus: in oratione autem pro C. Cornelio, principium iustissimæ libertatis Cassiam legem, quæ tabellam in iudicijs populo dedit. magis enim intererat populi, tabella voluntatem in iudicijs tegere, cùm ageretur de capite fortunisque ciuium, quàm aut in magistratibus, quod lex Gabinia sanxerat, aut in legibus, quod postea Papiria. Hæc de sententia legum tabellariarum: nunc de latoribus, & quo quæque anno lata sit. Gabinium rogauit homo ignotus, & sordidus: quod libr. III. de legibus Cicero tradit. &, cùm biennio ante Cassiam rogata sit, quod idem eodem in loco demonstrat, Cassiam verò Lepido & Mancino cos. esse latam, ex libro de claris oratoribus constet: necesse est, Pisone & Lænate cos. rogatam, existimare. Cassiam Lepido & Mancino

...auctore Scipione Africano posteriore, tulit L. Cassius. Q. F. Longinus Cauda, pater illius L. Cassij, qui in omnibus causis quærere solebat, cui bono, & C. Cassij, eius, quem C. Mario C. Flauio cos. leges multas ad minuendam nobilitatis potentiam tulisse, in quibus hanc, vt, quem populus damnasset, cuiue imperium abrogasset, in senatu non esset, Pedianus tradidit. Papirium tulit C. Carbo, tle eloquentissimus: tulit autem, vt opinor, P. Popillio, & P. Rupilio cos nam eo anno tribunum pleb. fuisse, quo Scipio Aemilianus de Numantinis triumphauit, omnes historiæ declarant: quem à porta ad concionem productum, quid de Tit. Gracchi morte sentiret, sedulose interrogauit. Cælia, non facilè est coniicere, à quo sit rogata: sed, rogatam Q. Metello, T. Flaminino cos. crediderim, ex ijs verbis, quæ sunt apud Ciceronem lib. III. de legibus: Vt opprimeret Cælius Popillium. nam, id de P. Popillio dictum esse, quem C. Gracchus Metello & Flaminio cos. tribunus pleb. in exsilium eiecit, videtur intelligendum. vt eius iudicij causa, quo Popillius, tribuno pleb. Graccho, est oppressus, Cælius sua lege tabellam dederit. sed hoc, quia non planè firmis nititur coniecturis, inter dubia referatur. Etiam in eo consultum est Reipublicæ, quod aduersus ambitionem lata lex, ne quis candidatus nomenclatore in magistratus petitione vteretur, eò tamen, vt ferè fit, progressa pedetentim licentia est, vt, Ciceronis ætate, suus cuique candidato nomenclator, cùm prensaret, peterétue, adesset. atque inter laudes M. Catonis, qui Vticensis postea dictus est, hanc enumerat Plutarchus, quod in petitione tribu-

tribunatus legem. quæ candidato nomenclatorem adesse vetat, solus seruauit. Lex Maria ipsa quoque præclara: quam Plutarchus à C. Mario, qui septies consul fuit, tribuno pleb. esse latam significat. eius legis hæc sententia fuit, vt pontes, quibus suffragiorum cistæ imponebantur, essent angustiores: ne scilicet multos capere possent. nam in turba fraudem aliquã committere difficilis negotij non est, propterea quod hac lege sancitum est, id ambitiosis oppositum fuisse, & planè Cicero dicit in III. de legibus & Plutarchus ipse significat in Marij vita, cùm ait: in tribunatu legem de suffragijs tulisse, qua potentium opes tum in ferendis suffragijs, tum in creandis magistratibus imminuit. Pontes autem illi perpetui non erant, sed ad tempus exstruebantur, vel in foro, vel in campo. vtrobique enim comitia habebantur. nec vere pontes, sed mensæ angustissimæ, pedibus altioribus, fuere, singulæ singulis tribubus, aut centurijs attributæ, pontes à similitudine dictæ, de quibus infrà paulò vberius agemus. Tulit & P. Sulpicius tribunus pleb. L. Sylla, Q. Pompeio cos. vt in omnibus tribubus libertini suffragium ferre possent, cùm in quatuor tantùm vrbanis tribubus antea ferre consueuissent. hanc legem puto à victore Sylla, Sulpicij inimico, esse abrogatam. puto autem ob eam caussam, quia C. Marilius tribunus pleb. aliquot post annis eandem legem ferre conatus est: idemque postea & & P. Clodius cogitauit. testis Cicero in duabus orationibus pro C. Cornelio, & pro Milone. Sancitum & legibus illud existimo, quod apud Ciceronem lib. 2. de legibus scriptum est, vt augurum arbitratu comitiatus

& concilia vel instituta dirimerentur, vel habita rescinderentur. Quod autem in eorundem augurum cõmentarijs traditum erat, Ioue fulgente tonante comitia haberi nefas esse: & illud sinistrum fulmen aduersum infaustumq; comitijs esse signum: item illud, dimittenda esse comitia, cùm quis eo morbo qui insputatur, corruisset, ex quo Comitialis morbus dictus est: haec omnia & in augurum libro notata, &, vt seruarentur, legibus cautum esse, non dubito. Atque haec, quae ad impediendacomitia pertinent, non tam religionis caussa homines sapientissimi legibus constituti voluerunt, quàm vt, si quando pernitiosa Reipub. rogatio ferretur, obsisti per aliquem augurem facile posset. quam totam rationem C. Caesar, qui nihil, nisi potentia sua caussa, fecit, in consulatu neglexit, Bibulumque collegam obnunciantem armis foro expulit. Pertinere & illud ad vim comitiorum videtur, quod in XII. tabul. cautum inuenio, vt, quod postremum populus iussisset, id ius ratum esset. Item lex illa, qua cautum est, ne priuilegia nisi centuriatis comitijs irrogarentur. cuius mentionem facit Cicero in oratione pro domo, & in ea pro Sextio, & libro III. de legibus. Nec excluditur ab hoc genere illa lex, quam renouare multis post annis C. Cornelius tribunus pleb. quem Cicero defendit, conatus est, ne quis, nisi per populum, legibus solueretur. itaque in omnibus S. C. quibus tum aliquem legibus solui placebat, adijciebatur solutum, vt de eare ad populum ferretur: sed paulatim ferri desitum est: resq; in eam consuetudinem venit, vt postremò ne adijceretur quidem in S. C. de rogatione ad populum ferenda:

renda: eaq; ipsa S. C. per pauculos admodum fiebant. quam ob causſam ferente lege Cornelio, vt antiquum ius renouaret, inductus à senatu P. Seruilius Globulus tribunus pleb. interceſsit. Firmauit etiam populi iudicia, quæ comitiorum nomine continentur, Caſsia lex, C. Mario. C. Flauio cos & C Caſsio tribuno pleb. L. Caſsij Rauiliæ filio, de quo proximè mentionem fecimus, rogata. vt quem populus damnaſſet, cuiúe imperium abrogaſſet, in senatu ne eſſet. Migremus nũc paulisper ex vrbe in prouincias. Tulit primo de prouincijs C. Gracchus tribunus ple. Tiberij frater, vt consulares prouincia per senatum quotannis decernerentur. Poſtea C. Cæsar, qui dictator fuit, ne prætoriæ prouinciæ plus, quàm annum neu plus, quàm biẽnium, consulares obtinerentur. tulit autem hanc legem victo Pompeio: cùm ipſe iam per nouem annos Galliam contra C. Gracchi legem obtinuiſſet, conſecutus id, quod nemo antea, & S. C. & lege. Hic, quando legum tauſſa de prouincijs incidit mentio, non alienum eſt, & quot omninò in ditione populi Ro. & à quibus, quóue anno captæ, tum, quæ consulares, quæque prætoriæ fuerint, subijcere. Quo anno M. Cicero Ciliciam procõſul adminiſtrauit, q̃ fuit ab vrbe cõdita DCCII. M. Marcello, Ser. Sulpicio cos prouincis XV. fuerũt in ditione populi Ro. Sardinia Corſica. Sicilia, duæ Hiſpaniæ, citerior, vlterior: Aſia, Aetolia, Macedonia, Illyriũ, Dalmatia, Africa, Achaia, Galliæ duæ, Ciſalpina, Trãſalpina. Cilicia. Bithynia, Põtus, Creta, Syria, Cyprus. quibus ex omnibus prouincijs vectigal capiebat annuum Reſpub. vt à Plutarcho proditum eſt, ſcutatorum,

quos

quos appellant, octungies quinquies centena millia, nõ excedente scutato pretium decem Marcellorum argenteorum, qui Veneris imprimuntur, vel vltiorum, qui Romæ. Sardiniam cepit, inter primum & secundũ Punicum bellum, consul T. Manlius Torquatus, de qua triumphauit: ex qua prima, anno vrbis D. XVIII. prouincia populi R facta est, missu ad eam componendam x. legatus: quod in faciendu prouincijs seruatum est. Corsicam vicit, ac prouinciam fecit C. Papirius Maso consul, &, à senatu triumpho non impetrato, ipse de sua sententia in monte Albano primus triumphauit, anno D. XIIX. & hanc vna cum Sardinia semper vnus rexit magistratus Romanus. Siciliam primus vicit, magnaque ex parte prouinciam fecit Q. Catulus primo Punico bello: post aliquot annos, capta Syracusis, vniuersam in prouinciæ formam redegit M. Marcellus bello Punico secundo, aut certè, qui ei succesit, M. Læuinus. nam de Marcello Velleius tradit: debellatum verò in Silicia à Læuino potius prætore, quàm à Marcello consule, & Cicero in Verrem, & Liuius significant. Marcellus quidem, secutus exemplum Papirij Masonis, in Albano monte triumphum egit, vrbemq; ouans est ingressus. Hispaniam tum à Scipione Africano maiore, secundo Punico bello, tum, aliquot post annis, M. Catonis Censorij virtute, multis victorijs domita: & in eas magistratus Romani modò pro consulibus, modò pro prætoribus ierunt. variè tamen possessa, & vt ait Velleius sæpè partibus amissa, certa ac stabilis esse populi R. possessio, stipendiumque pendere non prius, quàm Augusto principe, cœperunt. Asiam ex Taurum mon-

montem bello Antiochino L. Scipio: maioris Africani frater, profectus in eam consul, ad imperium adiunxit, annoq; post consulatum proximo triumphauit, ab vrbe condita DLXIV. post eam possedere beneficio senatus populiq; R. reges Attali, donec M. Perperna consul Aristonicum, qui eam, Attalo rege mortuo, occupauerat, deuicit, ac cepit. eam tamen in prouincia formam non Perperna, sed, qui ei successit, M. Aquillius consul redegit: qui etiam de Aristonico triumphauit, anno DCXXIV. Aetoliam M. Fuluius Nobilior subegit bellum gerere cœpit consul, proconsul confecit, & triumphauit biennio post, anno vrbu DLXVI. Macedoniam XL. diebus deuicit consul iterum L. Aemilius Paulus, anno DXXCVI. neque tamen prouinciam fecit, sed de sententia X. legatorum, quos ad cõponendam Macedoniam, atque Illyricum senatus de more misit, Macedonas omnes liberos esse iussit: &, vt suis legibus viuerent, suas vrbes, & agros haberent, magistratus annuos crearent, permisit: veteri etiam stipendij, quod regibus pependerant, dimidia parte releuauit: anno proximo, Persæ rege inter captiuos Romam ducto, triumphauit. prouinciam verò Macedoniã fecit anno vrbu DCVII. Q. Metellus, is, qui ex ea prætor triũphauit, & Macedonici cognomen est adeptus. hanc prouinciam postea cum Achaia coniunxit, eáq; duabus vnam fecit, rogatione perlata. P. Clodius tribunus pl. vtramque L. Pisoni quasi præmium, quod in Ciceronem eiiciendo consensisset, dedit administrãdum. Illyricum & Dalmatiam eodem anno, quo Macedoniam, Paulus, L. Anicius prætor debellauit, & vnam pro-

prouinciam fecit, triumphauitq; post Paulum aliquot diebus, rege Illyriorum Gentio cum fratre, coniuge, & liberis ante currum ducto, Carthaginem, & Corinthū, illam Africæ, hanc Achaiæ caput, exciderunt eodem anno, & triumpharunt, Scipio Aemilianus, & L. Mummius, tulitq; inde Scipio cognomen Africani, Mummius Achaici factæ sunt prouinciæ duæ, Africa, & Achaia. Africam autem intelligo regionem vniuersam, quam Carthaginenses possederant. nam Numidia, & ipsa pars Africæ, Massinissæ regnum fuit, Syphace superato, paruitq; regibus, & à C. Cæsare demum post Scipionem, & Iubam, Mauritaniæ regē, deuictos, in formam prouinciæ redacta. Mauritaniam verò, & ipsam in Africa, multo post anno, Caligula imperator in duas prouincias diuisit. Galliam cisalpinam puto prouinciam esse factam eo tempore, cùm M. Marcellus, is, qui consul quinquies fuit, primusque Hannibalem acie vicit, Virdumarum, Galliorum regem, singulari certamine occidit, deque Gallis insubribus triumphauit, anno DXXXI. patet enim prouinciam esse factā, quia coloniæ plures annis sequentibus eò deductæ. transalpinam verò Galliam, quæ Narbonensis quoque dicta est, Q. Fabius, L. Pauli nepos, deuictis Allobrogibus, vnde cognomen sumpsit, in prouinciæ formā redegit, anno DCLXXII. Ciliciam perdomuit P. Seruilius proconsul, qui, quod Isauron, Ciliciæ arcem euertit, Isauricus est dictus, triumphauitque anno DCLXXIX. ex eo tempore Cilicia prouincia fuit. Bithyniam populo Rom. rex Nicomedes, vt antea rex Attalus Asiam, testamento reliquit, eaque simul cum

Ponto,

Ponto, in quo Mithridates regnauit, vna prouincia fuit, Bithyniaq; nomine appellata. vtr inque verò prouinciam fecit, Mithridate victo, Pompeius Magnus proconsul, triumphauitq; anno DCXCII. eiusdem Pōpey lex à Plinio iuniore in epistolis memoratur, Bithynis, & Ponticis data: ne quis annu XXX. minor magistratum caperet, neue in Senatu esset: qui verò magistratum cepisset, ei liceret in Senatu esse: ne decurriones, in curiam à censoribus lecti, pecuniam pro introitu darent. sed id obseruatum semper non est: nam, vt apud eundem Plinium legimus, quandoque bina millia soluerunt, quæ vocabantur sportulæ item. vt senatores certis de causis à censoribus ordine moueretur: vt Bithynicis ciuitatibus adscribere sibi, quos vellent, ciues liceret, dum ne ciuitates essent a tenæ, sed earum quisque ciuitatum, quæ essent in Bithynia. atque hæc à Pompeio sunt ad exemplum Romanæ ciuitatis institutæ. Cretam debellauit Q. Metellus proconsul, & triumphauit anno DCXCI. Creticusq; postea nominatus. Syria, Pompeÿ Magni singulari virtute, vltimo bello Mithridatico victa, leges accepit, prouinciarumq; populi Rom. numerum auxit. triumphauit ex ea Pompeius proconsul item ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythis, Iudæis, Albinis, Iberia, Breta, Basternis præterea de regibus Mithridate, & Tigrane, anno DCXCII. Cyprus vltima stante Rep. in prouincie formam redacta, missio in eam M. Catone quæstore cum iure prætorio, lege P. Clody tribuni ple. Pisone & Gabinio cos. anno DCXCV. sed primum ea simul cum Cilicia,

tanquam

tanquam vna prouincia, S. C. tradita est P. Lentulo procōsuli. quod illa verba Ciceronis in epistola ad Lentulum significāt: Te posse perspicere, qui Siciliam, Cyprumque teneas, quid efficere, & quid consequi possis, eamque Lentuli successores, Appius & Cicero rexerunt postea, tenente Remp. Cæsare, quæstores in eam missi. quod ab eodem Cicerone didicimus, qui ad C. Sextilium Rufum in quadam epistola ita scribit: Tua laudi cōducere arbitror, cum primus in eam insulam quæstor veneru, ea instituere, quæ sequantur alij. Tertia pars superest, quæ prouincia consulares, quæue prætoria dicerētur. Ne quis erret, neutrum perpetuum fuit, non enim hæc, vel illa prouincia semper aut consularis, aut prætoria: sed ita nomen mutabant, vt variè modò à consularibus, modò à prætorijs administrabantur. quam potestatem senatus habebat, vt, quos vellet, in quas vellet mitteret, administratione annua: quod lege Sempronia C. Gracchi tribuni pleb. sanctum erat. Cæsari tamen Galliæ in quinquennium, cum lege Gracchi, & lege Vatinia tribunicia, & S. C. mandata sunt, posteaq; in alterum quinquennium lege Trebonia item tribunicia, Pompeio Magno, & Crasso ii cos. confirmata. quæ de re sic ad Lentulum Cicero: Stipendium Cæsari decretum: &, ne lege Sempronia succederetur, facilè perfectum est. Decernit autem solitas lege Gracchi, non à populo, sed à senatu prouincias, idē in oratione pro domo, in P. Clodium inuehens, planè demonstrat. itàne verò? inquit, tu prouincias consulares, quas C. Gracchus, qui vnus maximè popularis fuit, non modò non ablulit ab senatu, sed etiam, vt necesse

ceſſe eſſet quotannis conſtitui per ſenatum, lege ſanxit, eas, lege Sempronia per ſenatum decretas, reſcidiſti? extra ordinem, ſine ſorte, nominatim dediſti, non conſulibus, ſed Reip peſtibus? Erat igitur eadem prouincia ex voluntate ſenatus, modò conſularis, modò prætoria. itaque Macedoniam (vt hæc exempli cauſſa nominetur) Cn. Dolobella, C. Curio, M. Lucullus, L. Torquatus, C. Antonius, omnes conſulares, adminiſtrarunt: tum, Cn. Octauius prætorius, pater Auguſti naturalis, rurſus conſularis L. Piſo, &, Piſone reuocato, Q. Ancharius prætorius. idemq; patet in cæteris. Quo autē anno S. C. illud Cœlius in epiſtola ſua ad Ciceronem miſit, in quo S.C. hæc ſunt: ſenatui placere, in Ciliciā prouinciam, inq; IIX. reliquas prætorias mitti: regebantur IIX. prouincia, quæ in eo S.C. Prætoriæ vocātur, à magiſtratibus IIX. prætorijs, Sicilia, Sardinia, Ionia, Aſia, Macedonia, Bithynia, Creta, Mauritania. & cum Sardinia Corſicam ſimul fuiſſe, cum Bithynia Pōtum, paulò antè dictum eſt. Sed quæratur fortaſſe, quot fuerint, & quæ fuerint, & à quibus adminiſtratæ eo anno prouinciæ conſulares. Quattuor fuere. nam duas Gallias, Illyricum, & Dalmatiā, omnes vno prouinciæ nomine comprehenſas, vnus C. Cæſar regebat: duas Hiſpanias itē vnus Cn. Pompeius per legatos abſens adminiſtrabat: Syriæ M. Bibulus, Ciliciæ M. Cicero præerat. ita fuerunt hoc anno XII. prouinciæ, conſulares IV. prætoriæ IIX. cur autem in vnā conſularem Ciliciam, cùm tres præterea eſſent, itē vt in octo reliquas prætorias mittendum ſenatus cenſuerit, non quì conſularis, ſed qui prætorius fuiſſet, in noſtro earū epi-

stolarum commentario demonstratum est. Neque verò miretur quisquam, si Aetoliam, Graciam, Achaiam Thessaliam, Bœotiam, Pamphyliam, Phrygiam, Lycaoniam, Cyprum, Lydiam, Cariam, Mysiam, Gallograciam, siue Galatiam, Pisidiam, Lyciam, Cappadociam, Armeniam non nominarim. nam Aetolia Graciæ pars fuit: Gracia verò cum Achaia, Thessalia, Bœotia ad iurisdictionem Macedoniæ pertinuit, omnesq; simul ab vno regebantur. id seruatum est post consulatum Pisonis, & Gabinij. nam eo anno legem tulit P. Clodius, vt omnes illæ prouinciæ ab eo, qui Macedoniæ præesset, regerentur. non enim tulit, vt à Pisone nominatim regerentur, (nam fuisset priuilegium, non lex) sed, vt ab eo, cui Macedoniam daretur. is autem fuit eo anno L. Piso, cuius caussa lata lex est. Pamphyliam verò, Phrygiam, Lycaoniam, cum Cypro insula, qui Ciliciam, idem administrabat, cuius etiam ad imperium Laodicea pertinuit, quam Plinius assignat Mediæ. at Lydiæ, Ioniæ, Cariæ, Mysiæ, etiam Phrygiæ parti præerat idem, qui Asiæ nec mirū est. Phrygiā in duas iurisdictiones dispertitam fuisse, vt vna pars Ciliciæ, altera tribueretur Asiæ. nam etiam ipsius Asiæ tres diœceses ad Ciliciam attinuisse, Cicero ipse, alijq; prodiderunt. Galatiam regebat Deiotarus rex, socius fidelissimus populi Rom. Pisidæ, & Lycij inter socios erant. suisq; legibus, sine magistratu Romano, vtebantur. itaque Cicero eas gentes appellat auxilia in epistola ad Atticum. Exercitum, inquit, infirmum habebam, auxilia sanè bona sed ea Galatarum, Pisidarum, Lyciorum. hæc enim sunt nostra robora. Cappadociæ rex

erat

erat Ariobarzanes, ipse quoque socius populi Rom. nã Pompeius reges multos, à Mithridate pulsos, in regnũ restituit, & fœdere ac societate Reip. obstrinxit: Armenia Tigrani regi, qui Mithridatem armis iuuerat, venia data, concessit: nationes quasdam prouincias fecit populi Ro. alijs, vt sui iuris essent, suisq; legibus viuerent permisit. Hæc est Romanæ ditionis ab Hispania vltiore, vltima ad occidentem prouincia, ad Euphratem, qui terminus ad orientem imperij fuit, descriptio quædam, breuiter à nobis informata. nec enim vagari longius licuit in ea tractatione, quæ nostri argumenti propriè non est: quia tamen disiuncta non videtur, hæc attigimus. in prouincias ibant, vel consulares cum XII. fascibus, vel prætorij cum VI. totidem vtrique, quot in vrbe habebant. interdum etiam prætorios cum iure consulari, & XII. fascibus, senatus in prouincia mittebat, vt Q. Ciceronem in Asiam. de quo Suetonius, Extant, inquit, M. Ciceronis epistolæ, quibus Quinctum fratrem, parùm secunda fama proconsulatum Asiæ administrantem hortatur, & monet, imitetur in promerendo socijs vicinum suum Octauium. proconsulatum vocat hominis prætorij administrationem. eadem ratione titulus est, Q. Metello Celeri procos. in duabus epistolis quæ lib. 5. fam primæ leguntur: qui tamen consulatũ non gesserat, sed ex prætura in Galliam cisalpinam profectus erat & lib. III. de leg. Gellius ait Cicero proconsulem ex prætura in Græciam venisse. Primis temporibus, cùm prouinciæ tuendæ armis essent, & in discrimine versarẽtur, exibãt in eas, inito statim magistratu cõsules, & prætores, vel vt quæq; cui-

que forte obtigerat, vel etiam quãdoque consulibus inter ipsos comparantibus. sic enim loquebantur, cùm inter vos de consularibus prouincijs conuenisset. nam cõparandi consuetudinem apud prætores non video fuisse. quod si bellum produceretur, imperium in ijsdem prouincijs proconsulibus, aut pro prætoribus à senatu prorogabatur. postea L. Sylla lege cauit, ne quis plus anno prouinciæ præesset: qui viderit, opinor, in Repub. diuturnis imperijs assuescere, tutum non esse: itaque Galliarum illa per decennium Cæsaris administratio libertatis exitium fuit. hac de lege Cicero in epistola ad Appium hus verbis: Eo discessisti, quo ego te ne persequi quidem possem triginta diebus, qui tibi ad decedendum lege, vt opinor, Cornelia constituti essent. & in eadem: Vt habere rationem possis, quo loco me salua lege Cornelia conuenias: in prouinciã veni pridie Kalend. Sext. Nunc de legibus agamus, quæ rectoribus prouinciarum imperium dabant: ea duæ fuerunt, curiata, vetus ad modum lex, & Cornelia, quam tulit L. Sylla dictator. curiata dabat imperium populus, vt Liuius indicat lib. IX. Cornelia senatus. nam, cùm S.C. esset factum, vt prouincias magistratus sortirẽtur, aut compararent inter se: tum, si ij, vel sine lege curiata, in prouincias proficiscerentur, imperium habere dicebantur, donec in vrbem reuertissent. ideò, quod in epistola Ciceronis ad Lentulum scriptum est, Ap. Claudius frater P. Clodij, cupidus prouinciæ, dictitabat, sese, si licitũ esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega prouinciam: si curiata lex non esset, paraturum cũ collega, Lemuloq; Spintheri, Ciliciam proconsule administra-

minisſtranti, ſucceſſurum: legem curiatam conſuli ferri opus eſſe, neceſſe non eſſe: ſe, quoniam ex S. C. prouinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in vrbem introyiſſet. Quod autem in agraria 11. ſcriptum eſt, Rem militarem ſine curiata lege attingere non licet: propterea dictum, quia ſumptu publico ibant in prouincias, quorum de imperio lata curiata lex eſſet. poterant igitur publica pecunia milites alere, & bellum gerere. at ſine curiata lege poterat quidem aliquis priuato ſumptu in prouinciam ire: exercitum verò habere, bellumq; de ſuo gerere, cui tantæ opes erant, vt liceret? non igitur ſine curiata lege, qua pecuniam dabat, rem militarem attingere cuiquam licebat. nam, cùm ad Atticum libr. IV. Cicero ita ſcribit: Appius ſine lege ſuo ſumptu in Ciliciam cogitat: non intelligit de pecunia in ſtipendia militum erogãda, (nec enim ſuſtinere ſumptum potuiſſet) ſed, opinor, de ſuo cohortiq; viatico ipſe enim Cicero, viaticum dari ſolitum comitibus eorum, qui irent in prouincias, ſignificat in epiſtola ad Caſſium his verbis: Cætera cuiuſmodi ſint, ex hoc iudica, quod legato tuo viaticum eripuerunt. Curiata porrò lex, non, vt, primis temporibus, vniuerſi populi ſuffragij, curiatim in forum conuenientu ferebatur, ſed tantùm à xxx. lictoribus, xxx. veteres curias repræſentantibus. itaque Cicero in oratione II. in Rullum, cùm loquatur de curiatis comitijs, id eſt, de lege curiata, qua x. viri imperium dari Rullus volebat: Illis, inquit, comitijs, ad ſpeciem, atque ad vſurpationem vetuſtatis, per xxx. lictores auſpiciorum auſſa adumbratis. Ferri autem ſolitam à conſulibus

legem curiatam, idem Cicero in eadem oratione significat his verbis: Consulibus, legem curiatam ferētibus, à tribunis pleb. sæpè est intercessum. idemq; confirmāt illa verba in epistola ad Lentulum: Legem curiatam consuli ferri opus esse, necesse non esse. Nam, quod in sua legè Rullus posuerat, vt à præiore ferretur, extraordinarium fuit: quia videbat adduci consules minimè posse, vt eam ferrent, vtpote qui nullum x. viris imperium dari vellent: itaq; Ciceronis exstant orationes aduersus legem Rulli de x. viris. Moris autem fuit, vt, cū lex de imperio ferretur, tres augures adessent, ob eam caussam, opinor, quia xxx. curiæ tres veteres tribus repræsentabant, quas singulas in denas curias Romulus diuisit: Porrò veteres tribus suum quæque augurem habuit: quod à Liuio libr. 10. traditum est. In prouincias populi Ro. colonia ducebantur, propterea, quando de prouincijs proximè dictum est, subscribemus hic legem illam, qua Cn. Pompeius Strabo consul, Cn Pompeij Magni pater, transpadanis colonijs ius dedit Latij, vt possent habere ius, quod cætera Latinæ coloniæ, id est, vt, petendi magistratus gratia, ciuitatem Romanam adipiscerentur. quod ego sic interpretor, vt, qui in ijs colonijs magistratus gessissent, deinde ciues Romani essent, ferendiq; suffragij ius haberent, eadem conditione, qua populi Latini. quod etiam significatur epist. 11. lib. 5. ad Att. Has Colonias postea ius absolutum Romanæ ciuitatis cupijsse, id est, vt, etiam non gesto magistratu, ciues Romani essent, in eo Suetonius ostendit, cùm ait, Cæsarem colonias Latinas, de petenda ciuitate agitantes, adijsse, & aliquid

vtique

vtique effecturum fuisse, nisi consules conscriptas in Ciliciam legiones ob id ipsum retinuissent. Sequitur militia: de qua legem veterem video fuisse, vt, qui ciuem ab hoste seruasset, is ab imperatore quercea corona donaretur: quam Cn. Marcio Coriolano datam esse, Plutarchus memoriæ tradidit. Fuit & illa, ne dolo malo, neue aliena iniquitate, sed iure & propria virtute bellum gereretur. quam Camillus, is, qui vrbem Romam à Gallis Senonibus liberauit, ita diligenter coluit: vt, cùm Falerios, Faliscorum vrbem, obsideret, eamq; illi tradere publicus litterarum magister, deductu in castra nobilibus pueris, tentasset, iniustum beneficium recusarit, magistrumq; vinctum Falerios cum pueris remiserit. Lex etiam lata est, quam Sacratam Liuius appellat, ne cuius militis scripti nomen, nisi ipso volente, deleretur: & ne quis, vbi tribunus milit. fuisset, postea ordinum ductor esset. Duas aliquot post annis tribuni pleb. eodem anno rogarunt, vnã L. Atilius, & C. Marcius, vt tribuni milit. senideni in quattuor legiones à populo crearentur: quæ antea, perquàm paucis suffragio populi relictis locis, dictatorum & consulum fermè fuerant beneficia: alteram M. Decius, vt 11. viros nauales, classu ornandæ reficiendæq; caussa, populus iuberet. Leges duas C. Gracchus tribunus ple. tulit, vnã de vestibus militi publicè dandis, stipendio non imminuto, alteram, ne quis infra 17. ætatis annum ad militiam cogeretur. ex quo patet, interdum ad militiam antè coactos fuisse, qui nondum annum ætatis XVII. agerent. quod puto difficillimis Reipub. temporibus, exhaustæ cladibus ciuitate, vt secundo Punico bello,

extra ordinem esse factū Legibus de militia rectè subijcientur leges de triumpho. non est enim triumphus sine militia. Antiquissima fuit, quæ nunquam seruata non est, vt, qui ob rem in bello benè gestam triumphum ducturi essent, ante triumphum vrbem ne ingrederentur. triumphabant enim cum imperio: &, imperiū deponere, vrbem intrantibus necesse erat. triumphum autem senatus decernebat: sed imperium in vrbe, quo die triumphus duceretur, populus dabat, rogatione ab aliquot tribunis pleb. lata. id apertè demonstrant illa apud Liuium, lib. XLV. Tribus his omnibus triumphus ab senatu decretus: mandatumq; Q. Cassio prætori, cū tribunis pleb ex auctoritate patrum ageret, rogationē ad plebem ferrent, vt ijs, quo die vrbem triumphantes inuecherentur, imperium esset. Et erant impediendi triumphi rationes multæ: primùm cùm tribuni pleb. imperatori, qui triumphum peteret, aliqua de caussa infensi, de rogatione ferenda omnes recusarent: deinde, cum rogationem quidem tribunus aliquis ferret, sed eam populus suffragijs antiquaret. tertio, vbi, tribuno rogationem ferente, vnus, plureſue de collegio intercederent: postremò, cùm tribunus imperatori ob res in bello gestas diem diceret, sicuti C. Memmius L. Lucullo, qui, duobus potentissimis regibus Mithridate, & Tigrane, deiectis, tamen non nisi triennio pòst triumphare potuit. ad extremum, accusationem Memmio remittente, Cicerone consule triumphum duxit. vnde illa in Academicis, lib. 2. cùm victor à Mithridatico bello reuertisset, inimicorum calumnia triennio tardius, quàm debuerat, triumphauit. nos enim curum clarissimi virino-

ri nostra manu in vrbem duximus. hanc legem de imperio vnius diei intra vrbem Cicero significat his verbis lib. IV. ad Att. Pontinius vult ad 3. Non. Nouem. triumphare. huic obuiã Cato, & Seruilius prætores apertè, & Q. Mucius tribunus pleb. negant enim latum de imperio. & est latum, Hercule, insulsè. latum insulsè dicit, quia legem de imperio Pontinij Ser. Galba prætor clamante luce tulerat. quod à Dione traditum est. & agi quidquam cum populo ante horam primam leges vetabant. Paulò post secuta est altera, (si modò primis temporibus lege potius, quàm more, triumphabãt) vt, qui hostes acie vicissent, triumphantes vrbem irent, idq; factum etiam cùm intra VII. lapidem vrbi Romanæ fines includerentur, apud Valerium notauimus. Post, vt imperatorum ambitioni, qui leuibus prælijs prosperè factis, triumphum petebãt, obuiam iretur, lege cautum est, ne quis triumpharet, nisi qui & V. millia hostium vna acie cecidisset, & de suo exercitu multò pauciores amisisset. quo in vtroque ne falsus senatui numerus ederetur, altera lex à L. Mario, & M. Catone tribunis pl. lata est, vt punirentur, qui aut hostium occisorum, aut ciuium amissorum in numero mentiti essent. Sancitum & illud est, vt, pro aucto imperio, non pro recuperatis, quæ populi Ro. fuissent, triumphus decerneretur: quam ob causam neque Q. Fuluio, qui Capuam receperat, neque L. Opimio, qui Fregellas, permisit senatus, vt triumpharent. Eademq; fuit eorũ conditio, qui ad res gerendas sine magistratu missi erant. qui etsi res triumpho dignas gessissent, triumphare tamen lege vetabantur itaque nec P. Scipioni, qui

postea Hannibalem vicit, ob recuperatas Hispanias, nec M. Marcello ob captas Syracusas triumphum senatus decreuit. Pompeius tamen, qui Magni cognomẽto est vsus, Sylla dictatore concedente, contra legem, eques Romanus adhuc, triumphauit. Illud etiam fortasse lege datum, vt qui triumphans vrbem ingressus esset, ei laurea corona in spectaculu vti liceret. id ex eo coniicio, quod Valerius, cui Plinius lib. naturalis historiæ XV. subscribere videtur, C. Papirium Masonem tradit, cùm, triumpho à senatu non impetrato, in Albano monte triumphasset, myrtea corona pro laurea in spectaculo vsum esse. inter publicas leges illa quoque referenda, quam, quo anno Cn. Manlius cum C. Marcio consul fuit, tribuni pl. tulerunt, ne quis populum seuocaret. nam, cùm Manlius ad Satrium in castris, nouo exemplo, tributim de vicesima eorum, qui manumittentur, legem tulisset, eiusq; legis, quia publicum vectigal haud parũ augeretur, patres auctores fuissent, tribuni pl. non tam lege, quam exemplo, moti, ne quis postea populum ab vrbe auocaret, capite sanxerunt: nihil enim non per milites iuratos in consulu verba, quãuis perniciosum populo, si id liceret, fieri posse. Leges agrariæ num sunt de iure publico? sunt omninò, quia pertinent ad populi commodum. Primus omnium promulgauit Sp. Cassius Viscellinus in III. consulatu, perferre tamen non potuit, Virginio collega, omniq; senatu resistente. hic anno proximo, quasi de regno cogitasset, à patre, vt Valerius, & Plinius Secundus affirmãt, à populo, vt ab alijs traditum Liuius ait, dãnatus, nefarij consilij pœnas morte persoluit, in quo sœdissimum in

Vale-

Valerio erratum deprehendi nam libro II. vbi de parentum seueritate aduersus liberos agit, ita scribit: Cassius filium, qui tribunus pl. agrariam legem primus tulerat, adhibito propinquorum & amicorum consilio affectati regni crimine damnauit, verberibusq; affectũ necari iussit, ac peculium eius Cereri consecrauit. tribunum pl. ait fuisse Cassium, qui agrariam legem promulgauit, quod apertè falsum esse, Liuius, & Dionysius demonstrant. tulit enim de agro Hernicorum diuidendo in III. consulatu: quo tempore Cassij erant patricij, (consules enim fiebant) & patricio tribunatum pl. dari leges vetabãt. inde plebu concitandæ agrorũ diuisio seditiosis tribunu pl. occasio semper fuit. itaq; de ferendis legibus non sine magno ciuili motu sæpè actũ. Primus pertulit Sex Licinius Stolo tribunus pl. is, qui etiã, vt alter consul de plebe crearetur, legem rogauit. eius lege nemini vltra D. agri iugera, neq; pecoris maioris vltra C minoris vltra D. capita licuit habere his adiũgebantur capita seruorũ, ac ingenuorũ, quæ quis ad custodiã agri, pecoriq; certo numero haberet Et, vt appareat leges à tribunis pl. odio nobilium potius, quã studio publici cõmodi esse latas, paucis post annis hic ipse Stolo, accusante M. Popillio Lænate, primus, vt ait Valerius, sua lege dãnatus est, quòd M. iugerũ agri cũ filio possideret, emãcipandoq; filiũ fraudẽ legi feciſſet. rationẽ postea locupletes inierunt, vt plus D iugeribus possiderẽt, nec tamẽ Licinia lege dãnari possent. alys n. ad emendu agrũ summiſſis, ipſi possidebãt. huic malo mederi primus voluit C. Lelius. (de minore loquor: nã ita duo Lelij, vt duo Africani, fuere) Africani minoris

amici-

amicitia non minus, quàm sua virtute, clarus: sed, aduersante locupletum magno numero, cùm excitari ciuilem discordiam & contentionem videret, otio ac trã quillitati ciuium consulens, susceptam rem abiecit: ex quo Sapientis cognomen est consecutus. Liciniam secuta est Flaminia, à C. Flaminio tribuno pl. lata. quam decem annis ante II. bellum Punicum, inuito senatu, Fabio Verrucoso, iterum consule, in primis resistente, tamen pertulit, de agro Gallico, & Piceno viritim diuidendo. Post captam autem Carthaginem de agris in Africa dividendis Rubria lex lata est, Liuia verò de x. viris, qui diuiderent. quarum legum in tabula ænea mentionem inuenimus. Ti. Gracchus tribunus pl. aliquot post annis legem pertulit. cuius sententia hæc erat: si quis filium emancipatum haberet, ei dimidiam partem D. iugerum attribuere posset: III. viri agris dividendis plebi crearentur, ne quis agrum à III. viris acceptum venderet hæc lex vtrum seruata sit, an, occiso Tiberio, neglecta, parum constat seruatam ait Plutarchus, idq; senatum voluisse, vt plebis dolor, Tiberij morte susceptus, leniretur: neglectam, videtur Liuius tradidisse. cùm in epitome, renouatam à Caio, Tiberij fratre, scriptum sit res ita conueniet, si & seruatam, lentendæ plebis clausa. primis post Tiberij interitū annis, & postea ita neglectam credamus, vt eandem Caius referre necessarium duxerit. quod & alys non pauciis in legibus esse factum animaduerti. Tulit & Sp. Thorius legem, qua agrum publicū vectigali leuauit: quā vitiosam & inutilē Cicero appellat in Bruto, quia nocuit ærario. Sequuntur eodem de genere tribunicia

duæ, Titia, Marcia: Titia, M. Antonio oratore, A. Postumio Albino cos. à Sex. Titio lata, Marcia, quibus cõsulibus incertum, à L. Marcio Philippo. Est etiam agraria Plotiæ, & Flauiæ mentio apud Ciceronem lib. 1. ad Atticum. quam vtramque fuisse tribuniciam, constat. vtraque autem videtur hoc sanxisse. vt vel agri, quos à senatu locupletes emissent, reddita possessoribus pecunia, plebi distribuerentur: vel si neminem vetere possessione moueri senatus vellet, alij agri ea pecunia, quæ ex nouo vectigalibus per quinquennium reciperetur, emerentur, & plebi, quæ agros non haberet, partirentur hoc certè videtur in Flauia scriptum fuisse, vt ex epistola ad Atticum lib. 1. licet conijcere. in alia verò, qua ante hanc proxima est epistola Flauiam eandem ferè, quæ fuit Plotia. Cicero scribit esse ex quo non dissimilem vtriusque sentẽtiam fuisse, facilè cognoscitur. sed Flauiam, quæ Q. Metello Celere & L. Afranio cos promulgata est, cur existimem esse pertatam, nihil habeo. Dictator quoque Sylla, lege lata, multos agros in Etruria militibus suis diuisit. Scribonia tribuniciam C. Curionis filij nominat, eamq; viariam appellat, nec dissimilem agrariæ Rulli, M. Cœlius epist. fam. libr. IIX. Vltimus agrariam legem pertulit C. Cæsar in primo consulatu: qua Stellatem campum, maioribus consecratum, vt ait Suetonius, & agrum Campanum, ad subsidia Reipub. vectigalem relictum, diuisit extra sortem xx. millibus ciuium, quibus terni pluresq; liberi essent. Postremo loco duas P. Clodij tribuni pl leges constituemus, quæ ad ius publicum videntur pertinere: vnam, vt frumentum populo, quod antea

semis

tanquam vna prouincia, S. C. tradita est P. Lentulo procōsuli. quod illa verba Ciceronis in epistola ad Lentulum significāt: Te posse perspicere, qui Siciliam, Cyprumque teneas, quid efficere, & quid consequi possis, eamque Lentuli successores, Appius & Cicero rexerunt postea, tenente Remp. Cæsare, quæstores in eam missi. quod ab eodem Cicerone didicimus, qui ad C. Sextilium Rufum in quadam epistola ita scribit: Tua laudi cōducere arbitror, cum primus in eam insulam quæstor veneru, ea instituere, quæ sequantur alij. Tertia pars superest, qua prouincia consulares, quaue prætoria ducerētur. Ne quis erret, neutrum perpetuum fuit, non enim hæc, vel illa prouincia semper aut consularis, aut prætoria: sed ita nomen mutabant, vt variè modò à consularibus, modò à prætorys administrabantur. quam potestatem senatus habebat, vt, quos vellet, in quas vellet mitteret, aut administratione annua. quod lege Sempronia C. Gracchi tribun. pleb. sanctum erat. Cæsari tamen Gallia in quinquennium, contra legem Gracchi, & lege Vatinia tribunicia, & S. C. mandata sunt, posteaq; in alterum quinquennium lege Trebonia item tribunicia, Pompeio Magno, & Crasso II cos. confirmata. qua de re sic ad Lentulum Cicero: Stipendium Cæsari decretum: &, ne lege Sempronia succederetur, facilè perfectum est. Decernit autem solitas lege Gracchi, non à populo, sed à senatu prouincias, idē in oratione pro domo, in P. Clodium inuehens, planè demonstrat. Itane verò? inquit, tu prouincias consulares, quas C. Gracchus, qui vnus maximè popularis fuit, non modò non abstulit ab senatu, sed etiam, vt ne-

cesse

cesse esset quotannis constitui per senatum, lege sanxit, eas, lege Sempronia per senatum decretas, rescidistis? extra ordinem, sine sorte, nominatim dedistis, non consulibus, sed Reip pestibus? Erat igitur eadem prouincia ex voluntate senatus, modò consularis, modò praetoria. itaque Macedoniam (vt hac exempli caussa nominetur) Cn. Dolobella, C. Curio, M. Lucullus, L. Torquatus, C. Antonius, omnes consulares, administrarunt: tum, Cn. Octauius praetorius, pater Augusti naturalis, rursus consularis L. Piso, &, Pisone reuocato, Q. Ancharius praetorius. idemq; patet in caeteris. Quo autē anno S. C. illud Cœlius in epistola sua ad Ciceronem misit, in quo S.C. hac sunt: senatui placere, in Ciliciā prouinciam, inq; IIX. reliquas praetorias mitti: regebantur IIX. prouincia, qua in eo S.C. Praetoria vocātur, à magistratibus IIX. praetorijs, Sicilia, Sardinia, Lotia, Asia, Macedonia, Bithynia, Creta, Mauritania. & cum Sardinia Corsicam simul fuisse, cum Bithynia Pōtum, paulò antè dictum est. Sed quaeratur fortasse, quot fuerint, & quae fuerint, & à quibus administratae eo anno prouinciae consulares. Quattuor fuere. nam duas Gallias, Illyricum, & Dalmatiā, omnes vno prouinciae nomine comprehensas, vnus C. Caesar regebat: duas Hispanias itē vnus Cn. Pompeius per legatos absens administrabat: Syriae M. Bibulus, Ciliciae M. Cicero praerat. ita fuerunt hoc anno XII. prouinciae, consulares IV. praetoriae IIX. cur autem in vnā consularem Ciliciam, cùm tres praterea essent, itē vt in octo reliquas praetorias mittendum senatus censuerit, non qui consularis, sed qui praetorius fuisset, in nostro earū epi-

stolarum commentario demonstratum est. Neque verò miretur quisquam, si Aetoliam, Graciam, Achaiam Thessaliam, Bœotiam, Pamphyliam, Phrygiam, Lycaoniam, Cyprum, Lydiam, Cariam, Mysiam, Gallograciam, siue Galatiam, Pisidiam, Lyciam, Cappadociam, Armeniam non nominarim. nam Aetolia Graciæ pars fuit: Gracia verò cum Achaia, Thessalia, Bœotia ad iurisdictionem Macedoniæ pertinuit, omnesq; simul ab vno regebantur. id seruatum est post consulatum Pisonis, & Gabinij. nam eo anno legem tulit P. Clodius, vt omnes illæ prouinciæ ab eo, qui Macedoniæ præesset, regerentur. non enim tulit, vt à Pisone nominatim regerentur, (nam fuisset priuilegium, non lex) sed, vt ab eo, cui Macedoniam daretur. is autem fuit eo anno L. Piso. cuius caussa lata lex est. Pamphyliam verò, Phrygiam, Lycaoniam, cum Cypro insula, qui Ciliciam, idem administrabat, cuius etiam ad imperium Laodicea pertinuit, quam Plinius assignat Mediæ. at Lydiæ, Ioniæ, Cariæ, Mysiæ, etiam Phrygiæ parti præerat idem, qui Asiæ nec mirũ est. Phrygiã in duas iurisdictiones dispertitam fuisse, vt vna pars Ciliciæ, altera tribueretur Asiæ. nam etiam ipsius Asiæ tres diœceses ad Ciliciam attinuisse, Cicero ipse, alijq; prodiderunt. Galatiam regebat Deiotarus rex, socius fidelissimus populi Rom. Pisidæ, & Lycij inter socios erant. suisq; legibus, sine magistratu Romano, vtebantur. itaque Cicero eas gentes appellat auxilia in epistola ad Atticum. Exercitum, inquit, infirmum habebam, auxilia sanè bona sed ea Galatarum, Pisidarum, Lyciorum. hæc enim sunt nostra robora. Cappadociæ rex

erat

erat Ariobarzanes, ipse quoque socius populi Rom. nã Pompeius reges multos, à Mithridate pulsos, in regnũ restituit, & fœdere ac societate Reip. obstrinxit: Armenia Tigrani regi, qui Mithridatem armis iuuerat, venia data, concessit: nationes quasdam prouincias fecit populi Ro. alijs, vt sui iuris essent, suisq; legibus viuerent, permisit. Hæc est Romanæ ditionis ab Hispania vltiore, vltima ad occidentem prouincia, ad Euphratem, qui terminus ad orientem imperij fuit, descriptio quædam, breuiter à nobis informata. nec enim vagari longius licuit in ea tractatione, quæ nostri argumenti propriè non est: quæ tamen disiuncta non videtur, hæc attigimus. in prouincias ibant, vel consulares cum XII. fascibus, vel prætorij cum VI. totidem vtrique, quot in vrbe habebant. interdum etiam prætorios cum iure consulari, & XII fascibus, senatus in prouincia mittebat, vt Q. Ciceronem in Asiam. de quo Suetonius, Extant, inquit, M. Ciceronis epistolæ, quibus Quinctium fratrem, parùm secunda fama proconsulatum Asiæ administrantem hortatur, & monet, imitetur in promerendo socios vicinum suum Octauium. proconsulatum vocat hominis prætorij administrationem. eadem ratione titulus est, Q. Metello Celeri procos. in duabus epistolis quæ lib. 5. fam primæ leguntur: qui tamen consulatũ non gesserat, sed ex prætura in Galliam cisalpinam profectus erat & lib. III. de leg. Gellius ait Cicero proconsulem ex prætura in Græciam venisse. Primis temporibus, cùm prouinciæ tuendæ armis essent, & in discrimine versarẽtur, exibãt in eas, inito fere magistratu cõsules, & prætores, vel vt quæq; cui-

que sorte obtigerat, vel etiam quãdoque consulibus inter ipsos comparantibus. sic enim loquebantur, cùm inter eos de consularibus prouincijs conuenisset. nam cõparandi consuetudinem apud prætores non video fuisse. quod si bellum produceretur, imperium in ijsdem prouincijs proconsulibus, aut pro prætoribus à senatu prorogabatur. postea L. Sylla lege cauit, ne quis plus anno prouinciæ præesset: qui viderit, opinor, in Repub. diuturnis imperijs assuescere, tutum non esse: itaque Galliarum illa per decennium Cæsaris administratio libertatis exitium fuit. hac de lege Cicero in epistola ad Appium hu verbu: Eo discessisti, quo ego te ne persequi quidem possem triginta diebus, qui tibi ad decedendum lege, vt opinor, Cornelia constituti essent. & in eadem: Vt habere rationem possis, quo loco me salua lege Cornelia conuenias: in prouinciã veni pridie Kalend. Sext. Nunc de legibus agamus, quæ rectoribus prouinciarum imperium dabant: ea duæ fuerunt, curiata, vetus ad modum lex, & Cornelia, quam tulit L. Sylla dictator. curiata dabat imperium populus, vt Liuius indicat lib. IX. Cornelia senatus. nam, cùm S.C. esset factum, vt prouincias magistratus sortirẽtur, aut compararent inter se: tum, si ij, vel sine lege curiata, in prouincias proficiscerentur, imperium habere dicebantur, donec in vrbem reuertissent. ideò, quod in epistola Ciceronis ad Lentulum scriptum est, Ap. Claudius frater P. Clodij, cupidus prouinciæ, dictitabat, sese, si licitũ esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega prouinciam: si curiata lex non esset, paraturum cũ collega, Lentulo Spintheri, Ciliciam proconsule administra-

ministranti, successurum: legem curiatam consuli ferri opus esse, necesse non esse: se, quoniam ex S. C. prouinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in vrbem introijsset. Quod autem in agraria II. scriptum est, Rem militarem sine curiata lege attingere non licet: propterea dictum, quia sumptu publico ibant in prouincias, quorum de imperio lata curiata lex esset. poterant igitur publica pecunia milites alere, & bellum gerere. at sine curiata lege poterat quidem aliquis priuato sumptu in prouinciam ire: exercitum verò habere, bellumq; de suo gerere, cui tantæ opes erant, vt liceret? non igitur sine curiata lege, qua pecuniam dabat, rem militarem attingere cuiquam licebat. nam, cùm ad Atticum libr. IV. Cicero ita scribit: Appius sine lege suo sumptu in Ciliciam cogitat: non intelligit de pecunia in stipendia militum erogãda, (nec enim sustinere sumptum potuisset) sed, opinor, de suo cohortiq; viatico ipse enim Cicero, viaticum dari solitum comitibus eorum, qui irent in prouincias, significat in epistola ad Cassium his verbis: Cætera cuiusmodi sint, ex hoc iudica, quod legato tuo viaticum eripuerunt. Curiata porrò lex, non, vt, primis temporibus, vniuersi populi suffragij, curiatum in forum conueniens ferebatur, sed tantùm à xxx. lictoribus, xxx. veteres curias repræsentantibus. itaque Cicero in oratione II. in Rullum, cùm loquatur de curiatis comitijs, id est, de lege curiata, qua x. viris imperium dari Rullus volebat: Illis, inquit, comitijs, ad speciem, atque ad vsurpationem vetustatis, per xxx. lictores auspiciorum auspicia adumbratis. Ferri autem solitam à consulibus

legem curiatam. idem Cicero in eadem oratione significat his verbis: Consulibus, legem curiatam ferentibus, à tribunis pleb. sæpè est intercessum. idemq; confirmãt illa verba in epistola ad Lentulum: Legem curiatam consuli ferri opus esse, necesse non esse. Nam, quod in sua lege Rullus posuerat, vt à prætore ferretur, extraordinarium fuit: quia videbat adduci consules minimè posse, vt eam ferrent, vtpote qui nullum x. viris imperium dari vellent: itaq; Ciceronis exstant orationes aduersus legem Rulli de x. viris. Moris autem fuit, vt, cũ lex de imperio ferretur, tres augures adessent, ob eam causam, opinor, quia xxx. curiæ tres veteres tribus repræsentabant, quas singulas in denas curias Romulus diuisit: Porrò veteres tribus suum quaque augurem habuit: quod à Liuio libr. 10. traditum est. In prouincias populi x. colonias ducebantur, propterea, quando de prouincijs proximè dictum est, subscribemus hic legem illam, qua Cn. Pompeius Strabo consul, Cn Pompeij Magni pater, transpadanis coloniis ius dedit Latij, vt possent habere eius, quod cætera Latina colonia, id est, vt, petendi magistratus gratia, ciuitatem Romanam adipiscerentur. quod ego sic interpretor, vt, qui in ijs coloniis magistratus gessissent, deinde ciues Romani essent, ferendiq; suffragij ius haberent, eadem conditione, qua populi Latini. quod etiam significatur epist. 11. lib. 5. ad Att. Has Colonias postea ius absolutum Romana ciuitatis cupijsse, id est, vt etiam non gesto magistratu, ciues Romani essent, in eo Suetonius ostendit, cùm ait, Cæsarem colonias Latinas, de petenda ciuitate agitantes, adijsse, & aliquid

vtique

vtique effecturum fuisse, nisi consules conscriptas in Ciliciam legiones ob id ipsum retinuissent. Sequitur militia: de qua legem veterem video fuisse, vt, qui ciuem ab hoste seruasset, is ab imperatore quercea corona donaretur: quam Cn. Marcio Coriolano datam esse, Plutarchus memoriæ tradidit. Fuit & illa, ne dolo malo, neue aliena iniquitate, sed iure & propria virtute bellum gereretur. quam Camillus, is, qui vrbem Romam à Gallis Senonibus liberauit, ita diligenter coluit: vt, cùm Falerios, Falisciorum vrbem, obsideret, eamq; illi tradere publicus litterarum magister, deductus in castra nobilibus puerù, tentasset, iniustum beneficium recusarit, magistrumq; vinctum Falerios cum pueris remiserit. Lex etiam lata est, quam Sacratam Liuius appellat, ne cuius militis scripti nomen, nisi ipso volente, deleretur: & ne quis, vbi tribunus milit. fuisset, postea ordinum ductor esset. Duas aliquot post annis tribuni pleb. eodem anno rogarunt, vnã L. Atilius, & C. Marcius, vt tribuni milit. senideni in quatuor legiones à populo crearentur: quæ antea, perquàm paucis suffragio populi relictis locis, dictatorum & consulum fermè fuerant beneficia: alteram M. Decius, vt II. viros nauales, classis ornandæ reficiendæq; caussa, populus iuberet. Leges duas C. Gracchus tribunus ple. tulit, vnã de vestibus militi publicè dandis, stipendio non imminuto, alteram, ne quis infra 17. ætatis annum ad militiam cogeretur. ex quo patet, interdum ad militiam antè coactos fuisse, qui nondum annum ætatis XVII. agerent. quod puto difficillimis Reipub. temporibus, exhaustæ cladibus ciuitate, vt secundo Punico bello,

extra ordinem esse factū Legibus de militia rectè subijcientur leges de triumpho. non est enim triumphus sine militia. Antiquissima fuit, quæ nunquam seruata non est, vt, qui ob rem in bello benè gestam triumphum ducturi essent, ante triumphum vrbem ne ingrederentur. triumphabant enim cum imperio: &, imperiū deponere, vrbem intrantibus necesse erat. triumphum autem senatus decernebat: sed imperium in vrbe, quo die triumphus duceretur, populus dabat, rogatione ab aliquot tribunis pleb. lata. id apertè demonstrant illa apud Liuium, lib. XLV. Tribus hu omnibus triumphus ab senatu decretus: mandatumq; Q Cassio prætori, cū tribunis pleb ex auctoritate patrum ageret, rogationē ad plebem ferrent, vt iys, quo die vrbem triumphantes inuecherentur, imperium esset. Et erant impediendi triumphi rationes multæ: primùm cùm tribuni pleb. imperatori, qui triumphum peteret, aliqua de caussa infensi, de rogatione ferenda omnes recusarent: deinde, cum rogationem quidem tribunus aliquis ferret, sed eam populus suffragijs antiquaret: tertio, vbi, tribuno rogationem ferente, vnus, plureſue de collegio intercederent: postremò, cùm tribunus imperatori ob res in bello gestas diem diceret, sicuti C. Memmius L. Lucullo, qui, duobus potentissimis regibus Mithridate, & Tigrane, deuictis, tamen non nisi triennio pòst triumphare potuit. ad extremum, accusationem Memmio remittente, Cicerone consule triumphum duxit. vnde illa in Academicis, lib. 2. cùm victor à Mithridatico bello reuertisset, inimicorum calumnia triennio tardius, quàm debuerat, triumphauit. nos enim cum illum clarissimi virino-

vi nostra manu in vrbem duximus. hanc legem de imperio vnius diei intra vrbem Cicero significat his verbis lib. IV. ad Att. Pontinius vult ad 3. Non. Nouem. triamphare. huic obuiã Cato, & Seruilius prætores apertè, & Q. Mucius tribunus pleb. negant enim latum de imperio. & est latum, Hercule, insulse. latum insulse dicit, quia legem de imperio Pontinij Ser. Galba prætor clam ante lucem tulerat. quod à Dione traditum est. & agi quidquam cum populo ante horam primam leges vetabant. Paulò post secuta est altera, (si modò priuis temporibus lege potius, quàm more, triumphabãt) vt, qui hostes acie vicissent, triumphantes vrbem inirent. id q; factum etiam cùm intra VII. lapidem vrbis Romanæ fines includerentur, apud Valerium notauimus. Post, vt imperatorum ambitioni, qui leuibus prælijs prosperè factis, triumphum petebãt, obuiam iretur, lege cautum est, ne quis triumpharet, nisi qui & V. millia hostium vna acie cecidisset, & de suo exercitu multò pauciores amisisset. quo in vtroque ne falsus senatui numerus ederetur, altera lex à L. Mario, & M. Catone tribunis pl. lata est, vt punirentur y, qui aut hostium occisorum, aut ciuium amissorum in numero mentiti essent. Sancitum & illud est, vt, pro aucto imperio, non pro recuperatis, quæ populi Ro. fuissent, triumphus decerneretur: quam ob causam neque Q. Fuluio, qui Capuam receperat, neque L. Opimio, qui Fregellas, permisit senatus, vt triumpharent. Eadem q; fuit eorũ conditio, qui ad res gerendas sine magistratu missi erant. qui etsi res triumpho dignas gessissent, triumphare tamen lege vetabantur itaque nec P. Scipioni, qui

postea Hannibalem vicit, ob recuperatas Hispanias, nec M. Marcello ob captas Syracusas triumphum senatus decreuit. Pompeius tamen, qui Magni cognomẽto est vsus, Sylla dictatore concedente, contra legem, eques Romanus adhuc, triumphauit. Illud etiam fortasse lege datum, vt qui triumphans vrbem ingressus esset, ei laurea corona in spectaculu uti liceret. id ex eo conijcio, quod Valerius, cui Plinius lib. naturalis historiæ XV. subscribere videtur, C. Papirium Masonem tradit, cùm, triumpho à senatu non impetrato, in Albano monte triumphasset, myrtea corona pro laurea in spectaculo vsum esse. Inter publicas leges illa quoque referenda, quam, quo anno Cn. Manlius cum C. Marcio consul fuit, tribuni pl. tulerunt, ne quu populum seuocaret. nam, cùm Manlius ad Satrium in castris, nouo exemplo, tributim de vicesima eorum, qui manumittebantur, legem tulisset, eiusq; legis, quia publicum vectigal haud parũ augeretur, patres auctores fuissent, tribuni pl. non tam lege, quam exemplo, moti, ne quis postea populum ab vrbe auocaret, capite sanxerunt: nihil enim non per milites iuratos in consulu verba, quãuis pernicioſum populo, si id liceret, fieri posse. Leges agrariæ num sunt de iure publico? sunt omninò, quia pertinent ad populi commodum. Primus omnium promulgauit Sp. Cassius Viscellinus in III. consulatu, perferre tamen non potuit, Virginio collega, omniq; senatu resistente. hic anno proximo, quasi de regno cogitasset, à patre, vt Valerius, & Plinius Secundus affirmãt, à populo, vt ab alijs traditum Liuius ait, dãnatus, nefarij consilij pœnas morte persoluit, in quo sœdissimum in

Vale-

Valerio erratum deprehendi nam libro II. vbi de parentum seueritate aduersus liberos agit, ita scribit; Caßius filium, qui tribunus pl. agrariam legem primus tulerat, adhibito propinquorum & amicorum consilio affectati regni crimine damnauit, verberibusq; affectũ necari iußit, ac peculium eius Cereri consecrauit. tribunum pl. ait fuisse Caßium, qui agrariam legem promulgauit, quod apertè falsum esse, Liuius, & Dionysius demonstrant. tulit enim de agro Hernicorum diuidendo in III. consulatu: quo tempore Caßij erant patricij, (consules enim fiebant) & patricio tribunatum pl. dari leges vetabãt. inde plebis concitandæ agrorũ diuisio seditiosis tribunis pl. occasio semper fuit. itaq; de ferendis legibus non sine magno ciuili motu sæpè actũ. Primus pertulit Sex. Licinius Stolo tribunus pl. is, qui etiã, vt alter consul de plebe crearetur, legem rogauit. eius lege nemini vltra D. agri iugera, neq; pecoris maioris vltra C. minoris vltra D. capita licuit habere. his adiũgebantur capita seruorũ, ac ingenuorũ, quæ quis ad custodiã agri, pecorisq; certo numero haberet. Et, vt appareat leges à tribunis pl. odio nobiliũ potiùs, quã studio publici cõmodi esse latas, paucis post annis hic ipse Stolo, accusante M. Popillio Lænate, primus, vt ait Valerius, sua lege dãnarius est, quòd M. iugerũ agri cũ filio poßideret, emãcipandoq; filiũ fraudẽ legi fecisset. rationẽ postea locupletes inierũt, vt plus D. iugeribus poßiderẽt, nec tamẽ Licinia lege dãnari possent. alijs in ad emendũ agrũ summißis, ipsi poßidebãt. huic malo mederi primus voluit C. Lælius (de minore loquor: nã ita duo Lælij, vt duo Africani, fuere) Africani minoris

amici-

amicitia non minus, quàm sua virtute, clarus: sed, adversante locupletum magno numero, cùm excitari civilem discordiam & contentionem videret, otio ac trā quillitati civium consulens, susceptam rem abiecit: ex quo Sapientis cognomen est consecutus. Liciniam secuta est Flaminia, à C. Flaminio tribuno pl. lata, quam decem annis ante II. bellum Punicum, inuito senatu, Fabio Verrucosso, iterum consule, in primis resistente, tamen pertulit, de agro Gallico, & Piceno viritim diuidendo. Post captam autem Carthaginem de agris in Africa diuidendis Rubria lex lata est, Liuia verò de x. viris, qui diuiderent. quarum legum in tabula aenea mentionem inuenimus. Ti. Gracchus tribunus pl. aliquot post annis legem pertulit, cuius sententia haec erat: si quis filium emancipatum haberet, ei dimidiam partem D. iugerum attribuere posset: III. viri agris diuidendis plebi crearentur, ne quis agrum à III. viris acceptum venderet hac lex vtrum seruata sit, an, occiso Tiberio, neglecta, parum constat seruatam ait Plutarchus, idq; senatum voluisse, vt plebis dolor, Tiberij morte susceptus, leniretur: neglectam, videtur Liuius tradidisse, cùm in epitome renouatam à Caio, Tiberij fratre, scriptum sit res ita conueniet, si & seruatam, lentendae plebis clausa primis post Tiberij interitū annis, & postea ita neglectam credamus, vt eandem Caius referre necessarium duxerit. quod & aliys non paucis in legibus esse factum animaduerti. Tulit & Sp. Thorius legem, qua agrum publicū vectigali leuauit: quā vitiosam & inutilē Cicero appellat in Bruto, quia nocuit aerario. Sequuntur eodem de genere tribunicia

due,

duæ, Titiâ, Marcia: Titia, M. Antonio oratore, A. Postumio Albino cos. à Sex. Titio lata, Marcia, quibus cōsulibus incertum, à L. Marcio Philippo. Est etiam agraria Plotiæ, & Flauiæ mentio apud Ciceronem lib. 1. ad Atticum. quam vtramque fuisse tribuniciam, constat. vtraque autem videtur hoc sanxisse. vt vel agri, quos à senatu locupletes emissent, reddita possessoribus pecunia, plebi distribuerentur: vel si neminem vetere possessione moueri senatus vellet, alij agri ea pecunia, quæ ex nouis vectigalibus per quinquennium reciperetur, emerentur, & plebi, quæ agros non haberet, partirentur hoc certè videtur in Flauia scriptum fuisse, vt ex epistola ad Atticum lib. 1. licet conijcere in alia verò, qua ante hanc proxima est epistola Flauiam eandem ferè, quæ fuit Plotia. Cicero scribit esse ex quo non dissimilem vtriusque sentētiam fuisse, facilè cognoscitur. sed Flauiam, quæ Q. Metello Celere & L. Afranio cos promulgata est, cur exilissimem esse pertatam, nihil habeo. Dictator quoque Sylla, lege lata, multos agros in Etruria militibus suis diuisit. Scribonam tribuniciam C. Curionis filij nominat, eamq; vi viriam appellat, nec dissimilem agrariæ Rulli, M. Cœlius epist. fam. libr. IIX. Vltimus agrariam legem pertulit C. Cæsar in primo consulatu: qua Stellatem campum, maioribus consecratum, vt ait Suetonius, & agrum Campanum, ad subsidia Reipub. vectigalem relictum, diuisit extra sortem xx. millibus ciuium, quibus terni pluresq; liberi essent. Postremo loco duas P. Clodij tribuni pl leges constituemus, quæ ad ius publicum videntur pertinere: vnam, vt frumentum populo, quod antea

semis

semis aris ac trientibus in singulos modios dabatur. gratis daretur: quam legem & L. Saturninus in tribunatu ferre conatus erat: altera fuit de collegijs restituendis, quæ nouem ante annis Cæcilio & Marcio cos. sublata fuerant: quibus alia quoque, quæ antea non fuerant, Clodius adiunxit quod ei Cicero sæpè in orationibus exprobrat. Supersunt leges de iure priuato: quarum duo genera esse diximus, vnum earū, quæ ad ius ciuile, alterum, quæ ad crimina pertinent. De iure ciuili quod, vt aut iurisconsultus, de iure gentium quædā detrahit, quædam assumit, lex erat de adoptionibus, quæ vt curiata lege fierent, cautum erat. licebat autē non patricio plebeium, sed plebeio patricium adoptare. atque hoc in genere tria lex iubebat obseruari: primum, vt is adoptaret, qui neque procreare iam liberos posset: &, cùm potuisset expertus esset: alterum, vt tum generum, ac dignitatis, tum sacrorum ratio haberetur id est. vt ita fieret adoptio, vt ne quid aut de dignitate generum, aut de sacrorum religione minueretur: tertium, ne qua omninò calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhiberetur: quæ si seruarentur omnia, tum adoptionem rectè fieri. nihil tamen horum in adoptione P. Clodij seruatum esse, arguit Cicero in oratione pro domo sua: neque solum ob hanc causſam ait esse infirmam irritamq; illam adoptionem, verùm etiam, quod cùm curiata lex ferretur, tum seruatum de calo sit: quod cùm fieret neque legem ferri, neq; omninò quidquam agi cum populo licebat, primùm enim adoptandi causſas esse oportuit, de quibus pontifices iudices erant: deinde, si causſæ probarentur, curiata lex ferreba-

rebatur: quam qui ferret, is omnia seruare debebat, quæ in cæteru legibus. cùm ferrentur, seruari mos fuit, quod vtrumque significat Cicero in ea oratione, cùm ait: Vtu adoptet, qui, quod natura iam assequi non potest, legitimo & pontificio iure quærat itaque, quod est apud Cornelium Tacitum lib. XII. Lege curiata apud pontifices adoptio fiebat: id ita est intelligendum, vt, nisi & lex ferretur, & adoptandi causas pontifices probassent, adoptio fieri non posset. vtrumq; verò separatim agebatur, cùm de causis pontifices cognoscerent, legē verò magistratus ferret. Adoptantū aūt ætatem XIIX. annu maiorem, quàm eius, qui adoptaretur, esse oportere, à Modestino scriptum est hu verbis: Non tantū cū quu adoptat, sed & cùm arrogat, maior esse debet eo, quem sibi per adoptionem, vel per arrogationem filium facit, sed vtiq; plena pubertate, id est, XIIX. annis, eum præcedere debet. De testamentis leges multæ fuere, quarum nominanter Voconia, Furia, Falcidia, Cornelia, Iunia Velleia. Voconia de mulierū hereditatibus inter secundū & postremū Carthaginēse bellū à Q. Voconia Saxa Aricino tribuno pl. suadente M. Catone censorio lata, sanxit hoc, ne quis heredē relinqueret filiā supra HS XXV M. nā Dio lib. LVI. ita scriptum reliquit Augustus quibusdam feminis tribuit, vt supra XXV M. heredes esse possent: licet hoc lex Voconia vetaret. Etiam hoc eadem lege cautum est, vt à Theophilo, in tit. Instit. de lege Falcidia, didicimus, ne plus legatarius, quàm heres, haberet. quo de genere Trebellianum quoque S. C. exstat, ne bona vltra dodrantē vniuersali fideicōmisso ab herede relinquī

qui posſint. Voconia, & Furia, Falcidia, Iunia Velleia, tribuniciæ fuere. Cornelia consularu, L. Syllæ. de Voconia diximus. Furia cauebatur, vt à Theophilo scriptũ legimus, ne cui plus, quàm M. nummũm, legaretur, quod amplius legatum esſet, quadruplum reſtitueretur. Falcidia cauebatur, ne cui plus liceret legare, quã dodrantem ex tota hereditate, id eſt, vt, ſiue vnus heres inſtitutus eſſet, ſiue plures, apud ipſum, eósue quarta pars tantùm remaneret. mentionem facit huius legis Celſus, lib. XXII. digeſtorum, his verbis. Cùm de lege Falcidia quæritur, heredis probatio eſt, locum habere legem Falcidiam. quod dum probare non poteſt, merito condemnabitur. in Iunia Velleia hoc erat, vt, qui teſtamentum faceret, omnes eos virilis ſexus neceſſariò inſtitueret heredes: qui, cùm naſcerentur, ei heredes ſui futuri eſſent, eorumq; in locum liberi ſuccederent: qui niſi inſtituti eſſent, aut ſi exheredati, ad exemplum poſtumorum, eſſent, teſtamentum ne valeret. atque in hac lege duplex caput fuit, primum, vt, mortuo filio, nepotes nondum nati poſſint inſtitui: itẽ, vt, viuente filio, naſcituri nepotes poſſint inſtitui, ſi, auo viuente, & mortuo filio, naſcantur: ne facti ſui, cũ naſcentur, ſi ſe præteritos inuenerint, rumpant teſtamentum. altero capite cautum eſt, vt nepotes, iam nati, viuente filio, ab auo heredes inſtituantur, vel nominatim exheredentur, ne forte, mortuo poſt teſtamentum filio, facti ſui heredes. ad exemplum poſtumorum teſtamentum infirment. quæ tradita ſunt in iuriſconſultorum libris. Cornelia falſum teſtamentum facientibus pœnam irrogabat, eaq; lege ſenatores ſoli tenebantur,

bantur, vt in Suetonio legimus. nisi si, non Senatores, sed signatores legas. quòd si quis in hostium potestate decessisset, eius testamentum perinde lex Cornelia confirmabat, ac si, qui testamentum illud feciſſet, in hostium potestatē nō peruenisset. testis Iulianus lib. xxiix. digestorum. Testamenta porrò lex infirmabat, irritaq; prorsus iubebat esse, quæ improba, inofficiosa, inhumana dicerentur, hoc est, contra leges, merita, pietatem facta: item, quæ à V. testibus, iisq; fide dignis, nō essent obsignata. quod ad VII deinde testes prætorum edicto translatum est. postremò ab imperatoribus inuentum, vt testes subscriberent, vt legitur I. Inſtit. de testamentu, paulò pòſt principium, atque horum generum causſas, de rescindendis confirmandisue testamentis, à C. viris esse iudicatas, quod hastæ iudicium dicebatur, Cicero, Valeriusq; declarant. Aelia Sentia, quā iurisconsulti nominant, non videtur ad nostrum inſtitutum pertinere. non enim stante Rep. sed Augusti tēporibus, à Sex. Aelio, L. Sentio cos. lata est. veruntamen, quia spectat ad testamenta. quorum leges hoc in loco exponuntur, simul cum alijs eam legibus enumerare non alienum duximus. in ea scripta sunt hæc: vt vnus modò heres necessarius fieret: plures si fierent, irritum esset: ne duo pluresue ex eadem causſa heredes scripti essent: qui primo loco esset nominatus, heres esset: item, quibus de causſis manumitti seruos placeret: ne quis, licèt ex tutoris auctoritate, posſet manumittere, niſi causſam apud consilium probaret: neue serui in fraudem creditorum, aut libertate donarentur, aut heredes inſtituerentur. nam eum, pluribus heredibus

seruis institutis, ijsdemq; manumissu, futurum esset, vt creditores ad suum peruenire non possent: quia, data seruis libertate, pretium hereditatu deminueretur: ideoq; seruorum manumissio iniusta videretur, quia contra rem creditoru esset: lex Aelia Sentia sanxit, vt vnum duntaxat seruum cum libertate heredem debitor facere posset. atque hac videre licet ver. 1. Instit. quibus de causis manumittere non licèt. postremò iubebat, vt, si esset donatio facta inter virum & vxorem, marituſq; re nondum tradita, vita excessisset, ne mulier rei vindicationem post obitum mariti haberet, sed tantummodò exceptionem, si non possideret contra petitores. Hac de lege Aelia Sentia, veterem fortasse aliquam legem referente, obseruauimus. Alia verò fuit Aelia Sanctia, à Cicerone in Topicorum libris nominata: qua assiduo vindicem esse assiduum, id est, locupleti locupletem, iubebat. pertinuit igitur ad indicia. atque hac lege nihil amplius, neque de latoribus, neque de sententia, compertum habemus. quin, eum Ciceronis locum esse mendosum, neque in libris scriptis vllam omninò in eo loco legis Aeliæ Sanctiæ mentionem fieri, nonnulli tradiderunt. Verùm hoc de genere leges præterea X. video nominari, diuersis temporibus latas, tribunicias V. Sempronian, Seruilian, Liuian, Plotian, Vatinian: prætorian, Aurelian: consulares, Cornelian, Pompeian, Iulian, Antonian. his de singulis prius quàm agamus, tria loca, quæ ad hoc de iudicijs argumentum pertinent, vnum Plutarchi, alterum Pediani, tertium Ciceronis examinabimus. ordinem enim, & sententiam earum legum, quas nomina-

minauibus, perturbant, & obscurant. quare, vt erroru causſa tollatur, disputabimus primùm ea quæ veterum in libris aut re vera fortasse falsa sunt, aut eiusmodi, vt, vera cùm sint, falsa tamen videri possint. hoc vbi satis apertum fuerit, tum, veritate quasi è tenebris educta, leges ipsas, & quibus singula temporibus lata sint, & quæ cuiusque vis ac sententia fuerit, ostendemus. Ac primum, quod in Gracchorum vita Plutarchus tradidit, legem à C. Gracchо esse latam, vt CCC. equites simul cum CCC senatoribus iudicarent, id ego (pace tanti viri dixerim) falsum esse iudico. non enim lege Gracchi equites cum senatoribus, sed soli equites rem iudiciariam administrarunt. probatur antiquorum exemplis. nam Paterculus, vbi leges C. Gracchi commemorat: Dabat, inquit, ciuitatem omnibus Italis: extendebat eam penè vsque ad alpes: diuidebat agros: vetabat quemquam ciuem plus D. iugeribus habere: noua constituebat portoria: nouis coloniis replebat prouincias: iudicia à senatu transferebat ad equites: frumentum plebi dari instituerat: nihil immotum, nihil tranquillum, nihil denique in eodem statu relinquebat. satis planè loquitur non dicit, communicata inter equites & senatores iudicia, sed à senatu ad equestrē ordinem translata. & idem infrà: Tribunatum inijt M. Liuius Drusus: qui cùm senatui priscū restituere cuperet decus, & iudicia ab equitibus ad eū transferre ordinē: (quippe eam potestatem nacti equites Gracchanis legibus, cum in multos clarissimos, atq; innocentissimos viros sæuissent, tum P. Rutilium, virum non sæculi sui, sed omnis æui optimum, interrogatum lege repe-

tundarum, maximo cum gemitu ciuitatis damnauerant) in ys ipsis, quæ pro senatu moliebatur, senatum habuit aduersarium. & infrà: Per idem tempus Cotta iudicandi munus, quod C. Gracchus ereptum senatui ad equites, Sylla ab illis ad senatum transtulerat, æqualiter inter vtrumque ordinem partitus est. hæc ille: quæ Pedianus in commentario diuinationis confirmat his verbis: C. Gracchus legem tulerat, vt equites Romani iudicarent. iudicauerunt per annos XL. sine infamia pòst victor Sylla leges tulerat, vt senatorius ordo iudicaret: & iudicarunt per X. annos turpiter. & in eodē commentario infrà: Rutilium Rufum, quod in Asia cum prætore suo consensisse, ne publicam aliquid agerent in prouincia sua, equites Romani, qui tum iudicabant, damnarunt. Quod si quis in tuenda Plutarchi caussa itapertinax est, vt Velleij, & Pediani testimonio standum neget: vel quod de solis equitibus non satis apertè loqui videantur: vel quod ipsi quoque falli, vt homines, alucinariq; potuerint: audiat Appiani verba: quæ, vt ego statuo, Plutarchum manifestè condemnāt. is igitur libro 1. sic: M. Liuius Drusus tribunus pleb senatum, & ordinem equestrem, iudiciorum caussa, quæ adempta senatui, & equitibus tradita fuerant, dissidentes, lege conciliare, & ad concordiam perducere conatus est: itaque tulit ad populum, vt ad vtrumque ordinem cognitio caussarum pertineret. sed, quoniam, ob superiorum temporum discordias, numerus senatorum ad CCC. redactus erat. persuasit equitibus, vt de suo ordine totidem legerent, ne in iudicijs numero inferiores essent, quid apertius? non enim tribus aut quattuor

verbis

verbis rem obscurè significat, sed ita copiosè, ita nō am biguè declarat, vt de illius sententia dubitare, nisi qui nodum in scyrpo velit quærere, nemo possit, quid opus fuit, legem à Druso ferri de cōmunicādis inter duos ordines iudicijs, si, quod ait Plutarchus, eiusdem sententiæ legem C. Gracchus antè pertulerat? præsertim cùm, eam fuisse abrogatam, nemo dicat. Accedit ad hæc Liuij testimonium: cuius in epitome lib. LXX. scriptum est. P. Rutilius, vir summæ innocentiæ, qui, legatus Q. Mucij proconsulis à publicanorum iniurijs Asiam defenderat, visus equestri ordini, penes quem iudicia erant, repetundarum damnatus in exilium missus est. Et ibidem: Senatus, cùm impotentiam equestris ordinis in iudicijs exercendis ferre nollet, omni viriti cœpit, vt ad se iudicia transferrentur. Et libro sequenti: M. Liuius Drusus tribunus ple. legem tulit, vt aqua parte iudicia penes senatum & equestrem ordinem essent. Age, falsus testis Velleius, leuis Asconius, Appianus mendax, vanus & futilis Liuius: quid de Cicerone? an ipsum quoque præ Plutarcho nihil putabimus? nemo est opinor, qui non illum grauem, & certum veritatis auctorem ducat, præsertim in ratione iudiciaria, in qua ita versabatur, vt excelleret. quid igitur hic ait? ante bellum Italicum nunquam equites cum senatoribus iudicasse. quo patet, Gracchi legem de solis equitibus fuisse. verba ipsa recitabimus: ne nobis, quod aiunt, sine pignore credatur. in oratione pro C. Cornelio, cuius inter Pediani commentarios fragmenta quædam sunt, ita scriptum est: Memoria teneo, cùm primum senatores cum equitibus Romanis lege Plotia iudicarent, ho-

minem dijs ac nobilitati perinuisum, Cn. Pompeium causſam lege Varia de maiestate dixisſe. Cùm primũ, dicit ex quo satis liquet, lege Gracchi, quæ multis ante annis lata erat, nullam in iudicijs equitum & senatorum societatem fuisſe. quod ipsum interpres eorum verborum Pedianus confirmat. adscribit enim hæc: M. Plautius Siluanus tribunus pleb. Cn. Pompeio Strabone, L. Porcio Catone cos. secundo anno belli Italici, cùm equester ordo in iudicijs dominaretur, legem tulit adiuuantibus nobilibus: quæ lex vim eam habuit, quã Cicero significat. nam ex ea lege tribus singulæ è suo numero quinos denos creabãt, qui eo anno iudicarent. ex eo factum est, vt senatores quoq; in eo numero essent, & quidam etiã ex ipsa plebe. Et in ea pro Scauro: Reus est factus à Q. Seruilio Cæpione lege Seruilia, cùm iudicia penes equestrem ordinem essent. non obscurè significat solos equites iudicasse. quod & Pedianus demonstrat, qui subscribit hæc: Scaurus tanta fuit cõstantia, & animi magnitudine, vt Cædionem cõtra reũ detulerit, &, breuiore die inquisitiõis accepta, effecerit, vt ille prior causſam diceret: Marcum quoque Drusum tribunum pleb. cohortatus sit, vt iudicia commutaret. quid est, iudicia cõmutaret? nempe id, quod iam ex Appiano recitauimus, ne solis equitibus iudicandi potestatem relinqueret. Eodemq; referenda sunt illa verba in Bruto: Equestrẽ ordinem C. Seruilius Glaucia beneficio legis deuinxerat. Sequor igitur libentius ego quidẽ auctorem in hac re Ciceronẽ, quam Plutarchũ: primùm, quod in rebus Romanis homini potius Romano, quàm Græco, credendũ est: deinde, quod ab ætate C.

te C. Gracchi propius abfuit, quam Plutarchus: postremò, quod, iudiciarũ peritißimus cũ esset, veteres leges minus ei cognitas fuisse verisimile non est. Atq; hac de Plutarcho. nam locũ in epitome Liuiana, ex quo videtur idem Liuio placuisse, mendosum libẽter existimauerim: vt homini parcam, alioqui Romanarum rerum peritißimo. iam enim, ante legem Plotiam nunquam cum senatoribus equites iudicasse, Cicerone teste, vt alia omittam argumenta, probatum est. & ipsum quoque Liuium idem sensisse, indicare videntur illa, quæ iã recitaui, ex epitome. lib. LXX. Venio ad Pedianũ: qui & ipse, non vt Plutarchus, in genere iudicum, sed in legũ ordine ac numero peccauit. is in commentario diuinationis ita scripsit: C. Gracchus legẽ tulerat, vt equites Romani iudicarent. iudicauerũt per annos xl. sine infamia. pòst victor Sylla legẽ tulerat, vt senatorius ordo iudicaret: & iudicauit per decem annos, tur piter. Hæc, si legum sententiam consideres, vera sunt. nam & equites lege Gracchi, vt iam diximus, & senatores lege Syllæ iudicarunt. itaq; eadem sunt à nobis suprà recitata. vt probaremus illud contra Plutarchũ de solu equitibus lege Gracchi iudicantibus. sin ordinẽ ac numerũ suũ spectes, falsa Pedianus narrat. non enim post legem Gracchi secuta proximè est lex Syllæ, sed lex Cæpionis, & deinde Drusi, pòst Siluani, postremò Syllæ. Drusi autem lege, quæ fuit eadem cũ Cæpionis lege, eo ipso, quo lata est, anno sublata, rursus lege Sempronia per annũ soli equites iudicarũt. multos ab equitibus, lege Varia de maiestate accusatos, Appianus asserit esse condemnatos. anno pòst, succeßu Plotiæ: &

Plotiam tum denique Sylla lex consecuta. quare culpam Pediani non video, qui liceat excusare: qui equites dicat lege C. Gratchi per annos XL hoc est, ad L. Syllæ dictaturam, iudicasse: cùm tantùm vsque ad eũ annum soli ea lege iudicauerint, quo M. Plautius Siluanus tribunus pl. (legem enim Liuiam, quæ statim, vt diximus, sublata est, omitto) ad populum tulit, vt singulæ tribus quinos denos è suo numero crearent iudicium causa, eosq; non vno ex ordine, sed ex omnibus, hoc est senatorio, equestri, ipsa plebe. quòd si generatim dixisset, nulla Gracchana legis mentione facta, equites per annos XL iudicasse: verè dixisset. liceret enim intelligere id quod res est, equites modò solos lege Gracchi, modò cum senatu, atque etiam cum plebeys hominibus lege Plotia, iudicasse ad quam sententiam referendum est illud Ciceronis in I. in Verrem actione: Cognoscet ex me populus R. quid sit, quamobrem, cùm equester ordo iudicaret, annos propè L. continuos nullo iudice equite Romano iudicante ne tenuissima quidẽ suspicio accepta pecuniæ ob rem iudicandam constituta sit. Quo loco fortasse adductus est Pedianus, vt solos equites Gracchi lege vsque ad Syllam dictatorem iudicasse crederet. qui cùm explanat illud, Annos propè L. continuos, ait: Tanto enim ferè tempore equester ordo lege Sempronia iudicauit: cùm Cicero, vt opinio mea fert, equites quidem iudicasse dicat vsque ad Syllam dictatorem, tamen de solis equitibus, vt Gracchi lex iusserat, sed & de solis equitibus primùm, & mox de equitibus vnà cum senatoribus, aliisq; etiam ex ipsa plebe, iudicantibus significet: quod lege Plotia cautum

tum erat. Pedianum autem satis apertè de vno ordine equestri, per annos X L. iudicante, locutum esse, tum ea quæ proximè recitaui, verba demonstrant, tum etiam illa, quæ in eiusdem commentary scripsit argumento: quæ sunt hæc: agitur causa senatoris iudicijs in inimicia apud populum constitutis, flagitante plebe iudicia equestris ordinis, quæ ferè ante annos. X. Sylla sustulerat. vocat iudicia equestris ordinis ea, quæ Sylla sustulit: cùm non vnius equestris ordinis sed omnium ordinum iudicia fuerint siquidem, vt omnibus ordinibus iudicandi potestas daretur, lex Plotia sanxerat. quòd si quis dixerit, fieri posse, vt, Plotia lege ante Syllam dictatorem abrogata, rursus Gracchi lex restituta sit, ideoq; Syllam, lege Gracchi postea sublata, equestris ordinis iudicia sustulisse: hic tamen nihil dicet. nam, cùm Pedianus illa, quæ ipsa recitauimus, litteris mandauit: Gracchus legem tulerat, vt equites Romani iudicarent: iudicauerunt per annos X L. de Gracchi tantùm lege videtur accepisse, oblitus videlicèt Plotiæ legis, de qua scripsit postea idem in commentario orationis pro C. Cornelio. Et, quamquam apud scriptores antiquos in more sit positum, vt integros numeros malint, decem, centum, mille, quàm cum exigui numeri additione, pronunciare: quod à Cicerone factum in oratione aduersus L. Pisonem, & in ea, quam habuit contra Catilinam in senatu, Pedianus animaduertit: in eo tamen nimis magnum Cicero numeri fecit incrementum, quod appellauimus, equestrem ordinem annos propè L. continuos iudicasse dixit: cùm anni tantùm XLI. fuerint, id est, à primo Gracchi tribunatu,

vt ex epitome Liuij, Plutarchoq; intelligitur, ad annum primum dictaturæ L. Syllæ. sed oratoriæ licentiæ datur, vt res in narrando plus interdum, quàm concedit veritas, efferatur. quamquam historici quoque, qui quidem arctioribus tradendæ veritatis legibus adstringi videntur, id sibi iuris arrogarunt, vt à veritate discederent. nam Liuius: Vrbs, inquit, à Romulo viribus data, tantum valuit, vt in XL. deinde annos tutam pacem haberet. Cùm Numæ regnum intelligat, quod per annos XLIII. perpetua pace duranit. Tertius restat de tribus, quos proposui, locus in Ciceronē considerandus. nam, cùm in ea pro C. Cornelio dixerit, Lege Plotia primùm senatores cum equitibus Romanis iudicasse: falsum hoc esse, posset aliquis obijcere, cùm biennio ante M. Liuius Drusus, quod Appiani verbis iam ostendimus legem tulerit, vt cum equitibus senatores pari numero iudicia tractarent. Respondemus: vtrumque verum esse, & lege Plotia primùm senatores cum equitibus iudicasse, & Drusum tamen ante rogationē tulisse, vt cum equitibus senatores iudicarent. nam, & si lege Drusi ita sancitum est: tamen, quod ea lex iussit, propterea non est obseruatum, quod eo ipso anno L. Marcius Philippus consul, inimicus Drusi, obtinuit à senatu, vt leges eius omnes vno S. C. tollerentur: itaque decretum est, contra auspicia esse latas, neq; ijs populū teneri hoc tum à Pediano in commētario Corneliana, tum à Cicerone in lib. de legibus II. & in oratione pro domo sua proditū est. vt omittam, quod in Appiani nostri historia, equites, Druso interfecto, lege Gracchi iudicasse de ijs, quorum dolo malo bellum Italicum

esse

esse commotum diceretur, idq; ex ea lege, qua de maiestate Q. Varius tribunus pl. eo ann, rogauit. quo in nomine mendosi sunt ij, qui typis impressi veneunt, Appiani libri. nam, pro Q. Varius, habent Q. Valerius: cū legem illam de maiestate non à Valerio, sed à Vario latam esse, Valerius, Cicero pro C. Cornelio, & in Bruto, & Pedianus declarent. Venio nunc ad leges ipsas, quas X. nominaui. Semproniam, Seruiliam, Liuiam, Plotiam, Corneliam, Vatiniam, Aureliam, Pompeiam, Iuliam, Antoniam: quibus de singulis ita nobis est agendum, vt, temporum ratione seruata, prima quæque cognoscatur. Ante C. Sempronij Gracchi alterum tribunatum soli senatores, vetustissima, vt opinor, Romuli lege, iudicabant. Gracchus tribunus pl. Cn. Domitio Ahenobarbo, C. Fannio Nepote cos. legem tulit, quam paucis ante annis frater eius Tiberius ferre conatus erat, vt equites soli iudicarent. sic enim contra quam Plutarchus prodidit, ex Velleio, Pediano, Appiano, Cicerone ipso probaui. Posteà Q. Seruilius Cæpio consul, qui deinde cum Cimbris malè pugnauit, legem rogauit, vt cum equitibus, qui antea lege C. Gracchi soli iudicauerant, etiam senatores iudicarent. hanc tamen legem, quam & Cassiodorus, & Obsequēs, & Cicero ipse latam significant, non multò pòst esse abrogatam, ex eo suspicor, quòd paucis post annis C. Narbanū, quo accusante Cæpio damnatus erat, non ab equitibus, & senatoribus, sed à solis equitibus esse iudicatū. Cicero lib. II. de Oratore declarat his verbis: Animos equitum Romanorum, apud quos tum iudices causa agebatur, ad Q. Cæpionis odium, à quo erant ipsi propter

pter iudicia abalienati, renouabam, atque reuocabam. Facit etiam mecũ illa ratio quòd, cùm M. Liuius Druſus tribunus pl. Philippo & Cæſare cos legem tulerit, vt cum equitibus ſenatores iudicarent: quod proximè, cùm de lege Liuia agetur, probabimus: manifeſtũ eſt, ſolos equites ante Druſi tribunatum iudicaſſe. Praterea ſcriptum eſt apud Ciceronem in oratione pro C. Cornelio, non ante legem Plotiam ſenatores cum equitibus iudicaſſe. at legem Plotiam Pompeio Strabone, & Porcio Catone cos. latam eſſe, Pedianus docet. ex quo, legu Seruiliæ de communicando inter equites & ſenatores iudicijs nullam habitam eſſe rationem, ac ne Liuiæ quidem, quæ id ſanxit facilè eſt cognoſcere. Poſt Capionem M. Liuius Druſus tribunus pl. eius Druſi filius quo tribuno pl ad labefactandam C. Gracchi potentiam ſenatus vſus erat. L. Marcio Philippo, Sex. Iulio Cæſare cos tulit ad populum, vt cum equitibus ſenatores cauſſas cognoſcerent. cuius legibus, Philippo conſule referente, S. C. ſublatis, in eundem, quo antè fuerat ſtatum re iudiciaria reſtituta, ſoli equites ex lege Gracchi iudicarunt. Anno deinde interiecto, M. Plautius Siluanus tribunus pl. Cn. Pompeio Strabone, L. Porcio Catone cos qui fuit annus belli Italici ſecundus, tulit ad populum, vt ſingulæ tribus è ſuo numero quinos denos per annum iudicaturos, ſuffragio crearent. quo factum eſt, vt ſenatores quoque in eo numero eſſent, & quidam etiam ex ipſa plebe. Poſt victor Sylla, dictator primus Reip. conſtituendæ cauſſa factus, infenſus equitibus, quia pro Cinnana partibus ſteterant, legem tulit, vt nemo, niſi qui ſenator eſſet, iudi-

CARE

tare posset quod ante C. Gracchi tribunatum fieri solitum esse, diximus. Sylla mortuo, quod ille sanxerat, per annos XI. seruatum est, hoc est, vsque ad Cn. Pompeij & M. Crassi primum consulatum: quo anno L. Aurelius Cotta prætor populum rogauit, populusq; iussit, vt tres ordines, senatores, equites, tribuni ærarij simul iudicarent. tametsi, & centurionibus aditum ad res iudicandas patuisse hac ipsa lege, & sequentibus Pompeia, Iulia, censa tamen præfinito, Cicero docet in Philippica I. videtur autem Paterculus, nisi mendosi libri sunt, neque tempus, neque sententiam huius legis perfectè nouisse: qui lib. II. legem à Cotta latam per id tempus significet, quo Gabinius tribunus pl. rogationem tulit, vt Pompeius contra Piratas summo cum imperio mitteretur. quod falsum esse constat. nam Gabinius biennio post Pompeij consulatum, hoc est Pisone & Glabrione cos. eam legem tulit: quod & Velleius ipse asserit, & inde facilè licet existimare, quod, absoluto bello Piratico, statim C. Manilius tribunus pl. tulit ad populum, vt Mithridaticum bellum Pompeio mandaretur. id Plutarchus, Velleiusq; confirmant. Manilianam autem legem Cicerone prætore latam esse, luculenta ipsius oratio declarat. porrò autem Ciceronem gessisse præturam Lepido & Tullo cos. qui fuit annus post Pisonis & Glabrionis consulatum proximus, quis est qui ignoret? testem habemus Pedianum: vt alia, quæ facilè probarent, argumenta prætermittam. tulit igitur de Piratico bello rogationem Gabinius tribunus pl. Pisone & Glabrione cos. at Cotta, cùm rogationem de iudicijs eo anno tulerit, quo designatus ædilis Cicero Ver-

tem

rem accusauit, defendente Hortensio consule designato, planè videtur eo anno tulisse, quo Pōpeius & Crassus consules fuerunt. quod apertè Dio narrat. Hoc de tempore. Quod ad sententiam attinet, non video, qui probari possit id, quod idem narrat, Cottam iudicandi munus inter equites & senatum æqualiter esse partitum: cùm, eam potestatem non his modò, sed præterea tribunis ærarijs esse permissam, sexcenti loci demonstrent, nisi fortè illud (libenter enim tueor antiquitatem) æqualiter inter vtrumque ordinem partitus est, ideo Paterculus dixit, vt significaret non solū senatum, vt anteà, sed equestrem pariter ordinem post legē Aureliam iudicasse: vt ærarios tribunos, qui deinde cum senatoribus & equitibus iudicarunt. etsi non nominauit, non tamen exclusisse videatur. quo modo & Ciceronem lib. V. in Verrem locutum videmus. ait enim, cùm Cottæ legem significet, iudicium de iudicibus, & de te futurum est. at quo tempore futurum est? nempè eo, cùm populus R. aliud genus hominum, atque alium ordinem ad res iudicandas requirit, nempè ea lege de iudicijs iudicibusq; nouis promulgata. Alium ordinem dixit, cum tamen non vno de ordine, sed de tribus, hoc est, de senatoribus equitibus, tribunis ærarijs in ea lege mentio fieret. Eodemq; modò, cùm, censorū iudicia rescissa esse iudicum sententijs, significare vellet, in oratione pro Cluentio locutus est. Senatores, inquit, equitesq; Romani in compluribus iam reis, quos contra leges pecunias accepisse subscriptum est, suæ potius religioni, quàm censorum opinioni, paruerunt. & in Diuinatione: Iudiciorum leuitate ordo quoq; alius ad res iudicandas

dicandas postulatur. Pedianus etiam in commentario II. orationis in Verrem, Cottam, inquit, praetorem significat, qui legem promulgarat de restituendis equestri ordini iudicijs cùm tamen Cottæ lex non de vno equestri ordine, sed de senatoribus, equitibus, tribunis ærarijs mentionem faceret. Plutarchus etiã in Pompeio iudicia ad equites ait esse translata: cùm tamẽ lege Cottæ inter tres ordines essent communicata. Quod si quis putat in vno ordine, quem Cicero ad res iudicãdas requiri significat, simul cũ equitibus tribunos ærarios intelligi, opinione fallitur. nam senatores, equites, tribuni ærarij, non ordines duo, sed tres à scriptoribus antiquis appellantur itaq; Pedianus in cõmentario Corneliana, L. Cotta, inquit, lege sua iudicia inter tres ordines cõmunicauit, senatum, equites, tribunos ærarios: & in commentarijs duarum orationũ, in Pisonem, in extremo: pro Milone, in principio. Suetonius etiam in Iulio: Iudicia, inquit, ad duo genera iudicum redegit, equestrũ ordinis, ac senatorij: tribunos ærarios, quod erat tertium, sustulit. Lex Vatinia secuta est. tulit enim eam, vt opinor, P. Vatinius tribunus pleb. Cæsare & Bibulo cos. qua sententia, nondum inuenire potui: sed fuisse popularem, cùm Vatinius senatum, senatus illum vehementer oderit, facilè possum existimare. Lex Pompeia, quam tulit Cn. Pompeius Magnus in consulatu II. nihil ab Aurelia de tribus ordinibus discrepabat, (nam postea de tribus ordinibus iudicantibus exempla multa sunt, maximeq; apud Pedianum. & Suetonij testimonio, tria fuisse iudicum genera vsque ad Cæsaris dictaturam, cognoscitur) sed ex amplissimo sen-

mo censu, è centurijs legi iudices iubebat. amplissimus autem census à Liuio traditur, centum millia æru, eoq; amplius. Iulia, quam C. Iulius Cæsar, rerum potitus, tulit, iudicia ad duo genera iudicum redegit, equestri ē ordinem, ac senatorium: tribunos ærarios, quod erat tertium, sustulit. Antonia consularis, M. Antonij, qui III. vn fuit, hoc sanxit, vt ad duas iudicum decurias accederet tertia è centurionibus, hoc est, vt cum equitibus, & senatoribus (tertium enim ordinem, tribunos ærarios, lex Iulia sustulerat) centuriones iudicarent. quod genus hominum ne superiores quidem leges, Iulia, Pompeia, Aurelia iudicandi iure excluserant: sed præscripserant, quo censu eos esse oporteret: sicuti senatoribus quoque, & equitibus, & tribunis ærarijs census erat præfinitus: cùm in iudice, vt ait Cicero, & fortuna spectari deberet, & dignitas. Antonij verò lex plus æquo impudens & dissoluta, quæ rationem census nullā habuit, omnibus, quicunque ordinem duxissent, iudicandi potestatem permisit. atque hanc Antonij legem de tribus decurijs non esse abrogatam, cùm ille hostis iudicatus est, cùm eiusdem legem de sacerdotijs abrogatam esse suprà docuerim, è Suetonio cognoscitur: qui in Augusto ita scripsit: Ad tres iudicum decurias quartam addidit, ex inferiore censu, quæ ducenariorū vocaretur, iudicarentq; de leuioribus summis. Hac de ordine iudiciorum, pro varijs legibus, vario. De numero autem iudicum, lex Gracchi CCC. fecit, omnes ex equestri ordine, totidem, quot antea senatores iudices fuerant: lex Drusi CCC. equites, & CCC. senatores, numero pari: lex Plautij DXXV. iussit enim è singulis

lis tribubus, quæ XXXV. erant, quinos denos creari: lex Syllæ CCC. omnes ex ordine senatorio, lex Aurelia cum lege Syllæ de numero, vt opinor, congruebat, cùm in ordinibus discreparet: nam libro epistol. famil. IIX. de iudicibus CCC. cùm lex Aurelia seruaretur, mentionem fieri video. quod si ita est, auctum deinde numerum esse lege Pompeÿ, verè dicemus: quia Velleius auum suum inter CCCLX. à Pompeio lectum esse narrat. eundemq; numerum Plutarchus in Pompeio tradidit. lex Cæsaris, cùm de tribus ordinibus vnum, vt diximus, sustulerit, numerum simul iudicum, vt ego sentio, commutauit. lex Antonÿ cum tertiam decuriam addiderit, satu liquet, eorum, qui res iudicarent, ampliorem numerum esse factum. quem rursus & ab Augusto esse auctum, cùm ad tres decurias quartam addidit, facilè cognoscitur. De iudicum ætate legem fuisse, ne quis intra XXX. ætatis annum iudicaret, facilè possum ex eo conÿcere, quòd Suetonius de Augusto scripsit: Iudices à 25. ætatis anno elegit, id est, quin quennio maturius, quam solebant. Callistratus quidem iurisconsultus, lege Iulia cautum esse, ait, ne minor annis XX. iudicare cogeretur, neue minorem annis XX. compromissarium iudicem liceret eligere. Sanxit idem eadem lege, vt opinor, de numero patronorũ. nam, ante L. Domitÿ Ahenobarbi, & Ap. Claudÿ Pulchri consulatum ratò quisquam pluribus, quam quatuor, patronis vsus erat. his consulibus M. Scaurum, de repetundis accusatum, sex defenderunt. Sed, vt existimem hac de re biennio pòst à Magno Põpeio III. cõsule lege cautum esse, Taciti verbis adducor. is enim in

dialogo de oratoribus ita scriptum reliquit. Transeo ad formam, & consuetudinem veterum iudiciorum. Nemo intra pauciſſimas horas perorare cogebatur: & liberæ comperendi nationes erant: & modum dicendi ſibi quiſque ſumebat: & numerus neque dierum, neq; patronorum cauebatur. primus tertio conſulatu Cn. Pompeius adſtrinxit impoſuitq; frenos eloquentiæ. Hac de lege ita loquitur Cicero in Bruto: Lege Pompeia terni horæ ad dicendum datis, ad cauſſas ſimillimas inter ſe, vel potius eaſdem noui veniebamus quotidie. Et ad Atticum lib. 13 epiſt. 47. Verùm poſt bella ciuilia, neglecta lege Pompeia, peruentum ad duodecim patronos: eiq; licentiæ modum, à Cæſare dictatore impoſitum, Pedianus ſignificat. Et fortaſſe idē Cæſar, qua in lege de numero patronorum, in eadē tulit de ratione iudicandi quod Gellius lib. xiv. cap. 9. ſignificare videtur his verbis: Atque in rerum quidem diſſiſionibus, comperendinationibusq;, & alijs quibuſdam legitimis in rebus ex ipſa lege Iulia, & ex Sabini Maſſurij, & ex quorundam aliorum iuris peritorum commentarijs commoniti ſumus. Legimus etiam apud Priſcianū de lege Latoria, quæ minorem annis xxv. ſtipulari vetabat. De diebus quoque iudiciarijs leges nominat Vlpianus his verbis: Si feriatis diebus fuerit iudicatum, lege cautum eſt, ne ijs diebus iudicatum ſit, niſi ex voluntate partium. & quod aliter aduerſus ea iudicatū erit, ne quis iudicatū facere, néue ſoluere debeat: néue quis, ad quem ea de re aditum erit, iudicatum facere cogat. In hoc ordine locum habent leges illæ, quæ & de perſonis, quæ facinus iudicare poſſent, & de cauſis,

fit, in quibus possent, tum de iudicijs, deq; testimonij dicendi potestate agebant. Ac primùm illud ponatur, legibus eos iure iudicandi exclusos non esse, quos ignominia censores notassent. id Cicero significat his verbis in oratione pro Cluētio. In omnibus legibus, quibus exceptum est, de quibus causis aut magistratum capere non liceat, aut iudicem legi, aut alterum accusare, hæc ignominiæ causa prætermissa est. timoris enim caussam, non vitæ pœnam, in illa potestate esse voluerunt. & ibidem, paulò pòst: Prætores vrbis, qui iurati debēt optimum quemque in selectos iudices referre, nunquam sibi ad eam rem censoriam ignominiam impedimento esse duxerunt. postea tamen inductum lege Iulia, vt senatu moti iudicare non possent. quod & lege Cassius, de senatoribus, traditum est: & Paulus quoq;, vt proximè docebimus, significat Turpi autem iudicio damnatu ademptam esse iudicandi potestatem: idem Cicero in eadem oratione, paulò antè, demonstrat. Quod si, inquit. illud iudicium putaretur, vt cæteri, turpi iudicio damnati, in perpetuum omni honore, ac dignitate priuantur: sic hominibus ignominia notatis neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus esset turpia verò, famosaq; iudicia erant, calūniæ, prauaricationis, furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo, pro socio, mādati, tutelæ, depositi, & alia quædā à Iuliano memorata digest. lib. iij. Famosos etiā non minus quā qui turpi iudicio dānati essent, Pegasus & Nerua filius eos iudicarunt, qui quæstus caussa in certamina descendissent, aut propter præmiū in scenam prodijssent. athletas autem, quia iudicrā artem

non facere, sed virtutis gratia exerceri viderentur, infamia liberabant Sabinus & Cassius, quæ scripta sunt apud Vlpianum. Præterea, cùm ab eodem ita traditum sit lib. digest. XLIX. qui iudicio publico damnatus esset, eum ius accusandi non habuisse, nisi si libertorum, vel patronorum suorum mortem, vel rem suam exequeretur: consentaneum videri potest, eundem iudicandi munere exclusum. quamquàm ad rationem accedit auctoritas. nam ita scriptum post ea comperi apud Marcellum iurisconsultum. Omnes etiam de vi priuata damnatos iudicare lex Iulia prohibebat. quæ de re Martianus hìs verbis lib. digest. XLIX. De vi priuata damnati pars tertia bonorum ex lege Iulia publicatur: & cautum est, ne senator sit, aut decurio, aut vllum honorem capiat: néue in eum ordinem sedeat, néue iudex sit. Huc illa pertinent, quæ tradita sunt à Paulo iurisconsulto: quæ seruata credimus etiam Reipub temporibus. nihil enim à iure, aut æquo dissentiunt: Quidam, inquit, lege impediuntur, ne iudices sint: quidam moribus, quidam natura: natura, vt surdus, mutus, & perpetuò furiosus, & impubes, quia iudicio carēt: moribus, vt femina, & serui: nō, quia nō habeant iudicium, sed, quia receptum est, ne ciuilibus fungantur officijs: lege, qui senatu motus est qui verò possunt esse iudices, nihil interest, in potestate, an sui iuris sint. Cum iudicibus rectè coniungentur testes. itaque subscribemus ea, quæ de testimonio dicendo idē Paulus tradidit. Lege, inquit, Iulia, & Papia iudiciorum publicorum cauetur, ne cui inuito denuncietur, vt testimonium dicat aduersus socerum, generum, vitricum,

tricum, privignum. Cassius etiam Longinus, cuius libri non exstant: sed eorum testimonio Martianus digestorum lib. 1. vtitur: putabat, ei, qui ob turpitudinem senatu motus, nec restitutus esset, non licere neque iudicare, neque testimonium dicere: quia lex Iulia repetundarum ea fieri vetaret. Calumniæ damnatis publico iudicio quid licuerit, satis apertè Papiniani præclara sanè verba demonstrant. Quæsitum, inquit, scio, an in publicis iudicijs calumniæ damnati testimonium iudicio publico perhibere possint. sed neque lege Khemmia prohibentur: & leges Iuliæ de vi, repetundarum, peculatus eos homines testimonium dicere non vetuerunt. verùm tamen, quod legibus omissum est: non omittetur religione iudicantium: ad quorum officium pertinet, eius quoque testimonij fidem, quod integræ frontis homo dixerit, perpendere. Mulieribus quoque videtur licuisse testimonium dicere: siquidem, non licuisse de adulterio damnatis, Paulus indicat his verbis: Ex eo, quod prohibet lex Iulia de adulterijs testimonium dicere condemnatam mulierem, colligitur, etiam mulieres testimonium in iudicio dicendi ius habere. Di ctū est de iudicio, & testimonio: superest de indicio. Senatori indicium profiteri saluis legibus non licebat. alijs impunitas dabatur, nec tamen omnibus in causis, sed proditionis, maiestatis, & si quid huiusmodi: in causa repetundarū non dabatur: itaq; nec per indices agi solitam esse legimus. Non est ab hoc genere aliena Mēmia lex, quæ eorum, qui Reipub. caussa abessent, recipi nomina vetabat. itaq; C. Cæsar, cùm in prouinciam, peracto cōsulatu, abijsset, & ab L. Antistio tribuno pl.

Romæ appellatus esset, appellato collegio obtinuit, cum Reip. caussa abesset. reus ne fieret. at M. Antonius, ille disertus, L. Crassi æmulus in oratoria laude, cùm, quæstor in Asiam proficiscens, Brundusium iam peruenisset litteris certior factus, incesti se postulatum apud L. Cassium prætorem, cuius tribunal, propter nimiam seueritatem scopulus reorum putabatur, legu Memmiæ beneficio vti noluit, ne sibi malè conscius videri posset. sta timq; in vrbē recurrit, &, caussa dicta, absolutus est. hanc legē Cicero significat in oratione in Vatinium, cū ait: Cùm tibi, virum velles, liceret. poterat enim Vatinius, cùm legatus esset, iudicium recusare. quod ei per legem Memmiam licebat. Cur igitur, inquit Cicero, cū legationis perfugio, quod lex Memmia tibi dabat, vti noluerus. postea, ne caussam diceres, tribunos pl. appellasti? Non abhorret à legibus de iudicijs lex illa, quam C. Calpurnio Pisone, M. Acilio Glabrione cos. C. Cornelius tribunus pl. tulit, vt prætores ex edicto suis perpetuo ius dicerent: cùm antea, vt quisque auaritia, aut ambitione ducebatur, variè ius dicere consuessent. In iure ciuili & conubia sunt. de quibus illa fuit admodū præclara lex, quam à Romulo latam Dionysius & Plutarchus prodidere, vt vxor viro pecuniarū sacrorumq; omnium esset socia, eiq; si sine liberis & intestato diem obijsset, heres esset: sin filios reliquisset, æqualem cum ijs partem possideret. quæ si aduersus virum delinqueret, vir ipse cum propinquis eā iudicaret, &, si aut impudica fuisset, aut venefica in liberos suos, aut etiam vinum ebibisset. (hæc enim omnia Romulus capitalia esse voluit) morte multaret, vel, si mallet, diuortiū faceret.

ceret. quod si quis alia de caussa vxorem repudiasset, eius bonorum partem ad vxorem pertinere, partem verò Cereri sacram esse iussit. dijs porrò inferis, qui diuortium faceret, sacrificare voluit. ita probas mulieres & viro obsequentes, tum præmio, tum pœna Romulus affecit. quæ lex ad matrimony concordiam ita valuit, vt per annos DXX. nullum diuortium in vrbe fuerit. mores enim ad ingenium viri vnaquæque fingebat, eique in omnibus rebus morigera fidem, officiumque præstabat. Legem etiã video fuisse, illam quidem paulò seueriorẽ, sed ad augendam viribus ciuitatem vtilissimam, vt, quicunque per ætatem vxore ducere possent, omnes ducerent, quæq; genita essent, educarent. qua lege factum est, vt maximis cladibus ciuitas affecta, præsertim secundo Punico bello, nunquam tamen penitùs exhaurireture, sed nouos semper exercitus summitteret, adeò, vt extremis illius cedi temporibus, post multas legiones occidione cæsas, tamen supra C. millia ciuiũ Romanorũ in armis fuerit. Post Romulum Numa quidã lege sanxit, quod ad tuendam matrimonij fidem ac religionem pertinuit, scripsit enim hæc in pellices, quæ legimus in Gellio: Pellex ædem Iunonis non tangito. si tãgit, Iunoni, crinibus demissis, agnã feminã cædito. quæ Festus eadẽ narrat. Fuit illa quoq; lex de coniugijs, quam in XII tab. X. viri scripserunt, ne patricijs liceret cũ plebe connubio iungi quod eo consilio factum est, ne per nuptias reconciliati ijsdem animis contra X. viros, qui deponere imperium nolebant, pro libertate consentirent. quam legem paucis post annis C. Canuleius tribunus pl. abrogauit, lege lata, vt patrum

trum & plebis promiscua connubia essent. in quo tamē patres acerrimè repugnarunt, qui contaminari sanguinem suum, confundi iura gentium ea rogatione arbitrabantur: cùm tamen ad ciuium concordiam, in qua ciuitatum sita salus est, nihil esset vtilius. Legem etiam video fuisse, ne libertinam ingenuus, aut libertinus ingenuam vxorem duceret. nam S. C. Hispala Fecenia libertinæ concessum esse scribit Liuius, vt ei nubere ingenuo liceret quo patet, libertinæ cum reliquis ciuibus cōnubia non fuisse. Postea lege Papia cautum est, vt omnibus ingenuis, prater senatores, eorumq; liberos, vxores libertinas habere liceret hoc Iulianus: addit Vlpianus: Si senator libertinam habuerit vxorem, quamuis interim vxor non sit, attamen in ea conditione est, vt, si amiserit dignitatem, vxor esse incipiat. Et Paulus ex lege Iulia subiungit: Qui senator est, quiue filius, nepos proneposue, ex filio, vel ex filia natus cuius eorum est, ei ne, ne quis eorum sponsam, vxorémue sciens dolo malo habeto libertinam, aut eam, quæ ipsa, cuiúsue pater, materue artem ludicram facit, fecitue: néue senatoris filia, neptiue, ex filio, proneptiue ex nepote, filio nato, nata libertino, eiue, qui ipse, cuiúsue pater, matérue artem ludicram facit, fecitue, sponsa, nuptáue sciens dolo malo esto. Propterea reprehendit in orationibus Cicero M. Antonium, qui libertini hominis, Q. Fadij, filiam vxorem duxerat. Mulierum dotibus cautum eadem lege animaduertimus, ne quis, inuita vxore, dotale prædium, quódue dotis caussa datum esset, alienare posset. Non omittendum, quod apud Callistratum legimus, quinque legibus mulieris damnatæ

dotem

dotem publicatam, maiestatis, vis publicæ, parricidij, veneficij, de sicarijs. Nunc agamus de iure ac libertate ciuium. Ro quo de genere primum Sacratis legibus, deinde XII. tabulis sancitum est, vt neque priuatis hominibus leges irrogarentur, hoc est, ne priuilegia ferri possent, nec de capite ciuis, nisi comitijs centuriatis, rogari liceret. quod vtrumque memorat Cicero in oratione pro Sextio, & in suas leges libro de legibus tertio translulit. Legem autem de prouocatione ad populum ter à Valeria familia latam animaduerti: primùm, ab eo, cui Poplicolæ cognomen fuit. is enim consul, electo Tarquinio rege, & hanc legem de prouocatione, & duas præterea, vt in eius vita scripsit Plutarchus, pertulit: quarum prior capitis pœnam irrogabat, si quis ad magistratum iniußu populi adisset: altera, ciuium vectigalia sustulit. Sed quæ de prouocatione fuit, eam tertiò M. Valerius consul diligentius sanxit, adscripta pœna, si quis eum, qui prouocasset, virgis cecidisset, securiue necasset. at qua pœna? hac vna, improbè fecisse. ea tum probitas erat, vt ignominia non minus, quàm acerbissima pœna, timeretur. Postea lex Porcia, quam fortasse M. Porcius Cato, ille maior, in consulatu tulit: etsi neque Plutarchus in eius vita, neque alius, quod meminerim, vllam mentionem facit, ne ciuem Romanū verberari, necariue liceret: si quis fecisset, graui pœna puniretur. qua in sententia leges alias deinde scriptas esse significat in coniuratione Catilinæ Sallustius, cùm ait: An, quia lex Porcia vetat? at aliæ leges item condemnatis ciuibus non animam eripi, sed exilium permittiu bent. propterea videmus in criminum suspicione seruos

ad eliciendam veritatem torqueri solitos esse, cùm de liberis hominibus quæstionem haberi leges vetarent, quo fiebat, vt ij, qui aliquid supplicio dignum commiserant, seruos, si quos eius culpæ participes, aut conscios habebant statim liberarent: liberos enim torqueri scicebant non licere. quod cùm magistratus, qui iudicio præerat, antequam fieret, suspicaretur, mittebat ad eũ cuius nomen delatum erat, vt seruos in sua potestate haberet, (sic enim loquebantur) hoc est, ne manumitteret, cùm eos ad confitendam veritatem tormentis cogi vellet. hinc illud apud Liuium lib. IIX. Eo anno Minucia Vestalis suspecta primò propter mundiorem iusto cultum, insimulata deinde apud pontifices ab indice seruo, cum decreto eius iussa esset sacris abstinere, familiamq; in potestate habere: facto iudicio viua sub terrã ad portam Collinam dextra via strata defossa Scelerato cãpo, cùm enim pontifices fore suspicarentur, vt Minucia, indicium metuens, seruos, à quibus prodi posset, manumitteret: habere eam in potestate familiam iusserunt ideo & Pedianus in commentario orationis pro Milone, Pompeium ad Milonem significat misisse, vt quosdam seruos, quorum opera in occidendo Clodio vsus esse dicebatur, in potestate sua haberet: Milonem respondisse, ex ijs seruis, quos nominasset, partim neminem se vnquam habuisse, partim manumisisse. postea quoque lege Iulia Augusti cautum est, ne serui vxoris adulterij accusatæ intra LX. dies manumitterentur: idemq; in seruis patris eius constitutum. de quo apud iurisconsultos. Tulit & C. Gracchus tribunus pl. ne de capite ciuium Romanorũ iniussu populi iudicaretur,

retur quæ de lege Plutarchus in eius vita mentionem facit. Fuerunt hoc de genere & illa, quæ ad moderanda iudicia legibus esse constituta, significat Cicero in oratione pro domo sua: ne pœna capitis cum pecunia coniũ geretur: ne nisi prodicta die quis accusaretur: vt antè magistratus accusaret intermissa die, quàm multã irrogaret, aut iudicaret: vt esset accusatio trium nundinum, prodicta die, qua iudicium esset futurum. repẽtina enim accusatione reos opprimi iniquum, & graue visum est. Fuere & de sepulchris leges, quorum iura Romanis sacra fuisse, antiquæ legis illa verba declarãt: Vbi corpus de mortui hominis cõdas. sacer esto. & illa: Ne quis vestibulum aditúmue ad sepulchrũ vsu capito, neu busti violato. & illa: Deorum manium iura sancta sunto quod & postea seruatũ esse, irrogata violantibus pœna posteriores iurisconsulti Vlpianus, Paulus, Caius tradiderũt. In vrbe sepeliri, neque ante XII. tab. vsitatum fuit, & deinde lex ipsa XII. tab. vetuit hu verbis: In vrbe ne sepelito, néue vrito. Illa omnium antiquissima, quam à Numa Rege latã memorat Festus, ne iusta fierent ei, qui fulmine occisus esset, néue is supra genua tolleretur. quasi ictus fulmine infensus Ioui videretur esse. id autem opinor, tum vt ab oculis viuentium cadauera, quæ mœstitiam animis inferunt, quam primùm amouerentur: tum ne cœlum illud vrbanum, vnde proximè spiritus duceretur, tetro putrescentium corporum nidore corruptum, pestem aliquã importaret. quod autem à docto & diligenti viro scriptum est, ante XII. tab. consuetudinem fuisse, vt intra vrbem mortui sepelirentur: id refelli videtur à Cicerone, qui

ne, qui lib. II. de legibus it a scriptum reliquit: Credo fuisse aut eos, quibus hoc ante hanc legem virtutis caussa tributum est, vt Poplicola, vt Tuberto. quod eorum posteri iure tenuerunt: aut eos, si qui hoc, vt C. Fabricius, virtutis caussa soluti legibus, consecuti sunt planè significat etiam ante XII. tab. intra vrbem sepeliri nō licuisse: siquidem Poplicola, & Tuberto virtutis caussa tributum est. quod ipsum & Dionysium confirmat, & Plutarchus in Poplicola, hu ferè verbis, aut certè hac sententia: Decretum est, vt intra vrbem iuxta Veliam sepeliretur, vtiq; eius posteri idem ius esset: qui tamen aetate nostra eo iure non vtuntur: sed, vbi quis de genere Valerio mortuus est, eadauere in eum locum, vbi Poplicola sepultus est, delato, extollitur accēsa fax: deinde eadem demittitur. quo genere quandam vetusti iuris imaginem ostendunt: vt perspicuum sit, eo se, si velint, vti posse. Seruius quidē, vbi explanat illud Virgilij, Aen. lib. XI. Finitimos tollunt in agros, vrbiq; remittunt, Duilio consule primum à senatu decretum esse ait, ne quis in vrbe sepeliretur. quod imperatores quoque Hadrianus, & Antoninus Pius renouarunt: & fuisse hanc veterem consuetudinem. patet in l. mortuorum, c. de religiosis, & sumptibus funerum. Vestalibus tamen, intra vrbem sepeliri, nunquam non licuit. nullis enim legibus tenebantur ideò etiam nocentes intra vrbem in campo Scelerato sepulchrum habebant. idemq; ius imperatoribus fuit. Haec idem Seruius. Datum etiam decreto senatu ijs qui triumphassent, vt, cū eorum corpora extra vrbem cremata essent, in vrbem ossa & cineres referrentur, humiq; mandarentur. hoc

Pyrrho.

Pyrrhonem Lyparæum scripsisse tradit Plutarchus in libro Romanarum rerum. Sumptum in mortuis & lamentationem 12 tab sustulerunt. quo vtroque in genere stultè nimis. & puerliter hodie peccatur cætera, quæ scripta sunt in 12. tab. quæ ad hoc genus pertinent, quia lib. 2. de legibus à Cicerone commemorãtur, huc transferre non necesse duximus. illa, quæ ab alijs scripta obseruauimus, de sepulchrorum ratione adscribemus: ac primum hoc, in agris sepulchra fuisse: in agri venditione iura tamen sepulchrorum penes eum, qui venderet, remansisse, eumq; sibi tantum agri in venditione excepisse, quantum adeundo sepulchro satis esset: quod qui non faceret, ei summo probro ac turpitudini fuisse. vnde in oratiõe Ciceronis pro Roscio Amerino: Cui de tanto patrimonio ne iter quidem ad sepulchrũ patrium relictum est hæc autem ipsa de re Pompeianus iurisconsultus ita scripsit: Dominus fundorum, in quibus sepulchra fecerint, etiam post venditos fundos adeundorum sepulchrorum ius est. tum igitur in agris, tum iuxta militares, vel publicas vias, vel cadauera, vel, si cremata essent, cineres condebantur. nam & sepeliendi cadaueris, & cremandi consuetudinem fuisse, indicat illud in xij tab. in vrbe ne sepelito, néue vrito. & illud, quod in 11. de legibus scripsit Cicero: P. Cornelium Africanum sepultum esse, L. Cornelium Syllã primum è Cornelys cremari voluisse. Sepeliri autem antiquius fuisse, quàm cremari, Plinius lib. VII. cap. LIV. declarat his verbis: ipsum cremari, apud Romanos non fuit veteris instituti. terra condebantur. at, postquam longinquis bellis obrutos erui cognouere,

tunc

tunc institutum. & tamen multæ familiæ priscos seruauere ritus: sicut in Cornelia nemo ante Syllã dictatorem traditur crematus, idq; voluisse veritum talionem, eruto C. Marij cadauere hac Plinius: cui, quod ante XII. tab. in more fuerit, id vetus non videri, mirum est. Cremandi consuetudo vsque ad Antoninorũ imperatorum ætatem perdurauit. rursus terra condi cœptũ est. illud ex Festo Põpeio scitu dignũ, antè quã cadauer ad pyram deferretur, digitũ abscissum esse, vt reliquo corpore peruſto, ad eum iusta fierent. Cadauere pyræ imposito, qui propinquitate mortuo deuinctus artißimè fuerat, is auersus rogo facem accensam inferebat. Legimus & illud, maiores natu, ad tubas: minores, ad tibias, ad sepulchrum esse delatos: qui verò clariis maioribus orti essent, his eorum imagines in funere prælatas. addit Seruius Honoratus, ante sepulchrũ aram fieri solitam: quod & Cicero in epist. ad Att. significat, tametsi non aram modò, sed fanum filiæ mortuæ cogitabat. At fuisse definitum in sepulchrorum exstructionem sumptum, indicat idem, cùm ad eundem scribit, lib. xiij his verbis: Nunquam mihi venit in mẽtem quo plus insumptum in monumentum esset, quam nescio quid, quod lege conceditur, tantundem populo dandũ esse. Signum hominis sepulti non vnum fuit, nã & lapu, & tegula, & cespes, & tumulus, & cippus sepulturæ locum indicabant. De fenore leges multæ fuerunt ad auaritiam coërcendã vnã Liuius lib. vij. nominat, quã C. Marcio, Cn. Manlio cos. duo tribum pleb. M. Duillius, L. Menenius de vnciario fenore tulerunt: id quod iã antea lege XII. tab. cautum esse, tradit Ta-

citus

vius lib. V. nec multò pòst, ne quis semunciario fenore amplius exerceret, latum est: quod lib vij. Liuius prodidit. & aliquot post annis tulisse ad populum L. Genucium tribunū ple. ne fenerari liceret, idem Liuius à quibusdā proditum esse tradit sed, vt est hominum genus lucri appetens, cùm via fraudis inita esset, vt in socios, qui non tenebantur ijs legibus, nomina transcribe reutur, M. Sempronius tribunus pl. L. Cornelio, Q. Minucio cos. legē tulit, vt cum socijs ac nomine latino pecuniæ creditæ ius idē, quod cum ciuibus Romanis, esset. De creditu pecunijs, ob vnius feneratoris libidinem. & crudelitatem, qui nexum debitorē formosum adolescentem, de stupro recusantem, verberibus lacerauerat, C. Petilius, L. Papirius Mugillanus lege sanxerūt, ne quis, nisi noxam meruisset, donec pœnā lueret, in cōpedibus aut in neruo teneretur. pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus obnoxium esse. idem à posterioribus sancitum. Feneratores autem olim quadrupli, fures dupli condemnatos, ex quo patet peiorem apud veteres habitum feneratorem, quam furem, apud Catonem in lib. de re rustic. scriptum est. Sylla dominante, L. Valerius Flaccus consul de quadrāte, creditoribus soluendo, legē tulit: hoc est, vt terni nūmi pro cēntenis in anno penderentur. quod factū Velleius, vt iniustum reprehendit in historia sua: quia, cùm ipsum fenerari non honestum sit, idq; etiam leges vetuerint, Flaccus de quadrāte sua lege concedebat. Postea, sensim leges vsu vincente, ad centesimas menstruas peruentum est. quam inter vsuras grauissimam fuisse, ex epist. ad Att. lib. 5. cognoscitur. Vnciarium aūt fenus pro centenis

erant

erant singuli anni: quæ fœnissima fuit vsura. Liciniæ consularis, à Licinio Lucullo, Asiæ proconsule, ad leuandam ære alieno prouinciam lata, primùm sanxit, ne supra centesimam iure fenoris solueretur: deinde, ne maiores essent vsuræ, quàm quibus veteri iure pecuniæ antea credebantur: postremò, in quo debitoribus consultum est maximè, ne creditoribus à debitore fenoris nomine plus omninò liceret accipere, quam quanta fructuum creditoris quarta pars esset. Sunt & illæ duæ de iure ciuili, Cæcilia Didia, Iunia Licinia, vtraque consularis. Cæciliam Didiam tulerunt Q. Cæcilius Metellus, T. Didius cos. anno ab V. C. D. CLV. Iuniam autẽ Liciniam D. Iunius Silanus, L. Licinius Murena cos. ãno ab V. C. D CXC. nam & Cicero eam consularem videtur agnoscere, cùm ad Cæciliã Didiam adiũgat: &, latam Ciceronis ætate, indicant illa verba in oratione V. in Antonium: Vbi pœna recenti lege Iunia & Licinia? De Cæcilia Didia primum illud pono, quod video minus esse animaduersum: ab his consulibus non vnam legem, sed duas diuersa sententia esse latas. id ego, cùm Ciceronis loca contulissem diligenterq; considerassem, facilè potui conijcere. nam in oratione pro domo sua ita scripsit: Quæ est quasi alia vis, quæ sententia Cæcilia legis & Didia, nisi hæc, ne populo necesse sit in coniunctis rebus compluribus, aut id, quod nolit, accipere: aut id, quod velit, repudiare? quibus verbis hãc Cæciliæ Didiæ sententiam fuisse constat, ne diuersis de rebus lex ferretur. at in eadem oratione de alia Cæcilia Didia mentionem fieri, ex eare, qua de Cicero loquitur, intelligo. loquitur autem de trinundino, quod

in

in seruanda lege ferebatur, & M. Drusi leges, quod in ijs ferendis trinundini habita ratio non esset sublata à senatu significat. verba sunt hæc: Hora fortasse sexta quæstus sum in iudicio, cùm C. Antonium, collegã meũ defenderem, quædam de Repub. quæ mihi visa sunt ad illius miseri cauſſam pertinere. hæc homines improbi ad quosdam viros fortes longè aliter, atque à me dicta erant, detulerunt. hora nona illo ipso die tu es adoptatus si, quod in cæteris legibus trinundinum esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horarum: nihil reprehendo. sin eadem obseruanda sunt, vt decreuit senatus M. Drusi legibus, quæ contra legem Cæciliam, & Didiam latæ essent populum non teneri: iam intelligis, omni genere iuris, quod in sacris quod in auspicijs, quod in legibus sit, te tribunum pleb. non fuisse? Quid? illa quæ scripta sunt in oratione V. in Antonium, nónne satis apertè declarant, legem Liciniam de tempore sanxisse, quod in ferenda lege seruari oporteret? quæ, quo res pàteat illustrius placet recitare. Tulerunt, inquit, tribuni pleb. de prouincijs cõtra acta Cæsaris, ille biennij, iste sexennij. num etiam hanc legem populus Ro. accepit? quid? promulgata fuit? quid nónne antè lata, quã scripta? nónne antè factam vidimus, quàm futuram quisquam est suspicatus? vbi lex Cæcilia & Didia? vbi promulgatio trinundinum? vbi pœna recenti lege Iunia & Licinia? quo in loco quia Cæciliam Didiam cum Iunia Licinia coniungit, quæ ijs, qui trinundinum nõ seruassent, pœnas irrogabant, propterea libr. 11. epist. ad Att. vbi Cæciliæ Didiæ pariter & Iuniæ Liciniæ mentio simul fit, de hac Cæcilia Didia, quæ tempus legum la-

toribus definiebat, non de illa, quæ diuersis de rebus legem ferri vetabat, opinor intelligendum. Nunc de Iunia Licinia agamus. hæc, non planè video, quid sanxerit. nam quod aiunt nonnulli, eam, festu diebus cum populo agi, aut legem aliquam promulgari, vetuisse: id à quo libro didicerint, non inuenio. nemo enim ex ijs, quorum scripta æreis typis diuulgata circumferuntur, id memoriæ mandauit. & vt apertè meam sententiam pronunciem, quàm peritiores iudicabunt: vereor ne, quicunque ille fuit, ex ijs verbis, quæ sunt in oratione pro Sextio, inductus sit in errorem. sunt autem hæc. Iisdem consulibus sedentibus, atque inspectantibus, lata lex est, ne auspicia valerent: ne quis obnunciaret, ne quis legi intercederet, vt omnibus festis diebus legem ferri liceret, lex Aelia, lex Fusia ne valeret. quæ nō ad Iuniam Liciniam, sed ad Fusiam pertinent. Fusia enim non omnibus diebus festis, sed ijs tantum, qui comitiales essent, leges ferri iubebat. quod iam antea, in ordine legum de comitijs, demonstratum est. quæ fuit igitur, dicet aliquis, Iunia Licinia sententia? fortè hæc, vt ijs, qui trinundinum in ferenda lege non seruassent grauiores quam lex Cæcilia Didia sanxisset, pœna irrogarentur. id, puto, declarant illa verba in Antonium, quæ etsi antè recitauimus, iterare tamen, quia postulat locus, non alienum videtur. Vbi, inquit, lex Cæcilia & Didia? vbi promulgatio trinundinum? vbi pœna recenti lege Iunia & Licinia? Fuit alia Licinia non recens consularis, sed vetus tribunicia, & eiusdem generis Aebutia: quibus hoc rogatum, vt potestas nulla curatione non modò ijs, qui de aliqua curatione, aut

pote-

poteſtate tuliſſent, ſed nec eorum collegiũ, cognatiũ, affinibus mandaretur. Eſt autem illud animaduertendũ, duas fuiſſe diuerſis de rebus Aebutias leges, hanc, de qua mentionem facit Cicero in agraria II. qua cum Licinia idem ſanxit: & illam, qua XII. tab. correxit, quã Cellius lib. XVI. cap. X. nominat. Sunt & de iure ciuili Atinia, Furia, Fuſia, de quibus mentionem facit Cicero lib. in Verrem III. & de ciuiũ iure omnes fuiſſe, criminum capitalium, publiciq; iudicij nihil attigiſſe, Pedianus aſſerit. Atiniam de vſucapionibus fuiſſe, ne furtiua res vſu capi poſſet, ſed eius rei perpetua eſſet auctoritas, tũ iuriſconſultorũ libri, tum Gellius lib. XVII. cap. VII. declarat. etiã lex Iulia, & Plautia, de quibus agetur inter crimina quaſi Atinia ſubſcribentes, vẽ vi poſſeſſam vſu capi prohibuerunt. Furiam eam fuiſſe puto, quam de teſtamentis eſſe latam, ſuprà dixi, ne cui plus, quã M. nummum, legari poſſet: alioquin eius, quod amplius legatũ eſſet, quadruplum reſtitui debere. Fuſia ſententia nemo ſignificat. niſi ſi Furiam & Fuſiam eandem putemus: quia Fuſios, & Valeſios, pro Furijs, Valerijs, veteres dicebant. De ciuitate, quin vel à primo Reip tempore lata leges multo ſint, dubitare non licet: ſed earum nomina vetuſtas deleuit. duarum exſtat mentio apud Liuium. prior ſanxit, vt ſocij ac Latini, qui ſtirpem ex ſeſe domi relinquerent, ciues Romani fieri poſſent. poſteà, cùm ei legi fraudẽ ſocij facerent, altera lex, ſociarum ciuitatũ petentibus legatis, lata eſt, ne quis quẽ, ciuitatis mutãda cauſſa, ſuũ faceret, néue alienaret. Alia deinde leges, vt res, aut hominum volũtas tulit, latæ ſunt, Seruilia,

Licinia Mucia, Iulia, Plautia, Papiria, Petronia, Papia. Seruilia fortasse prætoria fuit, aut tribunicia, à C. Seruilio Glaucia lata, quicum L. Saturnino tribuno pl. in prætura occisus est. patet enim, hanc legem ante Muciam Liciniam rogatam esse. quod Cicero in ea pro Balbo declarat his verbis: Quòd si, acerbissima lege Seruilia, principes viri, ac grauissimi & sapientissimi ciues hanc Latinis, id est fœderatis, viam ad ciuitatem populi iussu parere passi sunt: neque in his est hoc reprehensum Licinia & Mucia lege, cùm præsertim & quæ sequuntur. Huius legis hæc sententia fuit, vt Latini, senatoribus Romanis damnatis, ciues ipsi Romani fierẽt. Licinia & Mucia consularis fuit. L. Crassi & Q. Scæuolæ, vt socij Latini, qui se pro ciuibus Romanis gererent, cùm re vera non essent, in suarum ciuitatum iura redigerentur. qua lege ita alienati sunt Italorum animi, vt Italici belli, quod post triennium exortum est, ea vel maxima causa fuerit: hoc spectauit Cicero, cùm dixit in oratione pro C. Cornelio: Legem Liciniam & Muciam de ciuibus regundis, video constare inter omnes, quam duo consules omnium, quos vidimus, sapientissimi tulissent, non modo inutilem, sed perniciosam Reipub. tulisse, quo in loco paulò fusius historiam narrat Pedianus interpres: Cum, inquit, summa cupiditate ciuitatis Romana Italici populi tenerentur, & ob id magna pars eorum pro ciuibus Romanis se gereret: necessaria lex visa est, vt in suæ quisque ciuitatis ius redigeretur. verùm ea lege ita alienati animi sunt principum Italicorum populorum, vt ea vel maxima causa belli Italici, quod post triennium exortum est, fuerit.

Idemq;

Idemq; Cicero de officijs: Esse, inquit, pro ciue, qui non sit ciuis, rectum est non licere, quam tulerunt legem sapientissimi consules, Crassus, & Scaeuola. Vnam tamē hac lex habuit exceptionem, vt non omnes planè in suarum ciuitatum iura redigerentur, sed omnes praeter eos, qui ciuitatem Romanam lege Seruilia essent consecuti id mihi demonstrarunt facilè illa, quae iam recitaui, Ciceronis verba pro Balbo. Iulia lata est à L. Caesare consule, P. Rutilij collega. ea sanxit, vt ijs, qui, bello Italico exorto, in fide manserant, (manserant autem omnes Latini) & ijs, qui in amicitiam postea redijssent, ciuitas daretur. ita primùm Latini, deinde etiam Italici omnes, cùm ad amicitiam populi Romani redijssent, ciuitate donati. Iulia autem dicta, quia solus eam Caesar, cùm eius collega Rutilius in praelio esset occisus, ex S. C. tulit. Huius legis beneficio coloniarum omnium, & municipiorum, quae in Italia fuerunt, aequata iura sunt, non vt legibus Romanis aequè vterentur, (nam coloniarum dunt axat Romanarum hoc fuit: municipia suis legibus, atque institutis viuebant) sed vt aequè ius illud ciuium Romanorum, ferendi scilicet suffragij, & adipiscendorum magistratum, obtinerent. quod antea municipijs, & Romanis coloniis licuerat, Latinis verò colonijs, & Latino populo non item. postea sublatam hanc legem licet opinari, cùm dicat Suetonius, homini Latino ius Quiritum à Claudio Imperatore propositum nisi si hoc intelligas: omnibus id propositum, qui tantùm Latij ius haberent: cuiusmodi erant omnes extra Italiam Latinae coloniae, omniaq; municipia, quae ius Latij habent, ius autem Quiritum

nondum essent assecuta. legis enim Iuliæ beneficium intra terminos Italiæ continebatur. Plautia Papiria, quod ego sciam, à nemine nominatur: mihi tamen ea, quam Cicero nominat in oratione pro Archia, cùm ait: Data ciuitas Siluani lege, & Carbonis, Plautia & Papiria videtur fuisse, lata à duobus eiusdem anni tribunis ple. M. Plautio Siluano, C. Papirio Carbone, C. Carbonis, eloquentissimi viri, filio, sexennio postquã Crassus & Scævola legem eam tulerant, de qua suprà mentionem fecimus. nam Siluanũ Cn. Pompeio Strabone, L. Porcio Catone cos. tribunatũ gessisse, Pedianus docet. Carbonem aũt eodem anno tribunum pl. fuisse, ex eo suspicari licet, quòd eum post M. Liuij mortem, qui Philippo & Cæsare cos. est interfectus, tribunatum administrasse, Cicero in Oratore significat his verbis: Me stante C. Carbo C. F. tribunus pl. in concione dixit: O M. Druse, patrem appello: tu dicere solebas sacram esse Remp. quicunq; eã violassent. ab omnibus esse ei pœnas persolutas. patris dictum sapiens temeritas filij comprobauit præterea, cùm à duobus eiusdem anni consulibus non esse latam hanc legẽ, satis liqueat, quia Siluanus & Carbo collega in cõsulatu nũquam fuerunt: necesse est à duobus tribunis ple. latam existimare: quòd si à tribunis pl. sequitur, vt ab ijs duobus potiùs, quos nominaui, quàm ab alys: vt tamen de secundo Carbonis tribunatu intelligamus. nam primũ cum Q. Vario, C. Curione, Q. Metello, Cn. Pompeio gessit, Cæsare & Lupo cos. vt ex Ciceronis Bruto patet. Eius legis hæc sententia fuit, vt adscriptis in fœderatas ciuitates ciuitas daretur, ita, si tum, cùm lex ferebatur,

batur, in Italia domicilium haberent, & si sexaginta diebus apud prætorem essent professi. Post hanc legem Petronia, vt opinor, secuta est. latâ enim ante Papiam patrum ætate, vt peregrini vrbe prohiberentur, Cicero de officijs ostendit. Petronius, inquit, apud patres nostros, Papius nuper. Sed Papiam post eam esse latam, quam à Siluano & Carbone rogatam dixi, idem Cicero & in oratione pro Archia significat his verbis: Quid? cùm cæteri non modò post ciuitatem datam, sed etiàm post legem Papiam aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepserint: hic, qui nec nec vtitur quidē illis, in quibus est scriptus, quòd semper se Heraclienſem esse voluit, reijcietur? ex quo primùm de tempore, deinde de sententia legis Papiæ docemur: de tempore, latam esse post eam, qua ciuitas data est, quàm à Siluano & Carbone rogatam ostendimus: de sententia, pœnam esse irrogatam ijs, qui dolo in tabulas municipiorum irrepsissent, vt ex eo, legis Plautiæ, & Papiriæ beneficio, ciues Romani fieri possent. nā adscriptis, vt dixi iam, in fœderatas ciuitates aditas ea lege in ciuitatem Romanam dabatur. Verùm nemo apertiùs Dione historico huius legis & sententiam, & tempus ostendit, ait enim diserte lib. xxxvij. latam esse à C. Papio tribuno ple. anno ante L. Cæsarū & C. Figuli consulatum, id est Cotta & Torquato cos. biennio ante Ciceronem consulem: sancitum autem ea lege, vt omnes peregrini, præter Italos, vrbe excederent. Valerius Max. M. Perpernam patrem, hac damnatum, pristinas in sedes rediisse tradit, amissa ciuitate Romana, in quam contra leges irrepserat. Alia videntur de

ciuitate fuisse leges, quas Cicero pro Balbo significat his verbis: Num fundos populos Latinos factos arbitramur aut Seruilia lege, aut cæteris, quibus Latinis hominibus erat propositum aliqua ex re præmium ciuitatis? Subiungatur lex Cæcilia de vectigalibus tollendis, quod affine quiddam habet superioribus legibus. tulit eam Q. Cæcilius Metellus Nepos prætor, vt apud Dionē lib. XXXVII. scriptum est. quid cautum sit, idē Dio satis planè significat. Cum enim, inquit, ciuitati, ac reliquæ Italiæ molesta, nec iam ferenda vectigalia viderentur: Metellus Nepos prætor, ea lege lata, multo senatu sustulit. Et Cicero libr. I. epist. ad Atticum: Portorijs Italiæ sublatis, agro Campano diuiso, quod vestigal superest domesticum, præter vicesimam? Manilia legis mentio reperitur, de finibus per singulos arbitros regendis: & Manilia, in eos quorum consilio iugurtha senatus decreta neglexisset, quique ab eo in legationibus, aut imperijs pecunias accepissent, qui elephantos, quique per fugas tradidissent: item, qui de pace aut bello cum hostibus pactiones fecissent quam legem tulit C. Mamilius Limetanus tribunus pl. eamque Cicero de legibus, in Bruto, & Sallustius in Iugurthino memorāt habet autem argenteum nummum vir clarissimus, antiquitatis benè peritus, Andreas Lauretanus, ita inscriptum. C. MAMIL. LIMETAN. Legem de multis primam tulerunt duo Consules T. Menenius Lanatus & Sestius Capitolinus consules. ea lege sancitum est, vt peculatus pœna grauissima esset duarū ouium & triginta boum: quod à Festo traditum est. Postea lex Ateria cum alia, tum hoc sanxit, vt multa-

rum

rum dicendarum non, vt antè, consulum dũtaxat, sed omnium esset magistratuum. hanc legem & à Gellio, si modo Gellius ita scripsit, & ab ijs, qui Gellij testimonium secuti sunt, falso nominatam aterinam existimo. opinor enim Ateriam, legem, non Aterinam, fuisse, quam Sp. Tarpeius Montanus Capitolinus, & A. Aterius cos. tulerint. quod videtur confirmare Festus Pompeius, qui de Tarpeia lege scribit his verbis: Postea quã are signato populus Rom. vti cœpit, Tarpeia lege cautum est, vt bos centusu, ouis decusse æstimaretur quã Tarpeiam Festus, eandem Gellius Ateriam (sic enim est legendum) appellat: quod, cùm à duobus eiusdem anni consulibus esset lata, vtrius nomine vocaretur, nihil interesset. nec est abre, vt idita esse constet, ipsius Gellij verba recitare, sic enim lib. XI. cap 1. scriptum reliquit: Timæus in historijs, quas oratione Græca de rebus populi Ro. composuit, & M. Varro in Antiquitatibus rerum Romanarum, terram Italiam de Græco vocabulo appellatam, scripserunt, cùm boues Græca veteri lingua ἰταλοὶ vocitati sint. quorum in Italia magna copia fuerit, bucetaq; in ea terra gigni, pasciq; solita sint complurima: coniectare autem ob eandem causam possumus, quòd Italia tunc esset armentosissima, multam quoque, quæ appellatur suprema, instituta, in singulos dies duarum ouium, triginta boum pro copia scilicet boum, proq; ouium penuria. sed quoniam, cùm eiusmodi multa pecoris, armentiq; à magistratibus dicta erat, abigebantur boues, oues q; alias pretij parui, alias maioris: eaq; res faciebat inæqualem multæ punitionem: iccirco postea lege Ateria constituti

sunt in oues singulas eris deni, in boues eris centeni. Papiriam quoque Iuliam consularem item de modo multarum esse latam, ex Liuio cognoscitur. Multam autem videntur ij tantùm indixisse apud quos legis erat actio. quod apud iuris consultos, l. tertia, c. de modo multarum, conflat, & in eod. tit. multarum coartata est licētia. Tres etiam de nummis leges, omnes, vt opinor, tribunicias, à Plinio video nominatas, Papiriā de assibus, vt qui vnciales erant, semunciales fierent: Liuiam, vt octaua eris pars argento miscceretur: Clodiā, vt Victoriati, quod antea nummi genus, ex Illyrico aduectum, mercu loco habebatur. percussi, &, quod indicat ipsum nomen: Victoria imagine signati, in vsu essent. atq; ex hu legibus licet conijcere, nouum nummū nisi lege nullū Roma esse percussum, aut in pondere, pretióue mutatū, vt cū as ex librali factus est duarum vnciarū: quod significat Plinius cùm ait: Pondus eris imminutum primo Punico bello, cum impēsis Respub. non sufficeret: constitutumq;, vt axes sextantario pondere ferrentur. est enim sextans sexta pars libra. idemq; de asse postea, primum vnciali, deinde semunciali facto, deq; denario à decem assibus ad sexdecim, quinario à quinq; ad octo. HS. à dupondio as semisse ad quattuor deducto, videtur existimandū. Sempronia C. Gracchi, tribunicia, de frumento pauperibus semissibus & trientibus distribuendo, iubebat vt frumē tum publicò emeretur, singuliq; mensibus per singulas tribus vilissimo pretio plebi diuideretur. eratq; locus Roma constitutus, in quo frumentum publicum asservabatur vna cum lagibus frumentarijs, qui dicebatur,

Hor-

Horrea Sempronia. Fabia de sectatorum numero, Cincia de donis & muneribus nominantur, illa contra ambitionem, hac aduersus auaritiam. ac de Cincia Liuius lib. XXXIV. Quid, inquit, legem Cinciam excitauit de donis & muneribus, nisi quia vectigalis iam, & stipendiaria plebs esse senatui cœperat? Tacitus autem libro XIII. Patres legem Cinciam flagitant: qua cauetur antiquitus, ne quis ob causſam orandam pecuniam, donúmue accipiat. & infrà eodem libro: Cincia lex aduersus eos, qui pretio causſas orauissent. libro autem XV. Oratorum licentia Cinciam rogationem, candidatorum ambitus Iulias leges, magistratuum auaritia Calpurnia scitā pepererunt. Hanc legem Festus muneralem esse dictam significat. quod autem addit: Qua Cincius cauit, ne cui liceret munus accipere, non de omnibus generatim, sed de patronis tantùm accipio. alioqui, Festum errasse, dicendum esset. Eiusdem legis mentio fit à Cicerone lib. 1. epist. ad Attic. & libr. 1. de oratore. Sed primus omnium ob defensum negotium, vt ait Ammianus lib. 30. pecuniam accepit Antipho Rhamnusius. postea Claudius Imperator vsque ad X. HS. capi permisit: quod & Nero confirmauit. tqua de re testē habemus Suetoniū: cui subscribit lib. 11. Tacitus & Plinius in 6. epist. ad Rufum. iurisconsultis permissum videtur capere vsq; ad C. aureos. l. 1. versic si cui cautum. de variis, & extraordinarijs cognitionibus. Priuati sumptus non sunt ab ijs, qui Reip. præsunt, negligendi. domus enim exhauriuntur: & ex domibus ciuitas cōstat: itaq; valere non potest, quasi corpus aliquod, mēbris malè affectis. propterea leges sumptuarias multa

multa ad coercendam luxuriam diuersis temporibus, omnes vtilissimæ, latæ sunt, vt de modo supellectilis domesticæ, funerum, cenarum, aliorq; de genere. Publiū quidem Cornelium Rufinum, à quo L. Sylla dictator originem duxit, strenuum ducem, bis consulatu & dictatura functum, Plutarchus, Valerius, & Gellius notum senatu narrant à censoribus C. Fabricio Luscino, Q. Aemilio Papo, quod eum comperissent argenti facti, hoc est, vasorum argenteorum, (sic enim Q. Mucius, vt ait Vlpianus, definit) decem pondo habere. Et de sumptibus mulierum C. Oppius tribunus ple tulit, ne qua mulier plus semuncia auri haberet, neu vestimento versicolori vteretur, neue iuncto vehiculo in vrbe, oppidóue, aut propius inde M. passus, nisi sacrorum publicorum causſa veheretur. Fuit etiam lex Metilia, qua ratio polliendarum vestium fullonibus præscribebatur. hanc ego mendose opinor nominari Metellum apud Plinium, lib. XXXV. leges enim à nomine, non à cognomine, vocabantur. & hūc Polybus μετιλιον appellat. ea lata est anno ab V. C. DXXXIII. siquidem, vt ait Plinius, dedere ad populum ferendam C. Flaminius & L. Aemilius censores. De moderando autem funerum sumptu legem tulit Sylla dictator: qui tamen in funere Metellæ coniugis præscriptum sua lege modū transgressus est. De sumptibus in cenas tribunicia C. Orchij, consulares, C. Fannij, T. Didij, P. Licinij Crassi Diuitis, L. Cornelij Syllæ, M. Aemilij Lepidi: rursus tribunicia Q. Antij Restionis, consularis C. Iulij Augusti. quibus de legibus, videntur ea subscribenda, quæ scripta sunt apud Macrobium, vt, quid singulæ sanxerint, cognoscas

gnoſcatur. Prima, inquit, omnium de cenis lex ad populum Orchia peruenit: quam tulit C. Orchius tribunus ple. de ſenatus ſententia, tertio anno, quàm Cato cenſor fuerat. cuius verba, quia prolixa ſunt, prætereo. ſumma autem eius præſcribebat numerum conuiuarũ. & hæc eſt lex Orchia, de qua Cato mox orationibus ſuis vociferabatur, quod plures, quàm præſcripto eius cauebatur, tum ad cenam vocarentur. cuiuſq; auctorẽ nouæ legis aucta neceſsitas imploraret, poſt annum XXII. Fannia lex lata eſt, anno poſt Romam conditã, ſecundum Gellij opinionem, DLXXXIIX. de hac lege Sammonicus Serenus ita refert. Lex Fannia, ſanctiſſimi Auguſti, ingenti omnium ordinum conſenſu peruenit ad populum. neque eam prætores, aut tribuni, vt pleraſque alias ſed ex omni bonorum conſilio & ſententia ipſi conſules pertulere: cùm Reſpub. ex luxuria conuiuiorum maiora, quàm credi patet eſt, detrimenta pateretur. ſiquidem eò res redierat, vt gula illecti plerique ingenui pueri, puduitiam, & libertatem ſuam vendicarent: plerique ex plebe Romana vino madidi in Comitium venirent, & ebrij de Reip. ſalute conſulerent Hac Sammonicus. Fanniæ legis ſeueritas in eo ſuperabat Orchiam legem, quod in ſuperiore numerus tantummodo cenantium cohibebatur, licebatq; ſecundum eam vnicuique bona ſua inter paucos conſumere: Fannia autem & ſumptibus modum fecit aſsibus centum: vnde à Lucilio poëta feſtiuitatu ſuæ more, Centuſsis vocatur. Fanniam legem poſt annos decem & octo lex Didia conſecuta eſt. eius ferundæ duplex fuit cauſſa, prima, & potiſsima: vt vniuerſa Italia, non ſola vrbs,

la vrbs, lege sumptuaria teneretur, Italis exiliman-tibus Fanniam legem, non in se, sed in solos vrbanos ci-ues esse conscriptam: deinde, vt non soli, qui prandia cenásue maiore sumptu fecissent, sed etiam qui ad eas vocati essent, atq; omninò interfuissent, pœnis legis æ-què tenerentur. Post Didiam Licinia lata est à P. Li-cinio Crasso Diuito. cuius ferundæ, probandæq; tantùm studium ab optimatibus impensum est, vt S.C. iube-retur, vt, ea tantummodo promulgata, prius quàm tri-nundino confirmaretur, ita ab omnibus obseruaretur, quasi iam populi sententia comprobata. lex verò hæc, paucis mutatis, in plerisque cum Fannia congruit. in ea enim ferenda quæsita est nouæ legis auctoritas, exo-lescente metu legis antiquioris, ita Hercules, vt de ipsis XII tab factum est quarum vbi contemni antiquitas cœpit, eadem illa, quæ legibus cauebantur, in alia la-torum nomina transierunt. sed legis Licinia summa, vt Kalendis, nonis, nūdinis Romanis cuique in dies sin-gulos XXX. duntaxat asses eundi causa consumere liceret: cæteris verò diebus, qui excepti non essent, ne amplius apponeretur quàm carnis aridæ pondo tria, & salsamentorum pondo. Secuta est, non ita multis post annis, lex Cornelia, & ipsa sumptuaria, quam tulit L. Cornelius Sylla dictator: in qua non conuiuiorum ma-gnificentia prohibita est, nec gulæ modus factus, verū minora pretia rebus imposita, & quibus rebus diÿ boni, quamq; exquisitis, & panè incognitis generibus delici-arum? quos illic pisces, quasq; offulas nominat? Sylla mortuo, Lepidus consul legē tulit & ipse cibariam. Ca-to enim sumptuarias leges cibarias appellat. Debins,

paucis

paucis interiectis annis, alia lex peruenit ad populum, ferente Antio Restione: quam legem, quamuis esset optima, obstinatio tamen luxuriæ, & vitiorum firma cõcordia, nullo abrogante, irritam fecit. illud tamen memorabile de Restione, latore ipsius legis fertur, eum, quoad vixit, foris postea non cenasse, ne testis fieret cõtemptæ legis, quam ipse bono publico pertulisset. Hæc Macrobius: addit Festus, legis Orchiæ suasorem fuisse M. Catonem, Liciniam verò centenis assibus, præter terram natam, impensam cenarum definijsse. Subiciam hic leges aliquot ex XII. tab. quæ sunt de iure ciuili, sumptas à Cicerone, Liuio, Valerio, Plinio, Seneca, Festo, Quinctiliano, Gellio, Dionysio, atque illam primùm, ei legi admodum similem, quam Romulus tulit, vt parentibus liberos ter vendendi ius atque potestas esset, statuq; liberos etiam possent venundare. id postea ab imperatoribus sublatum est, cautumq;, vt ob solam famis necessitatem à patre distrahi filius posset, l. 1. & 2. c. de patribus qui filios distraxerunt. Alia fuit item XII. tab. Si furiosus existet, agnatorum, gentiliumq; in eo pecuniáue eius potestas esto. Nec ab hac lege abhorret illa, & ipsa XII. tab. qua prodigo bonis interdicebatur, vtique in agnatorũ curatione esset, cogebatur. Alia lex fuit XII. tab. vt, si quis rẽ in agẽdo plus peiüsset, caussa caderet. idem apud iurisconsultos legimus in versic. si quis agens, instit. de actionib. sed immutatum postea, in versic. & hæc quidem, instit. de actionibus. Etiam illa nominatur: Si quis in ius vocatur, si morbus, aut ætasue vitium est, qui in ius vocabit, iumentum dato: si nolet, arceram ne sternito. ad

iudi-

iudicia pertinet ea, quæ sanxit, vt vindiciæ secundum libertatem darentur. Nec minus ea, in qua tuendæ fidei caussa scripta sunt hæc. Aeris confessi, rebusq; iure iudicatis, xxx dies iusti sunto: post deinde manus iniectio esto: in ius ducito: ni iudicatum facit, aut quis pro eo in iure vindex sit (sic enim apud Gellium libro xx. cap primo legitur) secum ducito, vincito, aut nexo, aut compedibus, XV pondo ne minore: aut, si volet, maiore vincito: si volet, suo viuito: ni suo viuit, qui eũ vinctum habebit, libras farris in dies dato: si volet, plus dato. erat autem ius interea paciscendi: ac, nisi pacti forent, habebantur in vinculis dies LX. inter eos dies, trinis nundinis continuis ad prætorem in Comitiũ producebantur: quantiq; iudicati essent, prædicabatur. quod si plures essent, quibus reus esset iudicatus: lex ita loquebatur: Tertijs nundinis partes secanto: si plus minúsue secuerint, sine fraude esto. Ciuilis humanitatis atque clementiæ videtur lex illa XII. tab. quam XV viri tulerunt, vt vicinos ad societatem magis allicerẽt: quæ sunt huiusmodi. Sanatibus idem iuris esto, quod fortibus. Et ad ius commune spectauit illa item XII. tab. vt, si quis sæpem in confinio poneret, terminum non excederet: si murum, pedem relinqueret: si domum, pedes duos: si sepulchrum, foueamúe, quantum id profundum esset: si puteum, passum: si oluam, ficúmue, pedes nouem: si denique aliæ arbores plantarentur, quinque pedes ab alieno loco ponerentur: in controuersia de finibus, quinque pedum vsucapio nulla esset. Nec absurdum est, credere, in xij. tabulis eam quoque fuisse, quæ moribus, & liberorum hominum honestati consuluit,

*fuluit, ne quis percunctatum patris familiæ nomen seruum mitteret. cuius legis mentionem à Catone maiore factam esse in suasione legis Orchiæ, scripsit Festus. Ad ciuiles controuersias pertinet ea lex, quam de Sacramento L. Papirius tribunus ple. tulit, ne quis alteri temerè negotium faceſſeret. eam Festus memorat his verbis: Sacramentum as significat, quod pœna nomine penditur, siue eo quis interrogatur, siue contenditur. id in alijs rebus quinquaginta assium est, in alijs rebus quingentorum inter eos qui iudicio inter se contenderent quæ de re lege L. Papirij tribuni ple. sanctum est his verbis: Quicunque prætor posthac factus erit, qui inter ciues ius dicet, tres viros populum rogato, ijsq; tres viri .. * .. quicunque * facti erunt, sacramenta ex * .. iudicantoque eodemq; iure sunto, vti ex legibus, plebeiq; scitis exigere, iudicare, esseq; oportet. Sacramenti autem nomine id as dici cœptum est, quod & propter ærarij inopiam, & sacrorum publicorum multitudinem, consumebatur id in rebus diuinis.*

NVNC, *quando de iure ciuili leges dictæ sunt, eas quæ ad crimina pertinent, explicabo. &, quia non omnium eadem est vis & natura criminum, sed alia publica, alia priuata: rursus, quia non eiusdem generis ipsa publica sunt, sed ita distinguuntur, vt alia capitalia sint, alia non capitalia: ordinem à conditione criminum petemus, & de publicis capitalia primùm, deinde non capitalia, postremo loco priuata, eaq; ipsa duobus dispertita generibus, aut cum infamia, aut sine infamia persequemur. quod antequàm agamus, definiendum est, quale fuerit in Rep. id, quod capitale cri-*

crimen nominauimus. quod vt aperiatur, præponendum illud est, lege Porcia cautum fuisse, ne quem ciuem Romanum vllam ob culpam, perduellione excepto, necare verberare ue liceret. quòd si quis ita grauiter peccasset, vt supplicio dignus vltimo duceretur: is post M. Catonis censorij ætatem, qui eã legẽ tulit, non capite, aut vlla omninò corporis parte, sed aut bonorum publicatione, aut amissione ciuitatis, cum aqua & igni interdiceretur, (nam exilium nulla lex irrogabat: sed, interdicta aqua & igni, exiliũ necessariò sequebatur) aut carcere etiã pœnas dabat. vinculorũ enim video fieri mentionẽ in oratione pro Cæcino, & in primo de oratore. Excipio illa tẽpora, cũ, ob seditiones domesticas, ad illud S. C. necessariò descẽdebatur, Darẽ operã consules, ne quid Resp. detrimenti caperet. qua de re pleniùs infrà. Redeo ad propositum. Crimen capitale non ita planè est intelligendũ, quòd vita priuaretur is, qui crimine capitali dãnatus erat, sed ideo capitale, quòd eũ, qui dãnatus erat, capitis pœna sequeretur. capitis aũt pœna, vel libertatis, vel ciuitatis amissio dicebatur. quã vtramq; capitis deminutionẽ vocabant. at capitis deminutio cùm triplex esset maxima, media, minima: nõ omnis tamẽ pœna fuit, sed tantùm duæ priores, maxima, qua libertatis ademptione fiebat: & media, qua ciuitatis. minima, cũ familia mutaretur. beneficiũ potiùs, quàm pœna, fuit. quòd si cui magistratus adimeretur, capitis ea deminutio nõ fuit, vt Instit. lib. 1. legimus: sicuti capitis deminutio fuit manente magistratu, vt in emancipatione filij: quod lib. xlix. Digestorũ, de capite minutis traditũ est. quocunque autem crimi-

crimine vel maxima, vel media capitis deminutio sequeretur, capitale illud esse crimen dicebatur. porrò qui libertatem, idem ciuitatem simul, & familiam amittebat. serui enim neque ciues, neq; gentiles erant: qui ciuitatem, familiæ quidem iura, non tamen libertatem. nam etsi in oratione pro Cæcina scriptū ita est: Si semel ciuitas adimi potest, retineri libertas non potest: qui enim potest iure Quiritum liber esse is, qui in numero Quiritum non est? quod videtur Liuius libr. XLV. confirmare, cùm ait: Omnibus V. & XXX. tribubus mouere, id esse ciuitatem libertatemq; eripere: tamen eo non moueor: nec, quia dicat Callistratus iurisconsultus per deportationem adimi libertatem, & in Topicis Boetius, deportationem esse capitis maximam deminutionem. non enim verè proprieq; exules, aut deportati, aut omnibus tribubus moti, in ærarioq; relati, libertate carent: etsi neque testamentum facere, neque hereditatē capere, neq; omninò earum rerū, de quibus iure ciuili statutum est, habere vllam liceat. ius quidem in eo suum exul, ac deportatus amisit, & quodam modo partem prisliæ libertatis: (siquidem amittit ea, quæ iuris ciuilis sunt: quæ verò iuris gentium complectitur, ea retinet omnia) libertatem tamen ipsam, qui redactus in seruitutem non sit, adhuc retinet. quare causſa potiùs, quam agebat, rationem, oratorio more, Cicero habuit, quam veritatis. & apud Liuium Claudius censor, contra collegam disputans, exaggerandi causſa eripi libertatem ordini libertino cum ciuitate dixit. Boetius autem cùm deportationem esse deminutionem capitis maximam dixit, nō ad ius

gentium, neque ad libertatis vniuersæ, sed ad earum tantùm rerum, quibus iure ciuili constitutis deportati priuabantur, amissionem spectauit. Nec ab re videtur, quæ de capitis deminutione Festus tradidit, subiungere. Deminutus, inquit, capite appellatur, qui ciuitate mutatus est, & ex alia familia in aliam adoptatus: & qui liber alteri mancipio datus est, & qui in hostium potestatem venit, & cui aqua ignisq; interdictum est. Illa sunt de exilio notanda: etsi mentionem ciuium Romanorum exulantium sæpe fieri videmus, nulla tamen lege damnatis ciuibus exilium esse irrogatum. quod ne vocari possit in dubium, ponam verba Ciceronis in oratione pro Cæcina: Exilium, inquit, non supplicium est, sed perfugium portusq; supplicij. nam, qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eo solum vertunt, hoc est, sedem, ac locũ mutant. itaque nulla in lege nostra reperietur, vt apud cæteras ciuitates, maleficium vllum exilio esse mulctatum, sed, cùm homines vincula, neces, ignominiasq; vitant, quæ sunt legibus constituta, confugiunt, quasi ad aram, in exilium. qui si in ciuitate legu vim subire vellent. non prius ciuitatem, quam vitam, amitterent. quia nolunt, non admittur ijs ciuitas, sed ab ijs relinquitur, atque deponitur, nam, cùm ex nostro iure duarum ciuitatum, nemo esse possit, tum amittitur hæc ciuitas denique, cùm is, qui profugit, receptus est in exilium, hoc est, in aliam ciuitatem. Hæc Cicero: quæ tum, non esse exilium vlla in lege nominatum, apertè docent: tum verò ideo multos in exilium ante damnationem sua

volun-

voluntate profugisse, quia legis pœnam, quam præsentes corpore subirent, vt vincula, neces, ignominiam aliquam, omninò vitare vellent. nam, etsi, reo in exilium profecto, nihilo minus caussa peragebatur, & sententiæ ferebantur: (id exemplo Fabricij, de veneficio condemnati, ex oratione pro Cluentio constat: qui cū, absolutione desperata, à subsellijs suæ sponte discessisset, eum tamen, latis sententijs, absentem iudices condemnarunt: idemq; de Verre Pedianus significat, & in cōmentario Miloniana, cùm ait: Multi præsentes, & cùm citati, non respondissent, damnati sunt) tamen, quod ad corpus attinet, aut ad præsentem ignominiam, ipse sibi iam rnus cauerat. leuiora ducebat reliqua siue sibi absenti aqua & igni interdiceretur, siue bona publicarentur, siue aliqua infamia nota inureretur. At idem Cicero ipse sibi quasi repugnare in Paradoxis videtur: vbi de exilio, tanquam pœna legum, ita loquitur. Omnes scelerati, atque impij, quorum tute ducem esse profiteris, quos leges exilio affici volunt, exules sunt, etiamsi solum non mutarunt. an, cùm omnes leges te exulem esse iubeant, non eris tu exul? & ibidem alia his similia. in oratione autem pro Murena, noua ambitus lege, quam ipse tulit, senatores in exiliū missos, his verbu demonstrat: Legem ambitus flagitasti; quæ tibi non deerat: erat enim seuerissimè scripta Calpurnia. gestus est mos & voluntati, & dignitati tuæ. sed tota illa lex accusationem tuam, si haberes nocentem reum. fortasse armasset, petitioni verò refragata est. pœna grauior in plebem tua voce efflagitata est: commoti animi tenuiorum, exilium in nostrum ordinē:

concessit senatus postulationi tuæ, sed non libenter duriorem fortunæ communi conditionem te auctore cõstituit. Atque hæc ipsa de lege, deq; exilio X. annorum loquitur & Dio libr. XXXVII. nec desunt alia de ciuibus Romanis exulantibus exempla: quos tamen à lege, vel à iudicibus, qui ministri legum sunt, nominatim in exilium esse electos, non debemus opinari. quo modo igitur exules? Sciendum est, exilij duo genera fuisse, voluntarium, & legitimum: & voluntarij rursus duo genera, vnum cùm reus ante latas à iudicibus sententias in exilium abibat, vel vt legũ pœnã vitaret, quod iam diximus, vel quia, cùm se dãnatum iri perspicuè videret, sponte vellet eam pœnã subire, quàm paulò post leges & fine dubio illatura viderentur: quod ijs, quos paulò antè nominaui. Verres. Fabricius q;, omni prorsus absolutionis abiecta spe, fecerant. non enim ante damnationem ideo discesserunt, vt legũ pœnam vitarent: quandoquidem Fabricius nihil exilio grauius timere à iudicibus poterat: cùm Oppianicum, qui mox eodem crimine præsens damnatus est, nullam omninò, præterquàm exilij, calamitatem tulisse constet, nec de repetundis, quo crimine damnatus est Verres, alia præter exilium, & litis æstimationem, nocentes reos pœna sequebatur. quam vtramque pœnam, post profectionem damnatus, Verres tulit. Alterum exilij voluntarij genus fuit, cùm reus, post damnationem, quia multã, à iudicibus dictã, soluere nõ posset, ex vrbe discedebat. quod vt putẽ & legibus, ad effugiendã multæ solutionẽ, fuisse permissum, adducor ijs verbis, quæ sunt in oratione pro Cæcina: In colonias Latinas sæpè nostri

ciues

ciues aut sua volũtate, aut legiũ multa profecti sunt: quã multam si sufferre voluissent. tamen manere in ciuitate potuissent. Legitimũ aũt exiliũ erat, cũ reus, nõ ille quidem verbo, re tamen ipsa in exiliũ mittebatur. vetus enim consuetudo fuit, inducta legibus, more cõfirmata, qua non modo in Rep. sed imperatorem quoque etate, multisq́e pòst sæculis viguit: vt, si quis exiliȳ pœna dignus videretur, ei, nulla exiliȳ facta mentione, tecto, aqua, igni, interdiceretur. ita earum rerum, quæ maximè sunt ad vitam sustentandam necessariæ, vsu priuatus, cum vno aëris alimento contentus esse nõ posset, abire cogebatur. ex quo exulare ciues Romani dicebãtur. patet hoc in oratione pro domo, in qua ita scriptũ est: Qui erant rerũ capitaliũ condẽnati, nõ priùs hanc ciuitatẽ amittebãt, quã erant in eã recepti, quo vertendi, hoc est mutandi, soli causſa venerant. id aũt vt esset faciendũ, non ademptione ciuitatis, sed tecti, & aquæ, & ignis interdictiõe faciebãt. Ac ne ciues quidẽ omnũ improbissimi, atq; audacissimi, cũ in suos inimicos, acerrimo incitati odio, nõ leges, sed priuilegia ferrent, exiliũ nominabãt. sed ȳs aqua, & igni interdicebant. itaq; & de ipso Cicerone, quod in eadem oratione legimus, P. Clodius tribunus ple. cui nihil in tota vita pudoris aut modestiæ fuit, qui in tribunatu pro sua libidine, neglecto more maiorum, abiectu legibus, cuncta gesſit, ita populum rogauit: Velitis, iubeatis, vt M. Tullio aqua, & igni interdicatur. neque solùm Clodius, sed antea quoque homines maximè seditiosi, C. Gracchus, & L. Appuleius Saturninus de suis inimicis eodẽ modo tulerunt. est enim ea-

dem in oratione ita scriptum: Ne tũ quidem, cùm aberam, negare poteras esse me tua lege senatorem. vbi enim tuleras, vt mihi aqua, & ignis interdiceretur? quod Gracchus de P. Popillio, Saturninus de Metello tulit. & minorem, siue mediam capitis deminutionem, cùm ciuitas etsi non verbo, re tamen adimebatur, ita fieri solitam, tradi. Iustinianus Inslit. lib. 1. de capitis deminutione, his verbis: Minor, siue media capitis deminutio est, cùm ciuitas quidem amittitur, libertas verò retinetur: quod accidit ei, cui aqua, & igni interdictum fuerit, vel ei qui in insulam deportatus est. ergo, cùm dixit Cicero aduersus Clodium in Paradoxis: Familiarissimus tuus de te priuilegium tulit, vt, si in apertum Bonæ deæ, accessisses, exulares, hoc significauit: Vt tibi aqua, & igni interdiceretur. &, cùm de ambitu damnatis X. annorum exilio puniendis Dio locutus est, cuius verba suprà recitauimus, non aliud intellexit, quàm, vt ijs in X. annos aqua, & ignis interdiceretur. Erat autem, vt neque flagitia sunt paria, si hoc pœnæ genus neque loci spacio, neque temporis æquale. quibusdam enim tantum intra vrbem, hoc est, intra pomerij fines, alijs longius, aqua, & igni interdicebatur. crediderim tamen, actum satis leniter ac misericorditer cum reis, neminemq; aut certè paucos admodum extra Italiæ terminos aqua & ignis interdictione summotos, qui videam Oppianicum, de veneficio, quod capitale crimen erat, damnatum, impunè tamen ad vrbem habitare potuisse. notauimus enim hæc in oratione pro Cluentio: Cùm vagus, & exul erraret Oppianicus, & huc ad vrbem profectus esset, (solebat enim intra

vrbem

vrbem aliquid habere conducti) cecidisse ex equo dicitur, & homo infirma valetudine latus offendisse vehementer, & postea quam ad vrbem cum febri venerit, paucis diebus esse mortuus. Quid quod Q. Pompeium Rufum, & T. Plancum Bursam, vtrumque de vi damnatum, quod ex Dionis historia constat, alterum Baulis fuisse, alterum Rauennæ scribit M. Cœlius in epistola ad Ciceronem? nam Cicero ipse C D. millibus passuum, non vlla communi lege, neque iudicum sententijs, sed iniquissimo P. Clodij priuilegio, per operas Clodianas lato, abesse iussus est, aqua & igni citra illum terminum interdictis. Milonis autem Massilia exulantis exemplum vix cum altero licet exemplo coniungere. graue enim facinus, occiso in Appia via Clodio, a senatu iudicatum est: & fuit satis faciendum populo, Clodij morte concitato. ideoq; noua lex perlata, & extra ordinem quæsitum. nec tamen satis habeo compertum, Massiliam ne sedem exilij Milo delegerit, quod citra esset ei interdictum aqua & igni, an verò, quod, cùm propius vrbem, concedente lege, posset habitare, Massiliam tamen probauerit, ac voluerit. nec puto leges aut iudices præscripsisse cuiquam, vbi esse deberet, sed vbi esse non posset. nec verò ys, de quibus & Cicero in oratione pro Balbo, & historia loquuntur, Q. Maximo, P. Popillio, Q. Philippo Nuceria, aut C. Catoni Tarraco, aut Q Capioni, & P. Rutilio Smyrna locus exilij definitus est: sed ipsi, cùm Romæ esse non liceret, eas vrbes, vt iucundas, aut quietas, aut commodas, aut sibi fortasse beneuolas, ad habitandum legerunt. Memorabile illud fuit, quod legimus in Polybio: capite

damnatis egredi palam ex vrbe licuisse, quòd si tribuum vna, quæ scilicet ad damnationem deesset, suffragium de reo nondum tulisset, facultatē reo esse datam exilij suo sibi arbitratu deligendi. exulibus autem cōmorari tuto licebat, in qua vellent vrbe fœderata, vt Neapoli, Præneste, Tibure. Hæc Polybius: cuius ætate populus de capitalibus criminibus iudicabat: quod idem scriptum reliquit. nam posteà prætores quæsierūt, excepto crimine perduellionis, aut si quando tribunus pleb. diem alicui diceret, suffragiumq; de reo mallet à populo, quàm sententias à iudicibus, & prætore, ferri. Quod autem exilij tempus disparibus in culpis diuersum fuisse dixi, id ita verisimile est, vt exemplis probari multis non debeat. quare vnum ponam, etsi minimè necessarium. Damnatis de ambitu aqua & igni per X. annos tantùm interdicebatur: quod ante demonstraui, at damnatis de corrupto iudicio, in vniuersum vitæ tēpus: quod ex oratione pro Cluentio licet conijcere: cuius in extremo, perituram extra patriam Cluentium, si damnatus erit, his verbis significat: Quid erit profectum, nisi vt huius ex medijs mortis insidijs vita ad luctum reseruata, mors sepulchro patriæ priuata esse videatur? Ac de duobus exilijs, voluntario, ac legitimo, vtrum fuerit grauius, venit in mentem quæri posse. legitimū existimo: primū, quod eos, quibus aqua & igni interdictum est, recipi tecto intra spatium interdictum leges vetant: quòd ijs non contigit, qui sua sponte in exilium profugerunt: deinde, quod, vt ego arbitror, aliquanto turpius est, exulare legibus eiectum, quā exulare non eiectū. ejicitur enim ciuitate, cui aqua, & ignis inter-

interdicitur: qui verò sua voluntate discedit, non is ciuitate pellitur, sed eā ipse deserit, ac relinquit. huc adde, quòd, quibus interdicitur, ij senatores postea non sunt, & eos legi suo loco à censore in senatū leges prohibent: quibus verò non interdicitur, ij etiam si vrbe carent, senatores tamen sunt. hoc ex oratione pro domo didicimus: in qua hæc sunt. Ne tum quidē, cū aberam, negare poteras esse me senatorem. vbi enim tulgras, vt mihi aqua, & ignis interdiceretur? quod Gracchus de P. Popillio, Saturninus de Metello tulit. homines seditiosissimi de optimis, ac fortissimis ciuibus, nō vt esset interdictum, quod ferri nō poterat, tulerūt, sed vt interdiceretur. vbi cauisti, ne meo me loco cēsor in senatū legeret? quod de omnibus, etiā quibus dānatis interdictū est, scriptū est in legibus Ergo, cùm de pœnis capitalibus loquimur, aut exilium inter eas numerandum nō est, quod lex nulla, nullum ob malefactum, irrogabat: aut eo de exilio dicendum, quod, etsi non nominaretur, necessario tamen, cum damnatis interdiceretur aqua & igni, consequebatur. Capitalia verò crimina publicis iudicijs omnia cognoscebantur: non item publica iudicia de capitalibus omnia criminibus fiebāt. nā, vt Instit. lib. IV. traditū est. si quā infamiam irrogabant publica iudicia cum dāno pecuniario, publica quidē erant, non tamē capitalia. quòd quidē si de causis publicis, in quibus cū detrimento rei familiaris fama iactura cōiungeretur, verū est: multò magis de priuatis. & hoc ipsum declarat Cicero satis apertè in epist. ad Patum, his verbis: Iudicia non solemus omnia tractare vno modo. priuatas causas, & eas tenues, agimus subtilius:

capi-

capitis, aut famæ, scilicet ornatius. seiunxit enim à causis capitalibus causas famæ, siue publicas, siue priuatas. Sed ipse me in dubitationem reuoco. Si causæ famæ capitales non sunt: cur Quinctij causam, quæ famæ est, capitalem Cicero significat? ait enim in exordio: Quid hoc iniquius, aut indignius, quàm me, qui caput alterius famam, fortunasq; defendam, priore loco causam dicere? & infra: Clamabat Quinctius: sese iccirco nolle satisdare, ne videretur iudicasse, bona sua ex edicto possessa esse: sponsionem porrò si isiusmodi faceret, se, id quòd nunc euenit, de capite suo priore loco causam esse dicturum. & in extrema oratione. Horribile est, causam capitis dicere: horribilius priore loco dicere. sanè non leuiter aliquandiu hæc me loca, & alia huiusmodi in ea oratione perturbarunt, eoq; magis, quod causa Quinctij ad recuperatorem agitur. ex qua sequitur, vt priuata sit. recuperatores enim, et c. viri & arbitri, iudices sunt, (liceat hic arbitros inter iudices, vocabulo minimè proprio, nominare) ciuilibus in controuersijs ab vrbano prætore dati. causam porrò capitalem ad recuperatorem agi, ita mihi absurdum, ita non rationi consentaneum videbatur, vt persuaderi nullo modo posset. sed fortasse, vt sæpè distinctione veritas illucescit, idem hic quoque potest euenire. cogitaui, nunquid causam esse capitalem, & agi de capite, siue, capitis esse causam, idem sit. non enim dubito, quin, causæ capitales quæ vocantur, eædem causæ capitis vocari omnes possint: quæ verò capitis, fortasse non omnes item capitales. nam causa capitis Quinctiana dicitur: quam tamen nullo modo capitalem fuisse concedo:

do: cùm in ea neque de libertate, neque de ciuitate adimẽda, quæ capitalia fuisse iudicia notum est, agatur. & causſa Mancini, quem, vt Cicero, & alij prodiderunt, à patre patrato ex S.C. Numantinis deditum, Numantini non receperunt, causſa quidem capitis est, (agitur enim in ea de ciuitate, de libertate, de capite) capitalis tamen non est. in capitalibus enim quæritur de crimine. & damnatos deminutio capitis ex iudicũ sententia sequitur: in alijs autem capitis causſis agitur quidem de capite, non tamen quæritur de crimine, capitisque deminutio vel nulla sequitur, vt in causſa Quinctij, vel, si sequitur, vt in causſa Mancini, non sequitur vti pœna à iudicibus irrogata, sed ideo sequitur, quia is, qui iam deditus erat ex S.C. Numantinis, capite fuisse deminutus ostenditur: ita vt iudex non iudicet, sit, nec ne, capite minuendus, quod fit in causſis capitalibus, sed, fuerit ne antea, an nõ fuerit, capite deminutus: & status hominis non tunc mutatur, sed qualis sit cognoscitur. itaque, cùm de eo dixit Cicero lib. 1. de oratore: Quam possumus reperire ex omnibus rebus ciuilibus causſam, contentionemq; maiorem, quàm de ordine, de ciuitate, de libertate, de capite hominis consularis? crimen nullum significauit, cuius criminis causſa vocatus in iudicium Mancinus, periculum amittendæ ciuitatis, aut libertatis in eo iudicio subiret. sed facultatem iudicibus cognoscendi, ac statuendi datã intellexit, eas ne res aquè Mancinus possideret, atque anteà quàm à patre patrato esset deditus, an verò, quia deditus esset, amisisset, etiamsi receptus à Numantinis non esset. quare capitalis causſa nõ

fuit:

fuit: actum tamen esse de capite, ob eam, quam expo sui, caussam rectè Cicero dixit. At, quod ad Mancinū caussam attinet, ferri potest. exstat enim ratio, cur in ea de capite agi dicatur. in caussa verò Quinctij, in qua nullo modo neque de ciuitate, neque de libertate agebatur, mentio capitis vnde ducta? an ex eo, quia Caput pro existimatione vsurpari posse videatur? repugnat vetus loquēdi consuetudo: nec huius generis exempla licet inuenire. potius igitur, ex oratoru licentia, crediderim: vt exaggeretur res, ad inuidiā aduersus Nauiū ex eius crudelitate, & misericordiā erga Quinctiū ex eius periculo quærendā. atq; hoc eò magis constat, quòd Cicero nec in eo verè ac propriè loquitur, cùm eā vocat accusationē, qua sponsi caussa est: nec, cùm ait, Quem nunc interficere nefariè cupis: quandoquidem ciuibus Romanis eripi nullo crimine vita, excepto perduellione, posset: caussam verò nō esse capitalē, propriis verbis ipse clarè demonstrat in eo: iudiciū, C. Aquilli, nō de re pecuniaria, sed de fama, fortunisq; P. Quinctij vides. & cū dixit: Hortensius partes accusatoris obtinet: oratoriè loquitur. nec enim re vera accusabat Hortensius, sed accusare videbatur, nec est, nisi criminalibus in caussis, accusator. Redeo vnde diuerti. Publicorum criminum alia capitalia, alia non capitalia. quodq; notandum magis est, ne maiestatis quidem iudicium capitale semper fuit, cùm tamen publicū semper esset. nā Claudia Vestali, Appij Caci filia, C. Fundanius, & Ti. Sempronius aediles pleb. quod populo Ro. calamitatem esset imprecata, multam dixerunt aris grauis xxv. millia, qua capitalis pœna nō fuit. iudiciū

autem

autem illud & publicū fuisse, inde patet, quòd ad popu
lū factū est, idq; etiā Ateius Capito propterea inter pu
blica iudicia retulit, & maiestatis nomine notatū, Sue
tonius in Tiberio significat his verbis: Claudia nouo
more iudiciū maiestatis apud populum mulier subijt,
quod in conferta multitudine, agre procedente carpen
to, palā optauerit, vt frater suus Pulcher reuiuisceret,
atq; iterum classem amitteret, quo minor turba Roma
foret. Publica erant capitalia, incestus, maiestas, repe
tundæ, vis publica duplex, ea, quæ in Rempublicam, ac
magistratus inferebatur, de qua lex Lutatia fuit: &
ea, quæ in priuatos ciues, de qua Plotia, & alia leges t
tū, peculatus, de residuis, inter sicarios, parricidiū, ve
neficiū, ambitus, pecunia ob iudicandū capta, adulte
riū, de falsis, de plagiarijs, de tutorū fraude. de famo
sis libellis, de furto, clādestina coitio. quibus de crimi
nibus aut ad prætorē, aut ad iudicē quæstionis, aut ad
populū notio pertinebat. de maiestate, perduellione ex
cepto, de vi, de repetundis, de crimine interficiorum, de
ambitu prætor quærebat: de incestu, & perduellione
populus, sed tributis comitijs de incestu, tribuno pl. po
pulū per tribus in forū cogente: cēturiatis aūt de per
duellione, cū in campū consul centuriatim populū ad
uocasset. de veneficio aūt & prætor, qui iudex quæstio
nis idē dicebatur, & iudex quæstionis, etiamsi prætor nō
esset, cognoscebat. Prætores, qua cuiusq; futura esset
quæstio, antè sortiebātur: vt deinde singulis de crimi
nibus singuli, prout sors tulisset, cū cōsilio quærerent:
etsi de crimine interficiorum, cùm in iudiciū quandoq;
ita multi vocarentur, vt prætor vnus minimè suffi
ceret,

ceret, non vnus, sed duo prætores cognoscebant. quod in oratione pro Cluentio animaduertimus. ideoq; eandem ob causſam in alijs criminibus interdum esse factum, licet existimare. nonnunquam etiam, diem dicēte aliquo tribuno ple. qui cogendi ad iudicium populi ius habebat, non prætor, sed populus ipse de maiestate quæstionem exercebat. itaque Cn. Domitius tribunus pl. is, qui cum C. Cassio posterè consul fuit, accusauit M. Silanum, quod iniussu populi bellum cum Cimbris consul gessisset, cùm in eo bello graues ob eam causſam calamitates acceptas esse diceret. qua de re suffragium tribus tulerunt. In quo illud animaduertendum, quod à Festo proditum est: cùm populus de reo suffragium laturus esset, reum, ad eliciendam misericordiam, supplicem per deos orasse, vt eo periculo liberaretur. quibus verbis quia populus religione quadam obstrictus esse videbatur, iccircò magistratus eundem reum iubebat resecrare, id est populum religione soluere. Quod autem dixi prætores de criminibus quæsiisse: vnum excipio prætorem vrb. qui nullo de crimine publico quærebat: itaque nec quæsitor dicebatur, tantùm, ciuilibus controuersijs ad eum delatis, ius dicebat, hoc est iudices, & iudicij formulam, quam sequerentur, dabat, nec enim prætor ipse iudicare solitus erat, sed, cùm iudices, ab ipso dati, de controuersia cognouissent, ac iudicassent, exequebatur. ideò in omnibus fermè edictis prætorum legitur, iudicium dabo. in quo posteriores ipsi sunt. Est igitur aliud, ius dicere: aliud, iudicare: contra quam, qui veterum iurisconsultorū libros ignorant, opinantur, &, quemadmodum ciuilibus in rebus

prætor

prætor non cognoscit, neque iudicat, sed ius dicit: sic, qui ab ipso iudices dati sunt, non ius dicunt, sed cognoscunt, ac iudicant. hinc recuperatores, hinc C. viri, hinc arbitri, quos prætor dabat, vt in epistola ad Q. fratrē, Prætor, inquit, solet iudicare, deberi? Quædam tamen erant, in quibus non modo non iudicabat, verùm nec ius dicebat prætor verb. sed, omissa iurisdictione, imperio prætorio exequebatur: vt, cùm bonorum possessionem secundum tabulas, aut contra tabulas dabat: item, cū restituebat in integrū: & huius generis nonnulla. Porrò, cuius prætoris erat iurisdictio, eius non erat quæstio publica: neque, cuius quæstio publica, eius iurisdictio. vnus tamen de toto prætorum collegio, qui erant omnes octo, & iuris dicendi, & quærendi potestatem habebat, is, qui prætor inter peregrinos vocabatur. nam & ius inter peregrinos ab eo dictum, satis constat: & quæsitum, sociorum, hoc est peregrinorum caussa, de repetundis. Pedianus demonstrat in orationis commentario aduersus competitores. Nunc, quæ diuersis temporibus leges ad ea, quæ nominauimus, crimina vindicanda, peccandiq; licentiam reprimendā rogatæ sunt, eas ostendemus. &, quoniam inter publica primum locum obtinet religio: de incestu, quæ in sacram personam, sacroue in loco commissa libido fuit, ante omnia est agendum. Incestus ita graue crimen ducebatur, vt cum P. Clodius Bonæ deæ cærimonias & sacra libidinis caussa polluisset, S. C. factum sit, vt populus de reo cognosceret. quo licet conijcere, quæstionem de incestu non esse legibus prætori demandatam. quod eò magis opinamur, quia legimus apud Pedianum de M. Aemi

lio Scauro, qui princeps senatus fuit, deminuta ac neglecta religionis reo, comitys tributis, accusante tribuno pl. Cn. Domitio, esse quæsitum. Lex illa fuit seueriſſima, quæ virginem Vestalem, si stuprum commisisset, ad portam Collinam defodi uiuam iubebat. quam legem Numa Pompilius, Romanorum II. rex, qui Vestalium virginum sacerdotium Romæ instituit, ab Albanis trãstulit. illi enim Vestales virgines, instrupro deprehensas, virgis ad mortem cædebant: Numa verò mortem quidem & ipse pœnam esse voluit, sed cruoris expertẽ, vt, viua sepultæ diem suum extremum in tenebris obirent: ne corpora sacrosancta cuiusquam manu violarentur. Qui verò stuprum cum Vestali commisisset, verberibus necabatur: de quo scripta sunt hæc apud Festum: Probrum virginis Vestalis vt capite puniretur: vir, qui eam inuestauisset, verberibus necaretur: lex fixa in atrio Libertatis cum multis aliis legibus incendio consumpta est, vt ait M. Cato in ea oratione, quæ de auguribus inscribitur. adiecit quoque, virgines Vestales sacerdotio exauctoratas. Possem alia non pauca aduersus religionem crimina subiungere: sed locus hic non est; agitur enim de capitalibus: ea porrò capitalia non sunt, vt si quis auguri non paruerit, aut inaugurato quid fecerit: si quis deos patrios alieno ritu, aut nouos seperatim coluerit: si quis loca sacra priuata fecerit: si quis in deos, aut de dijs nefariè atque impiè locutus erit: si quis sacrum, aut in loco sacro surripuerit: si quis sacram personam, aut profanam in loco sacro percusserit: & illa duo: quorum alterum apud Paulũ iurisconsultum, alterum apud Vlpianum legimus: si

quis

quis alicuius numinis superstitione leues mentes terruerit: si quis illicitam diuinationem pollicitus erit. De maiestate, nisi si aut perduellionis caussa esset, aut tribunus aedilisue ple. accusaret, quaestionem prator, is, cui obuenisset ea quaestio, exercebat. quod ex Pediano, qui C. Cornelium apud P. Cassium pretorem de maiestate reum ait esse factum, satis liquet interdum tamen capitale non fuisse crimen de maiestate, suprà demonstratum est. Quot autem modis maiestas laederetur, non omninò fortasse, sed magna tamen ex parte, vt opinor, exponemus. Laesa maiestas iudicatur, vbi quid in populum suum, suamue Rempub. aut in magistratus, personámue principis commissum est: in populum, vt si quis exercitum hostibus tradidit: si exercitum sollicitauit, delectúmue iniussu populi aut senatus habuit: si quis exercitum extra suam prouinciam iniussu populi duxit, aut ipse, relicto exercitu, prouinciae finibus excesserit: si quis Rempub. sua culpa malè gessit: si stationem deseruit: si contra libertatem consilia iniit: si seditionem aut bellum excitauit: si publicum hostem domi priuatus habuit: si ius ciuitatis aut magistratus immiscuit: si prator dignitatem populi Ro. regio in comitatu fuit: si contra bonū publicum locutus est, quod maiestatis quidem crimen, non tamen capitale fuit, vt exēplo docuimus: praterea, si quis ad hostē transiit, aliúdue quid cū iis aduersus Remp. pactus est. Hac in populum laesae maiestatis crimina. in magistratū aūt, vel in principis personā. si quis vim omninò vllam attulit: si tribuno pl. intercedenti non paruit, aut ab eo concionem auocauit, eúmue priuati loco habuit, vtputa, si occurrenti

in via non cesſit, si consilium plebis disturbauit: & huius generis alia, quæ facilè possumus intelligere ex ea definitione, quæ prodita litteris est: Maiestatem is minuit, qui ea tollit, ex quibus ciuitatis amplitudo cōstat. Leges nominantur hæ, primùm illa XII. tabu. de qua Polybius libr. V. vt, qui hostem concitasset, vel ciuem hosti tradidisset, capite pœnas daret: deinde, Tribunicia, Appuleia, Varia, consulares, Cornelia Iulia, Antonia. Appuleiam tulit, opinor, L. Appuleius Saturninus tribunus pleb. quem postea cū C. Seruilio Glaucia prætore C. Marius VI. consul S. C. interfecit. hac lege damnatum legimus C. Iunium Norbanum: quia seditione populi concitata, quod ad maiestatem pertinuit, Q. Seruilium Capionem innocentem damnasset. Variam tulit Q. Varius Sucronensis tribunus pleb. qui Philippo & Cæsare cos. in locum M. Liuij Drusi interfecti tribunus pl. creatus est. huius legis hæc sententia fuit, vt quæreretur de iis quorum ope, aut consilio bellum Italicum esset concitatum. quo crimine cùm essent multi condemnati, & ad plures præterea quos damnari necesse esset, ea culpa pertinere videretur: fecit sapienter senatus, qui decreuerit, ne, dū tumultus Italicus esset, iudicium vllum lege Varia fieret. secuta est Cornelia, L. Syllæ dictatoris: inde Iulia, C. Cæsaris, in primo, vt opinor, lata consulatu, aut post victū in Pharsalia Pompeium. nam consul iterum, bello Pompeij, aut Alexandrino impeditus abfuit. hac lex damnatu aqua & igni interdicebat. Postremò Antonia M. Antonij consulis, qui III. vir postea fuit: quæ damnatis de maiestate prouocationem ad populum dabat. quod antea in vno

per-

perduellione, omnium de maiestate criminum grauissimo, licebat. In caussa maiestatis, & proditionis, & si quid esset huiusmodi, impunitatem indici datam Pedianus ait: in caussa repetundarū negat. nulla verò prorsus in caussa senatoribus licuisse indicium profiteri, ne videlicet summi dignitas ordinis minueretur, affirmat. Praemium autem, si quis accusasset & damnasset, aliquem magistratum, ei datum crediderim eius ipsius, qui damnatus esset, magistratum, si modò accusator competitor fuisset, aut ei alioqui per leges petere liceret: aut si reus magistratus designatus non esset, & magistratum antea gessisset, ius eodem loco dicendæ sententiæ, si modò senator esset accusator. nam, cùm ait Cicero in oratione pro Balbo: Legum praemijs praetoriam sententiam, & praetextam togam consecuti sunt: apertè significat, quæ summa darentur accusatoribus praemia, hæc duo fuisse, potestatem dicendæ praetorio loco sententiæ, & magistratum: cùm scilicet damnatus esset is, qui ob gestam antea praeturam, sententiam praetorio loco diceret: aut is, qui designatus esset in alio quo magistratu. quòd si hæc summa erant accusatoribus praemia: certè non nisi summis de criminibus dabantur. & si hoc, sequitur illud, vt ob maiestatem, quod summum erat crimen, praecipuè darentur. Perduellio, quod omnium de maiestate criminum fuit atrocissimum, (nam tunc est perduellio, cùm in ipsam Rempub. vel in personam magistratus, aut principis infertur iniuria) non à praetore, sed à II. viris cognoscebatur. deinde ad populum erat prouocatio. itaque & Horatium illum, qui sororem occidit, & Sp. Cassium Vi-

Scellinum, qui de regno cogitauit perduellionis accusatos, alterum à populo esse absolutum, alterum condemnatum, &, bonis publicatis, necatum, Lucius monumentis historiarum prodidit. quamquam Horatij factum parricidium, non perduellio videtur fuisse: & lege parricidij, quam Numa Pompilius fecerat, iudicatum esse, Hostilij regis iussu, Festus Pompeius docet. cur igitur perduellionem huius nominat? ait enim, Rex, concilio populi aduocato, II. viros, inquit qui Horatio perduellionem iudicent, secundum legem facio. Caussam hanc, fortasse veram, licet opinari: vel quia Numa, vir sanctissimus, parricidium omne perduellionem voluit esse: vel quia, si non omne parricidium, saltem illud, quod in cognatos, affines ue committeretur. Lege perduellionis primum II. viri iudicabant, deinde ad populum erat prouocatio. declarat hoc oratio pro Rabirio perduellionis reo: ex qua, primum à II. viris, deinde à populo de Rabirio iudicatum esse, cognoscitur. quod etiam Suetonius tradidit quamquam, multò antè, iudicem hoc de crimine populum fuisse, non modò Horatij proximo demonstratur exemplo, verùm etiam ex eo, quod à Plutarcho in Poplicola de Vitellijs, & Aquillijs, qui patricia gentis vtrique fuerunt, proditum est. nam cùm de Tarquinio rege restituendo cogitassent, damnati à populo pœnas morte debitas luerunt. Atque hoc vno crimine damnatos necare ciues Romanos licuisse, cum eo tamen, si populus ita iudicasset, (nam, alioqui ne liceret, Sempronia C. Gracchi tribunicia lege sancitum est) satis planè constat: quippe, cùm & crucem Rabirio à Labieno accusatore in campo constitu-

stitutam Cicero dicat, &, mortem lege Iulia irrogatam; posteriores etiam iurisconsulti tradiderint, rei quoque memoria post mortem condemnata. Notat Vlpianus, quod à nobis omittendum non fuit, purgandū fuisse crimen perduellionis etiam successoribus, si fortè reus obijsset antè quàm de eo iudicatum esset. aut enim sic: Is, qui in reatu decedit, integri status decedit. exstinguitur enim crimen mortalitate, nisi quis fortè maiestatis crimine reus fuerit. nam, si hoc crimen à successoribus purgetur, hereditas fisco vindicatur. planè non, quisquis legis Iulia maiestatis reus est, eadē condicione est, sed qui perduellionis reus est, hostili animo aduersus Remp. vel principem animatus. caterùm, si quis ex alia caussa legis Iulie maiestatis reus sit, morte crimine liberatur. Hæc Vlpianus: quæ alij quoque confirmant, vt paulò pòst in crimine repetundarum ostendemus. Quemadmodum autem omnium de maiestate criminum perduellio grauissimum fuit: sic à populo ijs comitijs, quæ maxima omniū erant, cēturiatis, inquā, iudicabatur. quod in ea, quàm proximè nominaui, oratione pro Rabirio declaratur. idemq; Liuius, Valeriusq; significant, qui centurias nominant in eo perduellionis iudicio, quod de T. Graccho, & C. Claudio censoribus, accusante tribuno pleb. fiebat. nec dubito, quin Atilius ille Calatinus, Q. Fabij Maximi socer, quem scribit Valerius oppidi Soranorum proditione rem ad populum esse factum, centuriatis & ipse comitijs caussam dixerit: cùm oppidi proditio, quæ in Remp grauis iniuria est, videatur esse perduellio. itaque miror (vt aliud ex alio) cur proditionem & maiestatem Pedianus quo-

dam in loco separatim nominauerit: cùm proditio certè in maiestatem includatur, atque etiam, vt ego existimo, perduellio sit: quod inter maiestatis crimina summum fuit. nisi si vt speciem, quo modo philosophi loquuntur, à genere seiunxit, perduellionem scilicet à maiestate. nam & vocabulum ipsum, Prodere, videtur propriè ac directè perduellionem spectare. est enim, vbi quis cum hostibus aduersus Remp. conspirat. Videtur etiam considerandum: cùm tribuni pleb. aliquem perduellionis accusarent, vt duos, quos nominaui, censores Rutilius, Rabirium Labienus, qua ratione populũ, vt de reo iudicaret, per centurias conuocarent. siquidẽ tribunus pleb. minor erat magistratus: centuriata verò comitia non nisi à maiore magistratu, vt consule, prætore. esse habita, traditum est. Dicendum quod veterũ in libris patet, accusasse quidem tribunum pleb comitia verò maiorem magistratum. tribuno poscente, habuisse & hoc significat Liuius libro XXVI. cùm ait: C. Sempronius Blæsus perduellionis se iudicare Cn. Fuluio dixit, diemq; comitijs ab C Calpurnio prætore vrb petit. eodemq; modo locutus est lib. XLIII. Vtrique censori, inquit, tribunus pleb. Rutilius perduellionẽ se iudicare pronunciauit. diemq; comitijs à Cn. Sulpicio prætore vrb. petijt. est igitur, petere diem comitijs, petere vt sibi certo die comitia dentur. fuitq; hoc genus antiquum loquendi, quo & ante Liuium Valerius Antias vsus est. notaui enim apud Gellium hac, hoc ipso de crimine, lib. VII. cap. IX, Pepoſci, non popoſci, Valerius Antias lib. Annalium XLV. scriptum reliquit. Denique, ait, Licinius tribunus pl. perduellionem ei diem

dixit,

dixit, & comitijs diem à Q. Marcio pratore popoſcit. Quero etiam illud, cur cenſores illos, perduellionis accuſatos, in exilium ituros fuiſſe, ſi damnati eſſent, non morte multatum iri, Liuius demonſtret, aut enim ſic: Gracchus conceptis verbis iurauit, ſi collega damnatus eſſet, non exſpectato de ſe iudicio comitem exilij eius futurum. Hoc ego mihi videor hac tueri ratione poſſe: quia cenſor magiſtratus eſſet, nec interfici, aut omnino violari magiſtratum, leges ſinerent. addi fortaſſe & illud poteſt: non fuiſſe verè, quæ cenſoribus illis obijciebantur, crimina perduellionis: quod eorum alter concionem à tribuno pl. auocaſſet, alter eum, interceſſioni non parendo, in ordinem coegiſſet: maieſtatem quidē illam fuiſſe, perduellionem autem non fuiſſe: cùm ſit omnis perduellio maieſtas, non omnis maieſtas perduellio. quod ſi quis tribunum pleb aliúmue magiſtratū necaſſet, aut aduerſus Rempub. tyrannidis cauſſa conſilia iniſſet: verè tunc perduellio fuit. ideò & Caſſum Viſcellinum, de regno cogitantem, eſſe necatum, & Rabirio, ob interfectum Saturninum tribunum pleb. accuſato, crucem in campo Marcio ſupplicij cauſſa fuiſſe conſtitutam animaduertimus. Poſtea hoc ad populum prouocandi ius lex Iulia, non C. Cæſaris, ſed Octauiani, ſuſtulit. Repetundarum crimen capitale, nec ne, fuerit, dubitatur à doctis. verùm omnem dubitationē tollit vna diſtinctio: prioribus enim temporibus capitale non fuit: poſtea, cùm auaritia magiſtratuum haud paulò latius manare iam in prouincijs cepiſſet, viſum eſt vt acrioribus remedijs obuiam iretur. itaque, lege lata, capitale crimen factum eſt. vtrumque probatur

exemplis. L. Lentulum, de repetundis damnatum, postea cum L. Marcio Censorino censorem esse factum, tradit Valerius lib. 6. qua patet, damnatione ius Romæ manendi ademptum illi non esse, siquidem censuram deinde sit assecutus: quam gessit anno ab vrbe condita DCV I. Idem illa confirmant, quæ scripta sunt libr. 1. rhetoricorum ad Herennium. Lex vetat eum, qui de repetundis damnatus sit, in contione orationem habere. augur quidam, damnatus de repetundis, in demortui locum qui petat, nominauit. veteris enim legis, non eius, quæ nostris Reip temporibus lata esset, exemplum videtur attulisse: cùm libro de officijs 11. ita loquatur Cicero: Proximæ quaque leges de repetundis duriores. Hac mansisse Romæ primis illis temporibus, qui tam de repetundis damnati essent, facilè demonstrant. Kursus, capitale crimen fuisse, eosq; damnatos exulasse, interdictis aqua & igni, A Gabinij, & C Verris exemplo cognoscitur. quod si quis obiecerit, non eos lege exulasse, sed quia, cu soluendo non essent, aut omnino cũ nollent soluere, voluntarium in exiliũ profecti sint. adiungemus de C. Catone: quẽ & esse damnatũ de repetundis, Cicero in Verrem, Velleiusq; tradunt, & exulasse Tarracone, ex oratione pro Balbo perspicuum fit: cùm tamen æstimata eius esset tantummodo HS. X 11 X. millibus. vt exulasse videatur, nõ, quod fortasse posset aliquis de Gabinio, & Verre suspicari, ne solueret quod æstimatum erat, quod minimum sanè pecuniæ fuit: sed quia legi, quæ repetundarum damnatis aqua & igni interdiceret, parere cogeretur. Est etiam apud Velleium P. Rutilij exemplum, repetundarum

lege

lege damnati): quem exulasse, & Cicero in oratione pro Balbo, & epitome Liuianæ lib. LXX. declarat. Verùm, vt hæc sint dubia, quæ tamẽ satis aperta mihi quidem videntur, Pediani testimonio nihil certius, nihil illustrius. is, vbi explanat illud Ciceronis in Verrem lib. 1. Auaritiæ supplicio communi, subiungit, Aestimatione litis, & exilio: satis manifestè exilium cum pecuniaria pœna in repetundarum crimine coniungens. Actionem fuisse in hoc crimine aduersus heredes, visi si rei in reatu, vt iurisconsulti loquebantur, perijssent, cum ex ipsis cognoscitur iurisconsultis, tum Valerius indicat his verbis: C. Licinius Macer, vir prætorius, Calui pater, repetundarum reus, dum sententiæ dicerentur, in Mamertinum conscendit: deinde M. Ciceronem, qui id iudicium cogebat, prætextam ponentem cum vidisset, misit ad eum qui diceret, se non damnatum, sed reum perijsse, nec sua bona hastæ posse subijci: ac protinus sudario, quod fortè in manu habebat, ore & faucibus coartatis, incluso spiritu pœnã morte præcurrit. qua cognita re, Cicero de eo nihil pronunciauit. igitur illustris ingenij orator ab inopia rei familiaris, inusitato paterni fati genere vindicatus est. Pœna verò damnatis de repetundis, quod ex Pediano satis liquet, dupli fuit. Lex per annos D. C. hoc de crimine lata Romæ nulla est: consulibusq; Censorino & Manilio L. Piso Frugi tribunus ple. primum de repetundis rogationem tulit, vt Cicero lib. de officijs II. & in Bruto docet, eodemq; anno, aut certè proximo. alia lex à Cæcilio tribuno ple. lata est: qua damnatum L. Lentulum, eum, de quo proximè mentionem fecimus, qui postea censor fuit, prodidit.

Vale-

Valerius lib. VI. necesse est enim, vt si ante censuram lege Cæcilia damnatus est, lata lex sit vel L. Marcio, M. Manilio cos. quo anno & Calpurnia lata est, vel certè Sp. Postumio, L. Calpurnio nũ africano & Druso cos. qui anno proximo consules fuere, censuram Lentulus & Censorinus gesserunt. aliæ deinde leges de repetundis. Seruilia, Acilia, Cornelia, Iulia: quibus singulis aliquandiu iudicia sunt administrata: nam posterior quæque proximam superiorem abrogauit, sic tamẽ, vt quædam retineret, atque adeò interdum multa. nõ enim dubito, quin quæ in rebus crimen repetundarum Seruilius constituit, iisdem in rebus, aut omnibus, aut pleriſque, idem crimen Acilius, cùm suam legem ferret, esse voluerit. quod igitur ad criminis rationem, & peccandi genera pertinet, legem à lege non admodum dissensisse crediderim. pœnam verò semper ferè auxit posterior lex, & iudicij rationem aliquare multa mutarunt. itaque C. Seruilius Glaucia, (redeo enim ad quattuor leges, quas proximè nominaui) is, qui cũ Saturnino tribuno pl. prætor esset occisus, cùm de repetundis rationem ferret, nouum de comperendinatione caput primus intulit, intraq; spatium hoc iudicij tempus contulit, vt accusatori dies XX. ad agendum, totidẽ defensori ad defendendum darentur. ante hanc legẽ ampliari quidem licebat, comperendinari verò in iudicio repetundarum non licebat. quorum alterum lege Seruilia cõfirmatum, alterum, nulla in veteri lege scriptum sed nouum inductum, Acilia sustulit: qua de re Pedianus sic: Ante legem Glaucia de comperendinatione, aut statim sententia dicebatur, si absoluendus

esset

esset reus: aut, Amplius, pronunciabatur, si videretur esse damnandus, cùm dixissent iudices: Non liquet, hoc est, obscura est itaque ea pars, interposita dilatione, dicebat, in cuius peroratione videbatur obscuritas. comperendinatio verò vtriusque partis recitatio est. & infra subiungit hæc. Alij sic. Inter comperendinationem, & ampliationem hoc interest, quòd comperendinatio ex vna tantùm re dabatur, cùm caussam iudex non intelligeret. & omninò, si videbatur iudicibus bona caussa, absoluebant reum: si mala, non statim damnabant, sed hac excusatione parcebant, nam, cùm condemnandi nota esset C. littera. absoluendi A: ampliandi signum N. L dabant, quo significabant non liquere: vnde ampliatio nascebatur. quibus ex verbis primùm illud intelligitur, in ampliatione aut accusatorem solum, aut defensorem iterum caussam egisse. deinde etiam hoc constat esse, Amplius, pronunciatum, non cum ambigeretur, absoluendus, an condemnandus esset, reus, sed cùm ita dilucidè pateret culpa, & condemnandus omninò videretur in quo tamen, vt, quasi ad excusandam dilationem, speciem aliquam dubitationis prasse ferrent, ampliandi signum in tabellis dabant N. L. tumq; iterum dicebatis, vel pro reo, vel contra reum, qui, quod proposuerat, argumentis non satis probasse videretur. Quod ad primum attinet: etsi Pediano, sicuti debeo, plurimum tribuo, quaro tamen, verène senserit, secus. venit enim in mentem suspicari, ne, quemadmodum in comperendinatione, sic in ampliatione ab vtraque parte iterum acta caussa sit. Liuius enim libr. XLIII. caussam de repetundis ex ampliatione vtrimque

que ait esse actam idem ex ijs verbis possum conijcere, quæ sunt apud Ciceronem actionu secundæ libr. 1. in Verrem: Quid ego nunc in altera actione Cn. Dolobellæ spiritus, quid huius lachrymas, & concursationes proferam? Vocat alteram actionem post ampliationē. quod verbum spectare potius vtramque partem, quàm alterutrum, videtur & Asconius ipse, non dubito, quin idem senserit. subiungit enim hæc in suo commentario: Hic apparet, etiam in ampliatione sic alteram dici, quemadmodum in comperendinatione. De illo altero, cùm dixit, ampliationem fuisse, non in caussa dubia, sed in manifesta rei culpa, non ad caussam melius cognoscendam, sed ad damnationem differendam: planè non assentior: nec tamen audeo dissentire. libenter enim existimauerim, Amplius, esse pronunciatum, cùm obscura caussa esset, nec de absolutione, aut condemnatione satis liqueret, propterea q; amplius requiri ad causam demonstrandam videretur. nam, si ampliatio futuræ damnationis esset signum: quorsum, cùm de Philodamo esset, Amplius, pronunciatum, tamtoperè Dolobella & Verres contendissent, vt condemnaretur? non opera superuacanea fuisset? contenderunt autem, quia videbant posse fieri, vt absolueretur. quid? Pedianus ipse nónne contra suam sententiam loquitur? quasi enim oblitus ea, quæ antè de ampliatione dixerat, hoc in loco ait: Mos veterum hic fuerat, vt, si absoluendus quis esset, statim absolueretur: si damnandus, statim damnaretur: si caussa non esset idonea ad damnationem, absolui tamen non posset, Amplius pronunciaretur. Sed fortasse Pedianus excusari poterit, si tempora distinguan-

finguantur, hoc modo: vt ante legem Glauciæ ampliatio fuerit dilatæ condemnationis iudicium: post legem verò Glauciæ, obscuritatis, nec satis exploratæ sententiæ. vtrumque sanè duo Ciceronis loca, si quis attenderit, videntur ostendere: primùm, in iudicio Philodami, de quo proximè dictum est, ibi enim, dubium fuisse post damnationem ei tentum iudicij planè constat. deinde, cùm ea dixit in eodem libro: Verùm, vt opinor, Glaucia primus tulit, vt comperendinaretur reus. antea vel iudicari primò poterat, vel, Amplius, pronunciari. vtram igitur putas legem molliorem? opinor, illam veterem qua vel eò absolui, vel tardè condemnari licebat. nam hoc, Tardè condemnari, ad illud, quod proximè dixerat, refertur, Amplius, pronunciari. vt ampliatione nihil aliud, quàm tardam condemnationem, significare videatur. Differt etiam in hoc à comperendinatione ampliatio, quòd ampliatio tantū à iudicum arbitrio ac voluntate pendet, comperendinatio est illa quidem in iudicibus posita, sed petente vel accusatore, vel defensore. nā, nisi alteruter aut vterque petuisset, nihil iudices de comperendinando reo cogitassent. non potuisse autem comperendinationē inutilis iudicibus omitti, Pedianus docet, cùm ait, ideo testibus vsum esse Ciceronem, vt si posset, cōperendinationē tolleret. sperabat enim Cicero, caussa per testes patefacta, iudicibusq; probata, futurū vt de tollenda comperendinatione à iudicibus impetraret. ergo tum in iudicibus, tum in accusatore, ac defensore sui fuisse cōperendinandi ius, verè dixi. Differebant etiam origine ampliatio, & comperendinatio. nam vetustiorem

fuisse

fuisse ampliationem, verba Ciceronis de lege Glauciæ demonstrant. &, P. Licinio, C. Cassio cos. hoc est multis ante primam de repetundis legem annis, quam à L. Pisone latam diximus, ampliatos esse reos in iudicio repetundarum, apud Liuium lib. XLIII. animaduertimus. Redeo ad rem: nec tamen à re longius discessum est: quando in lege Seruilia caput fuit de comperendinatione: & Acilia, de qua proximè agemus, comperendinationem simul cum ampliatione, quæ vtraque Reipotius caussa, quàm accusatoris, videtur esse constituta, omninò sublatam esse iussit. Tulit eam legem M. Acilius Glabrio, pater eius, qui Verris in caussa prætor fuit, & cum C. Calpurnio Pisone post biennium consulatū gessit, tulerit autem in tribunatu pl. an in prætura, minus constat. latam tamen in tribunatu potiùs, quàm in prætura, vt existimem, hoc adducor argumento, quòd reliquas de repetūdis leges à tribunis ple. omnes video rogatas esse, exceptis, quas patricij, qui tribuni ple. esse non poterant, rogarunt, vt Cornelia, Iulia. Seuerissimam fuisse hanc Glabrionis legem, in qua ne comperendinari quidem, aut ampliari liceret reum, Cicero lib. I. in Verrem, & Pedianus tradunt. itaque multi, nulla omninò. neque comperendinationis, neque ampliationis, dilatione interposita, semel accusati, semel dicta caussa, semel auditis testibus, ea lege damnati sunt. Quod autem in eo loco Cicero dixit: Ego tibi illam Aciliam legem restituo: non dixit, restituo, quasi de lege ante Seruiliam lata, sed habuit rationem præsentis temporis, cùm ex lege Cornelia, non tam ex Acilia, de repetundis quærebatur. Acilia enim tollebat

omni-

omninò & comperendinationem, & ampliationem: quæ vtraque, comperendinatio quidem certè, lege Cornelia permittebatur. id Cicero significauit satis apertè, cùm dixit: Adimo enim comperendinatum: quod habet lex in se meleßimum, bu vt causſa dicatur. & in eo: Glaucia primus tulit, vt comperendinaretur reus. nam, si primus Glaucia, ergo aliquis post eum item de comperendinatione tulit. cum autem Acilium constat non fuisse: id quod ostendimus fuit igitur L. Sylla: cuius ex lege hoc tempore iudicia de repetundis administrabantur. idemq; declarat Pedianus, cùm ait, ideo teßibus vsum esse Ciceronem, vt si posset, comperendinationem tolleret. frustra enim Cicero conatus esset tollere, ac ne conatus quidem esset, si nec essaria fuisset. Cùm autem in eo loco subiunxit, ita mittam in consilium, vt, etiamsi lex ampliandi faciat potestatem, tamen ißi turpe sibi existiment, non primò iudicare: hoc dicit: Ita teßes interrogabo, ita scelera Verris patefaciam, vt, etiamsi lex Acilia, quam, quod ad me attinet, tibi reßituo, (adimo enim comperendinatū) permittat id, quod minimè permittit, dilationem videlicet, iudices tamen, haudquaquam ampliantes, (comperendinationem non nominat, quia comperendinatio non iudicum, sed accusatoris, & defensoris erat, cùm, eorum alterutro petente, fieret, ampliatio verò iudicum) magnitudine criminum, & vi probationum inspecta, sibi turpe arbitrentur non primò iudicare. Et, quod Aciliam Cicero mitißimam vocat, quam Asconius seuerißimam, vterque rectè: seuerißimam, si cum veteribus: mitißimam, si cum Cornelia conferatur. Hac

pluribus verbis, tum quia pertinent ad leges, tum quia locus Ciceronis in Verrem satu habet obscuritatis : & in eo interpretes omnes implicati, tanquam in salebra hæserunt. Quincta fuit Cornelia, L. Syllæ dictatoris, quæ comperendinationem, lege Acilia sublatam, restituit. fuit autem, vt posterior quæque lex, durior, quàm Acilia: etsi comperendinationem concedebat, quam Acilia tollebat. sicuti lex Glauciæ durior quàm vetus: cũ tamẽ Glauciæ lege cõperendinari posset reus, vetere lege non posset. id Cicero significat his verbis: Vtrã putas legẽ molliorẽ? opinor, illam veterẽ. eodemq; modo seuerior, quæ consecuta est, Iulia, quàm Cornelia. quod idẽ Cicero in oratione pro posthumo tradit. Sunt autẽ lege Cornelia iudicia de repetundis omnia vsq; ad C. Cæsaris, qui postea dictator fuit, primũ consulatum administrata. consul enim Cæsar nouã de repetũdis legẽ rogauit. cuius quidem capita, quæ ex veterum scriptis liceat colligere, hæc maximè fuerunt: vt repeterentur pecuniæ, quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere, ministerióue publico cepisset, vel aliquis ex cohorte ipsius: vt vrbani magistratus ab omni sorde se abstinerẽt, néue plus doni muneriúue in anno acciperent, quàm quod esset aureorum centum: néue quis ob iudicem arbitrúmue dandum, mutandum, iubendúmue, vt iudicaret: néue ob hominem in vincula publica conijciendũ, vinciendum, vinciriue iubendum, vel ex vinculis dimittendum: néue quis ob hominem condemnandum, absoluendúmue, néue ob litem æstimandã, iudicióue capitis pecuniæue faciendum, vel non faciendũ ali-

quid

quid acciperet. quæ verba non minus pertinebant ad prouinciales, quàm ad vrbanos magistratus. item, ne quis omninò ob negotium faciendum, vel non faciendum per calumniā pecuniam acciperet. Cautum præterea, ne prouinciæ præsidū auaritia premerentur, aut exhaurirentur: ne illi, qui prouincias regebant, quiue circa eos erant, negotiarentur, nec mutuam pecuniā darent fenúsue exercerent: neq; hoc tantū, sed ne vxorem quidem quisquam ducere posset ex ea prouincia oriundam, vel domicilium ibi habentē: néue filio vxorem ducenti consentiret: ne ijs in liberos populos ius de pecunijs creditis dicere liceret: item, ne quis de prouincia exiret, aut exercitum inde sua auctoritate educeret, bellum sua sponte gereret, in regnum alienum iniussu senatus, ac populi accederet: vt libertas socijs, ac præmia ob merita in Rempub. data, integra essent: ne cuiquam aurum coronarium, aut imperare, aut accipere liceret, nisi cui decretus esset à senatu triūphus. cautum etiam hac lege, ne dona acciperent quæstores, aut xenia: vt rectores prouinciarum rationes, priusquam decederēt, apud duas in prouincia ciuitates deponerent: ne quis proconsul, aut proprætor legatum suum ante se de prouincia dimitteret. quod ab Vlpiano, in l. meminisse, traditum est. spectant hæc lex non modò ad eos, qui cum aliqua potestate erant, verùm etiam ad eos, qui curabant aliquod opus publicè faciendum, frumentum comparandum, vel viam reficiendam: item ad legatos, qui prouinciarum rectoribus à senatu dabantur, præfectosq;, & tribunos, quæstores etiam, totamq; cohortem prætoriam, si

quid accepisse à prouincialibus conuicti essent. eadem lege illud etiam sancitum erat, quid rectoribus prouinciarum, dum in prouinciam irent, à socijs populi Rom. liceret accipere. qua de lege Cicero, dum in prouinciã proficiscitur, ita scribit ad Atticum lib. V. Adhuc sumptus nec in me, aut publicè, aut priuatim, nec in quemquam comitum. nihil accipitur lege Iulia, nihil ab hospite. postea verò quàm in prouinciam peruenit, eodem libro sic: Scito non modò. nos fenum, aut quod lege Iulia dari solet, sed ne ligna quidem, nec prater quattuor lectos, & tectum, quemquam accipere quidquam. Ad hanc legem postea Cæsar, rerum potitus fortasse caput hoc addidit, vt repetundarum conuicti etiam ordine senatorio mouerentur. id quidem ab eo factum, Suetonius narrat. quod vel aucta, vt dixi, sua vetere lege potuit, vel noua lege lata, vel etiam, sine lege, pro ea, quam omnium rerum vnus habebat, potestate. Scriptũ etiã apud Martianũ iurisc̃onsultũ inuenio, lege Iulia repetundarũ cautũ esse, ne iudicare, néue testimoniũ dicere liceret ei, qui ob turpitudinẽ senatu motus, nec restitutus esset. De vi sequitur. ea duplex fuit, publica, et priuata. publica definitur, ea, quæ armis: priuata, quæ sine armis infertur. priuatu. n. hominibus armorũ vsu tũ in vrbe, tũ in agro lege Iulia interdictum, nisi si haberent ea venationis, itineris, nauigationisue causſa. legimus in Marciano, tit. ad l. Iuliam, de vi publica. idq; renouatum à Iustiniano, scribit ipse in lib. Nouellarum const. tit. de armis. sed hoc ante legem Iuliam, & ante Magni Pompeij edictum. de quo legimus in Plinij naturalis historiæ lib. XXXIIII. qui vetuit in tumultu

necis

necis Clodianæ vllum in vrbe telum esse, primis tempo ribus institutum, obseruatumq; non dubito. video e- nim, Seruio regnante, populum Rom. ad centuriata comitia in campum extra vrbem propter ea conuenisse, quia in vrbe vsus armorum interdiceretur. serpit deinde licentia: quam nouis legibus & edicto reprimi necesse est. Publica vis vel contra Remp. & magistratus, vel cõtra priuatos fiebat. cõtra Remp. & magistratus capitalis erat semper, contra priuatos, non item, sed tantummodò, cum erepta vita esset. Priuatam vim nõ fuisse capitalem. etiamsi non probetur exemplis, facilè tamen ex ipsa definitione licet existimare. Neque verò, vt de publica, item de priuata prætor cognoscebat, sed iudices dabat. ac ne de publica quidem semper. nã existunt controuersiæ quædam de vi, quæ consistunt in iure ciuili, vt ea pro Cæcina: in qua non prætor, sed recuperatores, quos à prætore vrbis datos iudices esse iã diximus, iudicarunt. ergo de publica vi modò prætor, cui ea quæstio obtigisset, (is autem nec vrbanus, nec peregrinus erat, sed vnus de reliquis sex) modo iudices, à prætore dati, cognoscebant. dabat autem eos prætor vel vrbanus, si causa esset in iure ciuili, & ageretur inter ciues, vt ea pro Cæcina: vel peregrinus, si ageretur inter peregrinos: vel vnus de reliquis sex, si cognitio non à iure ciuili penderet. de priuata verò nunquã prætor, semper iudices à prætore dati cognoscebant, prætore autem vel peregrino, si res esset inter peregrinos: vel vrbano, si ciuis ciuem in iudicium vocaret, & in iure ciuili posita causa esset: vel vno de reliquis, si de iure ciuili nulla esset consideratio. Nunc, quando de

capitalibus agitur criminibus, leges de vi publica narrabimus. Plotia fuit tribunicia, de vi publica priuatis ciuibus illata: (nam de publica contra Remp. lex Lutatia fuit) qua Catilinā ab L. Paulo, M. Lepidi, qui III. vir postea fuit, fratre, accusatū, in Sallustio legimus, Clodiū à Milone, in oratione pro Milone: M. Tutiū à C. Sempronio Rufo, in epistola M. Cœlij, quæ omnes causſæ, non dubito, quin capitales fuerint: cùm, Catilinam & Clodiū minimè leuibus flagitijs affines fuisſe, cōſtet: causſam aūt, qua in iudicio Tutius est vocatus, extraordinariam Cœlius appellet. hanc legem tulit, opinor, M. Plautius Siluanus tribunus pleb. Cn. Pompeio Strabone, L. Porcio Catone cos. is, qui, vt iā diximus, legē iudiciariā tulit. Sequuntur consulares. primū Lutatia de vi Reipub. illata, quā Q. Lutatius Catulus consul, M. Aemilij Lepidi collega, in tumultu Reip. tulit: qua festis etiā diebus iudicium de vi iubebat exerceri, vt ex proœmio patet orationis pro M. Cœlio. eaq; damnati sunt, qui de Catilinæ socijs in vrbe remāserant. vn de illud in ea pro Sylla: Seueritatē iudiciorū, qua per hos mēses in homines audacißimos facta est, lenitate, ac misericordia mitigate. quod exponitur in ea pro Cœlio hu verbis: De vi quaritu. qua lex ad imperium, ad maiestatem, ad statū patriæ. ad salutem omniū pertinet: quam legē Q. Catulus, armata dissensione ciuium Reip extremis pœnè temporibus tulit: quæq; lex, sedata illa flamma consulatus mei, fumantes reliquias coniurationis exstinxit. Ex quo mihi oritur opinio, in oratione, qua Sallustij nomine in Ciceronem inscribitur, vbi legis Plautiæ legitur, rectius fore, si legatur, legis

Luta

Lutatiæ: cùm eo loco de cõiuratorũ damnatione verba fiant: qui vim non in priuatos ciues, quæ lege Plotia iudicabatur, sed in vniuersam Remp. cõparauerant, cuius criminis quæstio Lutatiã ad legem pertinebat. & ob eam causſam ipse Cicero pro Cœlio dixit: Quæ lex furentes reliquias coniurationis exſtinxit: cùm de Lutatia lege loqueretur. Sed quari potest: cũ Plautia lex de vi Ciceronis ætate seruaretur, cur M. Cœlius, pro quo exſtat Ciceronis oratio, Lutatia lege potius, quam Plautia, sit ab Atratino in iudiciũ vocatus. quid enim aduersus Rempub. Cœlius cõmiserat? Facilè respondetur: non quod Romæ aut senatũ obsedisſet, aut magiſtratibus vim attuliſſet: sed quod, seditione Neapoli cõcitata, (id enim obijciebat accuſator) intuliſſe vim Reip. videretur. nam in oratione quodã in loco ita scriptũ est: Illam partẽ cauſſæ facilè patior grauiter, & ornatè à M. Craſſo peroratam, de seditionibus Neapolitanis, de Alexandrinorũ pulſatione Puteolana. quod attinebat ad Alexandrinorũ pulſationem, aut ad venenũ, quod Clodiæ necandæ cauſſa paratũ esſe arguebat accuſator. quibus in criminibus nõ publica, sed priuata res agebatur, poſtulatus eſſet Cœlius lege Plotia, non Lutatia. sed cùm simul crimen de seditione Neapolitana cõungeretur, quæ ad imperium ſtatumq; Reip. pertineret, propterea lege Lutatia est accuſatus. atque hanc quidem partem cauſſæ M. Craſſus egit: illam de veneno Clodiæ dato libenter Cicero ſuſcepit, inimicitiarum cauſſa. sed principem locum dedit accuſator, quo grauius reum opprimeret, seditionibus Neapolitanis. ideoq; lege Lutatia accuſauit, cùm tamen,

prater seditiones Neapolitanas, alia crimina obijceret, lege Plotia non Lutatia, vindicanda. nam, damnatos esse reos alijs criminibus, ac legibus, quam quo potissimum crimine, quaq; potissimum lege essent accusati, colligitur ex oratione pro Cluentio. erat igitur viri que legi locus eodem tempore in ciuitate: quia, cùm diuersa essent de publica vi crimina, diuersis etiam quari legibus oportebat. Post Lutatiam consularis Pompeia fuit, à Cn. Pompeio Magno III. consule post occisum Clodium lata: quæ & pœnam grauiorem, quam reliquæ de vi superiores leges, & formam iudiciorum breuiorem continebat. iubebat enim, vt prius, quàm caussa ageretur, citati testes per triduum audirentur: dicta eorum iudices consignarent: quarta die adesse omnes in diem posterum iuberentur, & coram accusatore ac reo pilæ in quibus nomina iudicum inscripta essent, aquarentur: deinde rursus postera die à quæsitore sortitio iudicum fieret vnius & LXXX. qui numerus cum sorte obtigisset, ipsi protinus sessum irent: tum ad dicendū duas accusator horas, tres reus haberet, reusq; eodem die illo iudicaretur: prius autem quàm sententiæ ferrentur, quinos ex singulis ordinibus accusator, totidem reus reijceret, ita vt numerus iudicum relinqueretur, qui sententias ferrēt. LI. hac lege qui damnati sunt, omnes exularunt, Milo. quia Clodium occidisset: Q. Pompeius. Syllæ dictatoris ex filia nepos, T. Munatius Plancus Bursa, Sex. Clodius, quod, ijs auctoribus P. Clodij corpore in curiam illato, curia flagrasset. cùm cade enim Clodij, in Appia via facta, incendium simul curiæ, & oppugnationem domus M. Lepidi Pompeius

ea

ea lege nominatim comprehenderat. sed hos postea, & omnes lege Pompeia de vi damnatos, vno Milone excepto, victor C. Cæsar restituit. Pompeia cõsularis iudicia secuta est, à C. Cæsare post victum Pompeium lata, vt damnatis de vi aquæ & ignis interdiceretur. sic enim oratione 1. in Antonium scriptum inuenimus. Aqua verò, & igni interdicere, nihil aliud est, quàm exilium, non nominatim, sed re ipsa inferre, damnato enim necessitas imponitur exilij, ope ea denegata, atque interdicta, sine qua viui non potest. quòd etiam Pompeia, & ante Pompeiam Plautia, & aliæ quoque superiores leges, vt puto, sanxerant. itaque non dubito, quin Cæsar noua lege nouam sententiam, ad vim remouendam, attulerit. Quod autem iurisconsultorum in libris ita scriptum est, deportationem de vi publica damnatis, de priuata verò publicationem bonorum in tertiam partem Iulia lege irrogatam: possit aliquis suspicari, cùm videat mentionem fieri deportationis, non esse legem Iuliam, de qua Cicero mentionem facit, sed duas fuisse leges Julias, vnam à C. Cæsare latam, alteram ab Augusto ego autem sic existimo, vnam omninò fuisse. nam, si duæ, aliquid crederem iurisconsultorum in libris, distinctionis causa, additum: sicuti, ad legem Iuliam de adulterijs, addit Vlpianus: Hæc lex ab Augusto lata est: ne qua scilicet ex Iuliæ nomine dubitatio posset existere. vnam igitur de vi puto Iuliam legem, tamq; latam à C. Cæsare nam, quod deportatio nominatur, quæ ante Augustum nulla fuit: sciendum est, sublata aquæ & ignis interdictione, eam successisse: cũ tamen veteres eadem leges valerent, itaque & in lege

Cornelia de sicarijs & veneficijs, quam tulit L. Sylla Reip. temporibus, deportationem tamen Martianus nominat. sed redeo ad sententiam legis. Si commissa vis armis non esset, verùm aut virgo, aut vidua rapta esset: raptor, & qui opē tulisset, capite plectebatur. Hac lege tenebantur, vt Martianus ait, qui turbæ seditionisue faciendæ consilium inijssent, seruosue. aut liberos homines in armis habuissent, omnesq; puberes cum telo in publico deprehensi. Subiungit idem: de vi priuata damnatos, neque senatores, neque decuriones, neque iudices esse, neque honorem vllum capere, Iulia lege, potuisse. Consularis & Antonia, à M. Antonio post obitum C. Cæsaris lata, vt damnatis de vi ad populum prouocatio esset. quod ad conciliandos sibi multitudinis animos, qui tyrannidem spectaret, excogitauit. Harum autem legum testimonia non recito, ne perdat narratio dignitatem, neue non modo alys, verùm etiam ipse mihi molestiam pariam, dum illa crebrò repetantur, vt ait, vt scribit, & eiusdem generis alia. Peculatus à principio grauissima pœna fuit duarum ouium, & triginta boum, lege Menenia, Sestia: postea lege Ateria, Tarpeia cautum est, vt bos centussibus, ouis decussibus æstimaretur quæ ne leuior, & contemnenda multa videretur, addit Gellius, quod omisit Festus, in singulos dies. tot autem, opinor, dies, quot magistratus iudicassent, præter æstimationem furti. Peculatus igitur eo tempore capitalis non fuit. quod Liuius quoque significat lib. XXVII. cùm ait. M. Liuius erat, multis annis antè ex consulatu populi iudicio damnatus. quam ignominiam adeò agrè tulerat, vt & rus migraret, &

per

per multos annos & vrbe & omni cœtu careret hominum. Ex his verbu, non esse M. Liuio, quipostea Salinator est appellatus, aqua & igni interdictum, sed, affectum animo grauiter ex eo iudicio, iratum populo, sua sponte vrbe cessisse, animaduerto. eum autem peculatus nomine à populo esse damnatum, ex eo libello didici, quem nescio quis de viru illustribus composuit. est enim in eò ita scriptum: Liuius Salinator primò consul de Illyrijs triumphauit: deinde, ex inuidia, peculatus reus ab omnibus tribubus, excepta Macia, condemnatus. & apud Liuium libr. XXXIIX. damnato de peculatu L. Scipione Asiatico, Africani maioru fratre, litis æstimata, & carceris, nisi solueret, mentio fit: aquæ verò & ignis interdictio nulla nominatur habemus etiam exemplum M. Camilli, qui vrbem Romam obsidione Gallorum liberauit. hic ob Veientanam prædam, vt ait Liuius, à L. Apuleia accusatus, XV. millibus grauis æris damnatus est. abijt autem in exilium ante iudicij diem: quia, cùm, se damnatum iri, de suis tribulibus & clientibus cognouisset, de patria maluit decedere, quam iniquissimam multam, populi suffragijs irrogatam, exsoluere. nam damnatu de peculatu vel soluendum erat quanti lis esset æstimata, vel in vinculis, quóad soluerent, miserrimè viuendum quod in Scipionis Asiatici iudicio, quo de proximè dictum est, Liuius significat. quòd si reus, iudicio non exspectato, in exiliũ voluntarium abijsset: tunc accusationem quidem is, qui cœperat, persequebatur: reum tamen absentẽ nõ alia quã pecuniaria pœna populus condẽnabat: eamq; pecuniam soluere, si rediret, damnatus cogebatur,

aut,

aut, si soluendo non esset, in carcere mitte. &, cùm ait Liuius de Camillo lib. V. Non prius ab Ardea profectū Camillum, quàm comperit legem latam: quod iniussu populi mutari finibus non posset: non significat, quod fortasse videri posit, non licuisse Camillo aliam in ciuitatem, extra populi Rom. ditionem, migrare: sed, non potuisse Romam redire, nisi, quam ab eo solui pecuniam populus iusserat, aut solueret, aut, lege lata, rescisso, populi iudicio, liberaretur. non enim in exilium ire coactus esset, si multæ satisfecisset. idq; satis apertè Liuius declarat, cùm ait: Accitis domum tribulibus & clientibus, quæ magna pars plebis erat, percunctatus animos eorum, responsum tulit, se collaturos quanti damnatus esset, absoluere eum non posse. quare non fuit capitalis peculatus, cùm pecunia puniretur: sed, vel quia soluere multam rei non possent, vel quia nollent, vt Camillus, tanquam in exilium proficiscebantur. Quòd si quis de Marcio Coriolano id, quod Dionysius & Plutarchus tradiderunt, mihi obijciat, perpetuo exilio tribubus esse multatum, quod prædam in Antiati agro factam occultasset. nec in publicum retulisset: fatebor fortasse peculatum fuisse, quo Marcius est condemnatus, iudicium tamen illud non vocabo, sed vim quandā & impetum multitudinis concitatæ. vlciscitur plebs cum alias iniurias à Marcio acceptas, tum illam maximè voluit, quod cùm frumētum à senatu peteret, vnus ex omnibus patricijs acerrimè restiterat. quare in illo iudicio nihil minus, quàm quid leges vellent, à plebe spectatum est. Quod autem Dionysius & Plutarchus, non absentem, sed præsentem, Liuius autem cōtra damnatum

tum absentem tradit: Liuio magis assenserim, est enim verisimilius, Coriolanum, irritata plebis vim timentem iudicio se non commisisse, & ante iudicij diem vrbe exijsse. accedit illud, quod, etsi de Coriolani exilio inter omnes conuenit: de crimine tamen, quo damnatus est, non idem omnes tradunt. Plutarchus peculatum memorat. Liuius delicti nomen non ponit. Dionysius nominatum quidem à Sicinio tribuno pl. prædam Antiatem in Coriolani accusatione significat, sed vt perduellionis crimen, quod illi obiectum erat, probaretur: quod eam prædam Coriolanus amicis & clientibus diuisisset, eo consilio, vt socios & satellites ad parandam tyrannidem quamplurimos haberet. quare, si verum est quod Graci homines scriptum reliquêre, multatiũ exilio Coriolanum, cùm Liuius, nõ damnatum exilio, sed damnatum in Volscos exulatum abijsse tradat, vt significare quiddam de voluntario exilio videri possit: tamen, vel quia iudicium illud non fuit, sed furentis plebis impetus, vel quia cum peculatu coniunctum vnà fuit perduellionis crimen: nihil obstat, quin peculatum ex eo genere criminum fuisse credamus, quo in genere non capitis erat, sed pecuniæ pœna constituta. Hoc de crimine lex nulla nominatur. sed ante M. Aemilium Lepidum, C. Flaminium cos. quo anno superior Africanus à duobus Petilys tribunis pl. est accusatus, iudicem senatum fuisse, Liuius libro XXXIX. significat his verbis. Huic rogationi Q. & L. Nummij intercedebant. senatum quærere de pecunia non relata in publicum, ita vt antea semper factum esset. æquum censebant. tum Q. Terentium Culeonem prætorem de pecunia,

nia, quæ capta, ablata, coacta ab rege Antiocho diceretur, quærere patres iusserunt. eoq; cognoscente L. Scipione, Asiaticus damnatus est. me tamen idē Liuius in dubitationem adducit. senatusne, an populus ante eos consules quos nominaui de peculatu quæsierit. scribit enim duobus libris, XXVII. & XXIX. M. Liuium Salinatorem post priorem consulatū à populo esse condemnatum, ideoq; eum, cùm censuram gereret, tribus omnes, excepta Mœcia, in ærarios retulisse, quod & innocentem se condemnassent, & consulem postea censorem q; fecissent. eam porrò damnationem peculatus nomine fuisse, docet is, vt iam ostendi, qui de viris illustribus librum conscripsit. parum igitur ipse sibi constare Liuius videtur, qui ante consules M. Aemilium & C. Flaminium semper de peculatu senatum quæsisse affirmet, cùm idem eo de crimine M. Liuium, populo iudicante, damnatum antè dixerit. sed videlicet existimo, quouis de crimine, si tribunus ple. aliquis esset accusator, populum iudicare potuisse. id quod ante dictum est, exemplisq; comprobatum. quare, ne grauis auctor, T. Liuius, damnetur inconstantiæ, locum hæc habeat exceptio. Post Africani eiusq; fratris Asiatici accusationem, prætor cum iudicum consilio de iis, qui peculatus arguerentur, quæstionem exercuit. id opinor lege ab aliquo magistratu lata institutum. alioqui quod senatus vniuersi munus erat, ad prætorem, certumq; iudicum numerum, senatu negligente, trāslatum, vix putarim. Lege postea Iulia capitalis peculatus factus est: quod iurisconsulti declarant. nec iniuria: cùm & repetundarum crimen, huic admodum simi-

simile, capitale iam antea fuisset. cur enim, quod socij tribuebatur, id erario, hoc est ciuium, caussa minus fieret? tametsi Cæsar, cum tam acriter de peculatu cauit, suam potius rem, quàm publicam spectauit. sibi enim, qui omnia teneret, furtum fieri statuit, non Reipub. Lege autem peculatus tenebatur, si quis pecuniam publicam surripuisset, vel, vt surriperetur, curasset: si quis in aurum, argentúmue, aut æs publicũ quid indidisset, vel immiscuisset, feciſſetq; dolo malo, quo id pejus fieret. Hæc apud Venuleium scripta sunt. Quod autem additur, eadem Iulia lege obstrictos fuisse quicquid, in quo leges incisæ erant, refixisset, vel quid immutasset, aut in publicis tabulis deleuisset, induxisſetue: hæc ego non ad peculatum, sed ad maiestatem retulerim. quòd si pretio commissum id fuisset: ne sic quidem peculatus mihi videtur, sed damnandi potius maiestatis & corruptus, & corruptor. quædam enim incerta crimina in maiestatem conferebantur: neque aliud crimẽ patebat latius. atque etiam, quod in lege Iulia peculatus ait Vlpianus scriptum fuisse, ne quis ex pecunia sacra religiosaq; auferret, interciperet, in rem suam verteret, non peculatũ magis quã sacrilegii: fuisse existimauerim. Hæc præterea sunt in crimine peculatus: si quis imperator pecuniam ex præda captam penes se priuatim retinuisset, eamq; nec in triumpho tulisset, nec in ærarium retulisset. Pœna peculatus vel pecuniaria fuit, vel capitalis: nam, qui prædam ab hostibus captã surripuerat in quadruplum damnabatur: cæteris autem aqua & igni interdicebatur. postea irrogata est alia lege deportatio, abrogata interdictionis pœna.

deportati verò, quod in Vlpiano legimus, sicut omnia priſtina iura, ita & bona amittunt omnia. Et quoniam vt repetundæ, ita peculatus publicum furtum fuit: propterea. vt in repetundis, sic in peculatu æſtimationes fiebant litium, contraq; heredes, vt ſcripſit Papinianus ad legem Iuliam peculatus, actio dabatur. peculatum tamen, quod ante quinquennium eſſet admiſſum, obijci non oportuit, ſi Vemuleio credimus. Cum peculatu reſiduæ pecuniæ coniunguntur. damnum enim vtroque modo infertur ærario. reſiduæ autem pecuniæ ſunt, vt ait Paulus, quæ priuatim retinentur, cùm vel in vſum publicum erogari, vel in ærarium inferri debeant. nec minus in hoc crimine quàm in peculatu, actio aduerſus heredes dabatur. quaq; de peculatu, eadem reſidua de pecunijs lex cauebat. vt non dubitem, quin eadem pœna ſit damnatis irrogata amplius quidem tertia parte, quam deberent, ſoluiſſe eos, qui de reſiduis pecunijs damnarentur, Martianus ait. capitis autẽ lege Iulia eſſe damnatos, veriſimillimum eſt. Inter ſicarios graue crimen fuit, & ad vim pertinuit, propria tamen lege Cornelia vindicatum eſt, ſicuti nec de perduellionis crimine, quod ad maieſtatem pertinuit, eadem lege, qua de reliquis maieſtatis criminibus, quæſitum eſt: cum perduellione populus, de reliqua vero maieſtate prætor cognoſceret. Lege de ſicarijs Cornelia, quam dictator Sylla tulit, tenebatur qui hominem occidiſſet, aut occidendi cauſſa cum telo ambulaſſet, vel venenum paraſſet, habuiſſet, vendidiſſet: ſiue quis priuatus teſtimonium dolo malo dixiſſet, quo quis iudicio publico condemnaretur: aut ſi magiſtratus ob capitalẽ cauſſam

causſam pecuniam accepiſſet, eorúmue quid feciſſet, quod legibus permiſſum non eſſet. adiectum eſt ex S.C. eadem lege teneri eos, qui homines libidinis, vel, vt iuriſconſulti loquuntur, promercij cauſſa caſtrauiſſent, aut filios, exceptis Iudæis, circumcidiſſent, ſacrificiaúe mala feciſſent, habuiſſent. excipiuntur tamen hac lege, qui occidiſſent perfugam, vel vim inferentem, vel pudicitiam violenter attentantem. exceperat etiam eos Sylla, qui ob relata proſcriptorum ciuium capita pecuniam ex ærario accepiſſent: quos tamen poſtea C. Cæſar, cùm de ſicarijs quæreret, in ſicariorum numero habuit. hac lege tenebantur etiam ij, quorum fraude, aut conſilio naufragi per vim ſuppreſſi fuiſſent, quiúe data opera in eorum, quos odiſſent, res atque bona incendium immiſiſſent. Hic, quæ pœna eſſet lege Cornelia ijs, qui hominem occidiſſent, fortaſſe quæretur. mors vt iam ſignificauimus, non fuit, ſed aquæ & ignis interdictio. nam Cato cenſorius, ciues Romanos necari, aut verberari, perduellibus exceptis, lege lata vetuit. quod ſi quis obijciat, à Naſica Ti. Gracchum, ab Opimio Caium, à Mario Saturninum, & Glauciam, à Cicerone ipſo ciues Romanos vita priuatos, neque tamen quemquam eorum lege Porcia condemnatum: huic facilè ſatisfieri poterit, ſi ita reſpondebitur: cùm S.C. illud fieret, quo deuentū niſi difficillimis, ac periculoſiſſimis Reipub. temporibus non eſſe, traditum eſt: Darent operam conſules, ne quid Reſpub. detrimenti caperet, iacuiſſe prorſus legem Porciā, & impunè licuiſſe ciues ſeditioſos, nec ſalutariter de patria cogitantes interficere. quibus S.C. excitati, atque armati Naſica, Opi-

mius, Marius, Cicero, fecerunt id contra legem Porciam, quod nisi fecissent, timendum magnoperè fuit, ne leges reliquæ omnes perniciosis malorum ciuium consilijs, ac scelere, conciderent. leges enim ad salutem publicam referuntur. ea cùm in dubium venit, si legibus subuenire non licet, ad vim confugitur. eaq; iusta via, ea pietas in patriam est, nullo neque præsenti, neq; posteritatis iudicio damnata, sed omniū sæculorū perpetuis sermonibus, ac laudibus excepta. Atque hanc in ciues vltimo supplicio animaduertendi potestatē non nisi S.C. vt diximus, consulibus esse datam (nā legibus multare ciues morte non licebat) illa in Catilinā indicant: Ad mortem te Catilina duci iussu consulu iāpridem oportebat. habemus enim S.C. in te Catilina vehemens, & graue. non deest Reipub. consilium, neq; auctoritas huius ordinis. nos, nos, dico apertè, consules desumus. decreuit quondam senatus, vt L. Opimius consul videret, ne quid Resp. detrimenti caperet. nox nulla interceßit: mox interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus, clarißimo patre natus, auis, maioribus: occisus est cum liberis M. Fuluius consularis. simili S.C.C. Mario, L. Valerio cos. permissa est Resp. num vnum diem postea L. Saturninum tribunū pleb & C. Seruilium prætorem pœna remorata est? at nos vigesimum iā diem patimur hebescere aciē horum auctoritatis. habemus enim eiusmodi S.C. verum tamen in tabulis, tanquam in vagina, reconditum, quo ex S.C. confestim interfectū te Catilina cōuenit. & Sallustius in Catilinario: Senatus decreuit, quod plerunque in atroci negotio solet, vt darent operā consules,

sules, ne quid Resp. detrimenti caperet. ea potestas per senatum more Romano magistratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coërcere omnibus modis socios atque cives, domi militiaq; imperium atque iudicium summum habere. aliter sine populi iussu nulli earum rerum consulitur est. Verùm, quia S. C. huiusmodi non nisi aduersus eos ciues fieri solitū est, qui vel perniciosis legibus, vel armis, vel alia quauis ratione Remp. oppugnarent, perduelles fuisse T. & C. Gracchos, Saturninum, Glauciam, Catilinam, eiusq; socios, ideoq; non modò S. C. sed lege quoq; Porcia concedente, iure cæsos, licet existimare. Opponitur etiam illud, quod à Pediano traditū est. L. Tubulus, homo praetorius, aetate patrum Ciceronis, propter multa flagitia, cùm de exilio esset accersitus, ne in carcere necaretur, venenū bibit qui si necem timuit, non videtur, satis sibi constitutum fuisse praesidij in lege Porcia, iudicasse. Ego contra sic. Potuit Tubulus commissi perduellionis, quo crimine damnatos affici extremo supplicio neque Porcia, neque vlla omninò lex vetabat, sibi esse conscius: ideoq; mortem iure pertimescens, ne in carcere necaretur, venenum bibit. potuit etiam, perduellione non commisso, deterritus conscientia potius, quàm legibus, mortem timere, vt ij, quos aliquo scelere contaminatos furiæ vexant: horrent omnia: quacunq; adspexerint, aut venerint, ibi carcer, ibi carnifex, ibi laqueus, & securis, ibi factū eorū digna sibi videntur inueri. timuit igitur Tubulus, ne, quē admodū multi ob recte facta legibus soluti sunt, vt summos honores ante legitimā aetatē, aut aliq d, qđ neminipraterea cōcedi

soleret, consequerentur: sic ipse, quandoquidem se ab exilio reuocari videret, exilio grauius aliquid, mortem nimirum, vel contra leges ob flagitia plurima subire cogeretur. certè, quò minus de Porcia legis perpetua vi, perpetua inquam ad vsque postrema Reipub tempora, in dubium veniam facit illa vox Ciceronis in Verrem lib. V. O nomen dulce libertatis: ô lex Porcia, legesq; Sempronia: huccine tandem omnia recidere unt, vt ciuis Romanus, in prouincia populi Ro. in oppido fœderato, ab eo, qui beneficio populi Ro. fasces & secures haberet, deligatus in foro virgis cæderetur? & pro C. Rabirio perduellionis reo, Porcia lex, inquit, virgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit: hic misericors flagella retulit. Porcia lex libertatem ciuium lictori eripuit: Labienus, homo popularis, carnifici tradidit. iam illa C. Cæsaris apud Sallustiū, si pro perduellibus, Lentulo, Cethego, Gabinio, & reliquis, Reip. statum non leuiter labefactare, sed omninò conuellere conantibus, dicuntur: quantò plus habere loci videantur, si pro ciuibus, qui priuatu hominibus vim attulerint, nihil aduersus maiestatem publicam deliquerint, pronuncientur? Per deos, inquit, immortales, quamobrem in sententiam non addidisti, vti prius verberibus in eos animaduerteretur? an, quia lex Porcia vetat? atqui & alia item leges condemnatis ciuibus non animam eripi. sed exilium permitti, iubent. & infrà: Maiores nostri, Græcia more imitati, verberibus animaduertebant in ciues, de condemnatis summum supplicium sumebant, postquàm Resp. adoleuit, & multitudine ciuium factiones valuere: circumueniri innocētes,

aliaq;

aliaq; huiusce modi fieri cœpere. tunc lex Porcia, aliaq; leges parata sunt, quibus legibus exilium dãnatis permissum est. Exstat etiam Milonis exemplum. qui si, occiso P. Clodio, de qua nece & quærendum extraordinem, vt in atrocissima re senatus censuit, & à Pompeio Magno consule lata noua lex est, Porciæ legis beneficio vitam retinuit, ciuili tantùm morte, hoc est, exilio, affectus est: multò magis reliquos ciues, qui leuiora delicta commisissent, eiusdem legis perfugio esse vsos, naturalemq; mortem effugisse, credibile est. At in oratione pro Cæcina, & in primo de Oratore mors, quasi pœna legibus irrogata, nominatur. nam pro Cæcina: Nulla, inquit, in lege nostra reperietur, vt apud cæteras ciuitates, maleficium vllum exilio esse multatum: sed, cùm homines vincula, neces, ignominiaq; vitant, quæ sunt legibus constituta, confugiunt, quasi ad aram, in exilium. de Oratore autem: Vitia hominũ, atque fraudes damnis, ignominijs, vinculis, verberibus, exilijs, morte multantur. Hæc loca legem Porciam non infirmant, sed ad perduellionis crimen spectant. quo vno in crimine ciues Romanos occidi vetustis legibus licuisse, iam diximus: quas tanquam ciuitati salutares, neque Porcia, neque lex vlla vnquam abrogauit Sed venit in mentem quærere, magistratus ne soli, quorum in vindicandis Reis potestas esset, an etiam priuati lege Porcia tenerentur. Primum, vbicunque huius legis mentionem fieri video, verbum nullum animaduerto, quod ad priuatos referri possit: ad magistratus omnia manifestè spectant: idq; ea maximè, quæ proximè recitata sunt, Sallustij verba declarant. deinde, quorsum de

priuatis? an verisimile, nullam antea in ciuitate legem de vi fuisse? an potest vlla ciuitas sine legibus, præsertim ijs, quæ vim, quæ iniurias arceant, non dico diu vigere, sed omninò stare, atque incolumis esse? ante igitur de priuatorum vi leges multæ. magistratus autem à corporibus ciuium Romanorum abstinere primaiussit Porcia lex: quam deinde alijs legibus idem iubentibus confirmatã, Sallustij testimonio cognoscitur. sed, vt de priuatis Porcia non loqueretur, intelligi tamen, quis non videt? nam quæ potestas & magistratibus, & contra fontes, omniq; supplicio dignos adimitur, an ea priuatis relinquetur? Restat, vt soli peregrini, si modò ita meriti essent, necarentur. id quò minus fieri liceret, nulla lex vnquam vetuit. & fasces illi, ac secures, qua magistratibus præferebantur, potestatis quidẽ, vetusto more, erant insignia, eius tamen potestatis, quã in peregrinos tantùm liceret exercere. exilium, publicatio bonorum, carcer nocentibus ciuibus proposita fuerunt: mors, nisi si quis & in ipsam Rempub. & quam acerbissimè peccasset (omnium enim de maiestate criminũ perduellio summum erat) timenda non fuit. Illud mitior, cùm prator de crimine inter sicarios quærere soleret, Suetonium tradere, C. Cæsarem in edilitate quæstionem de sicarijs exercuisse. quod fortasse illi à senatu extra ordinem mandatum. Quod autem à Martiano scriptum est, vt digestorũ lib. XLIIX. constant, legis Corneliæ de sicarijs & venefis pœnam fuisse deportationem in insulam: nolo aliquem ideò perturbari, quia, Sylla dictatore, id est, Reipub. temporibus, deportatio nominatur: quod à me iã negatũ est. nã Sylla

pœnam

pœnam irrogauit aquæ & ignis interdictionem: cuius in locũ deinde succeßit deportatio, vt Vlpianus non semel Iustinianusq; declarant. spectauit igitur Martianus sui temporis consuetudinem, pœnamq; nominauit, non eã, quam in sua lege scripserat Sylla, sed eam, qua tunc, sublata aquæ & ignis interdictione, lege Cornelia damnati plectebantur. manebat enim, & obseruabatur eadem lex, pœna mutata. De parricidio prima fuit Romuli, primi regis, lex: qua permittebat, vt monstruosi partus impune possent necari, vel exponi. hanc legem, si, vt alias, à familia nominare volumus, Siluiã licebit appellare. est enim Romulus Siluiæ gentis prænomen. reliquiq; sex, qui Romæ regnarunt, suum omnes nomen, & prænomen habuerunt. tulit idem de parricidio, id est, de cæde hominis liberi. nam aduersus eos, qui patrem, aut matrẽ occidissent, pœnam nullam statuit: qui neminem vnquam tam ab humanitate auersum, tam naturæ inimicum fore existimaret, vt parentibus, vnde vitam ipsam, ac lucis vsuram accepissent, manus afferret. neque per annos DC Romæ quisquam tale facinus perpetrauit. post Hannibalis bellũ L. Ostius patrem fertur primus occidisse. Romulus autẽ, quicunque hominem occidisset, parricidã appellari voluit. Etiam Numa Pompilius legem his verbis composuit, ac edidit: Si quis hominem liberum sciens morti duit, parricida esto. qua lege Tullus Hostilius rex Horatium illum, qui sororem occiderat, voluit iudicari. postremis Reip. temporibus pœnas aduersus parricidas, lege lata, C. Cæsar auxit. tulit enim, vt parricidæ non exilio solum, vt antea, sed bonis etiã omnibus multarentur: re-

liqui verò, capitalium rerum condemnati, dimidia bonorum parte, cùm antea integris patrimonijs exularent. Hic, propter nominis potiùs, quàm rei similitudinem, leges de parricido subiungemus. aliud enim est, esse parricidā aliud, esse patricidam. parricida parentem occidit, hoc est ciuis ciuem: patricida patrem, vt matricida matrem. Sanxit igitur lege Pompeius Magnus, vt, qui hoc tam impio crimine damnatus esset, insutus culeo cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & simia in mare, vel in amnem proiectus, vitam omnium elementorum vsu priuatus, amitteret. hoc & ante L. Sylla Felix lege sanxerat: sed Pompeius noua lege correxit, addiditq; multa, & interea, vt, non qui patrem, matrémue tantùm, verùm etiam qui cognatos, aut patronos occidissent, patricidij lege tenerentur. tametsi non omnes eadem pœna afficiebantur. nam, qui cognatos, aut patronos occiderant, ijs pœna erat ea, quam lex Cornelia de sicarijs irrogabat. summo autem illo, quod memorauimus, supplicio, quod à rege Superbo excogitatum historia narrant, vt puniret grauius M. Tullium 11. virum, qui librum de sacris mysterijs describendum Petronio Sabino tradidissent, mactabantur ij, qui patrem, aut matrem, auum, aut auiam necassent de quibus tamen, nisi confessi priùs essent, supplicium sumi leges vetabant. Nunc de veneficio dicendum. locus autem videtur postulare, vt, antequam ad leges veniamus quæ nobis est proposita tractatio, noua quædam afferamus, quæ fore non inutilia credimus nō modò litterarum humanarum studiosis, verùm etiam ipsis iurisconsultis, ijs quidem, qui paulò splendidiorem

doctri-

doctrinam colunt, quales maximè nouimus, excellenti non minus humanitate, quàm doctrina praditos viros, Romæ, Siluestrum Aldobrandinum, Antonium Augustinum: Florentiæ Lælium Taurellum: Mediolani, M. Antonium Caymum: Veronæ, Francisci Morandum: Brixiæ Iacobum Chiziolam, Vincentiũ Portulacam, qui latinè scribendi elegãtia, meo iudicio, ad antiquorum laudem accedũt proximè: Patauij verò, ius ciuile eximia cum laude profitentem, Vidum Pancirolum, familiarem meum, qui noctes vigilat serenas, vt ait Lucretius, assiduoq; studio antiquitatem ex tenebris educit. Primum igitur illud ponatur, veneficij crimen fuisse capitale: alterum, de eo quæsisse nõ prætorem modò, qui & iudex quæstionis dicebatur, verùm etiam iudicem quæstionis, qui prætor interdum non erat: tertium, videri mihi satis manifesto errore Budæum, virum alioqui benè doctum, in suis annotationibus esse lapsum, qui criminalibus, vt appellant, in causis, præter prætorem vrbanum, neminem quæsisse. eumq; tum, nomine commutato, iudicem quæstionis esse dictum, tradiderit. Capitale fuisse veneficium, indicat exilium Oppianici, de veneficio condemnati: cuius mẽtio fit in ea pro Cluentio: & illud in eadem, cùm futurum ait Cicero, si Cluentius veneficij reus damnetur, vt patris sepulchro priuetur. clarissimè autem hoc significatur Institutionum iuris ciuilis libro IV. Probemus alterum, quod paulò difficilius videtur. Iudicum quæstionis duo video fuisse genera: vnum eorum, qui, cùm prætores essent, quæstionis etiam iudices appellabantur: alterum eorum, qui, cùm prætores non essent,

capitali tamen de crimine quærebant. de iudice quæstionis prætore, patet ex ea, quam proximè nominaui, pro Cluentio, in qua ita scriptum est: Iubet lex, iudicem quæstionis hoc est, Q. Voconium, eosq́, qui illi iudices obuenerint, quærere de veneno. Voconium autem prætorem fuisse, duobus argumentis conycio: primum, quod in eo loco paulò antè Cicero dixit: Quid sibi illi scribæ? quid lictores? quid cæteri, quos apparere huic quæstioni video, volunt? lictores enim, qui magistratum non gereret, non habebat. iudicem autem quæstionis magistratus nomen fuisse, certè nemo dixerit. Alterum argumentum est, quod ibidem Cicero subiungit de alijs prætoribus, suam vnoquoque quæstionem exercente. Hæc, inquit, quæstio sola ita gubernatur? quid M. Plætorij, & C. Flamininiinter sicarios? quid C. Orchinij peculatus? quid mea de pecunijs repetundis? quid C. Aquilij de ambitu? quid reliquæ quæstiones? quibus ex verbis, prætorem fuisse Voconium, qui iudex quæstionis appellatur, quis non intelligit? nam, etsi prætores non nominat, satis tamen constat, de prætoribus intelligi. à quibus enim & tot quæstiones, nisi à prætoribus, & tam graues exercerentur, inter sicarios, de repetundis, de ambitu, peculatus? præterea, se quæsiisse de repetundis, in eo loco Cicera dicit. quod ab eo factum in prætura, Valerius, & Plutarchus confirmant. vt omittam, quod quæsitorem Aquillium nominat: cuius annum fuisse legitimũ, eundem qui Ciceroni, ad petendum consulatum, prima docet ad Atticum epistola. ex quo, fuisse collegas in prætura, licet existimare quod etiam libr. II. de officijs

mani-

manifestum est. collegam enim suum Cicero appellat. Rursus iudicem quæstionis Iunium, qui prætor non erat, quæsisse de veneno in Oppianici caussa, docet Pedianus his verbis: Iunius quæsitor fuit in Cluentij caussa, Verre prætore: in qua Oppianicus damnatus est. & alio loco: Damnato Oppianico, res in inuidia fuit, quod pecunia reus videretur oppressus: & princeps illorum iudicum damnatus est C. Iunius, quòd diceretur alios suppositos esse, qui reum damnarent, non eos, quos prætor Verres fuerat subsortitus. neque hic eum Pedianus, neque supra prætorem nominauit. Cicero autem in ea pro Cluentio, Condemnatus est, inquit, C. Iunius, qui ei quæstioni præfuerat, adde etiam illud, si placet: tum est condemnatus, cùm esset iudex quæstionis. & alio loco: Quinctius tribunus ple. conuicium C. Iunio iudici quæstionis maximum fecit. non fuisse autem prætorem, apertè, sic inquam apertè, vt clarius esse nihil possit, idem demonstrat in eadem, his verbis: In hanc flammam recentem C. Iunium, qui illi quæstioni præfuerat, iniectum esse memini, & illum, hominē ædilicium, iam prætorem opinionibus hominum constitutum, de ciuitate esse sublatum. Ecce, non prætorium, sed prætorem opinionibus hominum constitutum dicit: quod, eum prætorem sine dubio futurum, homines opinarentur. prætor autem si fuisset, non eum ædilicium, sed prætorium vocasset: laudabant enim veteres, vbi ornare aliquem vellent, ab eo magistratu, quem postremum gessisset, itaque, homo ædilicius, prætorius, consularis, dicebant. Præterea, cùm prætores in leges non iurauerint, neque sententias tulerint, quod & Cicero,

cero, & Pedianus docent, à Iunio autem iudice quæstionis ideo multa petita sit, vt in oratione pro Cluentio legimus, quia in legem non iurasset: (erat enim illi iurandum idem quod in iudicibus, leges omninò se esse in ferenda sententia seruaturum) satis constat, Iunium, cùm de Oppianico quæsiuit, prætorem non fuisse. Quòd si quis dixerit, non tam Iunium iudicem quæstionis, quam Verrem prætorem, in illa Opianici causa quæsisse, quia Pedianus ita dicat: Iunius quæsitor fuit in Cluentij causa, Verre prætore, & quia idem alio loco sortitionem, & subsortitionem à Verre prætore factã tradiderit: huic ita responderi poterit: sortitionem, & subsortitionem non illius modò iudicij, verũ etiam aliorũ ideo pertinuisse ad C. Verrẽ, quia prætor vrb. erat. quod ipse declarat Cicero in ea pro Cluentio. prætor autem vrbanus de criminibus non quærebat: quare nec vnquam quæsitor dicebatur, sed ius tantùm dicebat, hoc est iudices, & formam iudicij dabat. idemq; iudices, quibus alij prætores ad cognoscẽdas capitales causas vterentur, sortiebatur, & subsortiebatur. quod ex Pediano, & ex ipso etiam Cicerone satis liquet. Accedit locus ex libr. 1. accusationu in Verrem: quo in loco Q. Curtium iudicẽ quæstionis appellat Cicero, in caussa Verrii repetundarum: de qua prætor M. Acilius Glabrio cognoscebat. eumq; Curtium ait Pedianus à Cicerone esse reiectum. Illud addo, cùm iam docuerim, iudicem quæstionis, & prætorem, & non prætorem, de crimine capitali cognouisse, tertium genus iudicum quæstionis interdum fuisse, quorum ius cognoscendi non esset, sed tantummodò subsortiendi. quod locus de Q.

Curtio

Cuttio proximus iam ostendit: quem cognouisse de repetundis, absurdum est credere: cùm, in ea caussa prætorem quæsisse Glabrionem, ex Cicerone, & Pediano satis constet. itaque tertium hoc genus quæsitores dici non poterant: duo illa superiora genera, quoniam quidem quærerent, quæsitores & erant, & propriè dicebantur. Quod autem à Budæo scriptum est, prætorem vrb. vbi de criminibus quæreretur, solùm cognouisse, apertè falsum esse dico. non modò enim solus non quæsiuit prætor vrb. sed nec omninò quæsiuit. ipse ius dicebat: quod, quærere, non est. quærebant cæteri collegæ, cum iis iudicibus, quos prætor vrb. & sortitus, & subsortitus esset. exemplorum plena sunt omnia: vnam, quæ multorum exemplorum loco sit, rationem afferã. Accusat Verrem Cicero in suis libris acerbissimè: præturam vrbanam totam exagitat. obijcit ne vnquam, quod in caussa capitali contra leges aliquid commiserit? nunquam certè. neque dubium, quin Verres, si potestatem illam prætor habuisset, multa fuerit iniquè facturus. Addit idem: prætorem vrb. cùm quæreret, iudicem quæstionis esse dictum hoc certè nemo (de veteribus loquor: hos enim sequor) vnquam tradidit: mirorq;, cur hoc illi, qui suæ sententiæ testem nõ haberet, placuerit affirmare, sed, vt opinor, error ex errore fluxit. nam cùm, prætorem vrb. quærere de criminibus, iã sibi persuasisset: quod omninò falsum est: sequi videbatur, vt idem quæstionis iudex appellari posset. ego autẽ ostendi iam, quæstionis iudicem interdum quæsisse, & prætorem fuisse, non tamen vrbanum, vt quæsiuit Q. Voconius de veneficio: prætorem autem vrbanum Reipub.

pub. temporibus quæsiisse, aut iudicem quæstionis vocatum, neque de veteribus video quemquam fuisse qui dixerit, neque coniecturis omninò vllis adduci possum ad suspicandum. Quæsitoris porrò erat, accusatorem, defensorem, testem, in officio quemque suo continere. Leges, quibus veneficium vindicaretur, Romæ per annos multos nullæ fuerunt. non enim propriè ad veneficium pertinet XII. tab lex illa, Qui fruges excãtassit, &, Qui malum carmen incantassit coërcetor. etsi coniunctionẽ habere quandã videtur cum veneficij crimine. propriè verò, ac nominatim eo primùm anno, quo C. Valerius Flaccus, M. Claudius Marcellus consulatum gesserunt, qui post vrbem conditam, si fastos sequimur, annus CDXXII. fuit, de veneficijs esse quæsitum; legemq; constitutam, Liuius libro IIX. scriptum reliquit. ex quo quantum probitas fuerit, apparet, cùm in tanta ciuitate, per tot annos, veneficij nomine in iudicium vocatus nemo sit. Cornelia postea fuit, L. Sullæ, quam, bello ciuili confecto, dictator tulit, cùm vnus omnia teneret: quod ex his verbis, quæ scripsit Cicero pro Cluentio, manifestum est. Postea, inquit, L. Sylla, homo à populi caussa remotissima, tamen, cùm eius rei quæstionem hac ipsa lege constitueret, qua vos hoc tempore iudicatis, populum Rom. quem ab hoc genere liberum acceperat, alligare nouo quæstionis genere ausus non est. quòd si fieri posse existimasset, pro illo odio, quod habuit in equestrem ordinem, nihil feciisset libentius. quàm omnem illam acerbitatẽ proscriptionis suæ, quæstus in veteres iudices, in hanc vnam quæstionem contulisset. Huius autem legis pœna capitalis non ad

vene-

éneficos tãtùm, sed ea ad eos etiã pertinuit, qui maicis incantationibus homines occidissent, aut qui maa medicamenta publicè vendidissent: omnesq; prorus, nemine excepto, viri, mulieres, liberi, serui, hac lee in iudicium vocabantur. Permissum autem esse reo, t ex illius voluntate, clam, aut palam, à iudicibus sentia ferrentur, ex ea, qua de proximè mentionem fĕimus, oratione cognoscitur. eademq; lege de corruptis udicijs quæsitum, eadem declarat oratio. Secuta est onsularis Iulia, C. Cæsare, qui & ipse dictator fuit. ec tamen deinde ex lege Iulia, sed ex Cornelia, quãuàm vetustior fuerit, iudicia sunt administrata: puo, quia non semper posterior lex priorem comprehendebat, sed interdum aliquid tantùm addebat: vt vniersa pœnè iudicij ratio à priore lege penderet: propteà Corneliam potius, quàm Iuliam, posteriores iurisonsulti nominarunt. De ambitu qua prima lata est, ribunicia Pœtelia fuit, C. Fabio Ambusto, C. Plautio Proculo cos. deinde consularis Cornelia Baebia, à duous eiusdem anni consulibus lata: quæ ne derogaretur, M. Cato, ille maior, diffuasit, vt in Festo legimus. tum, ue Cn. Cornelio Dolabella M. Fulvio Nobiliore cos. ata, vt ex epitome Liuiana colligitur: qua vtrum tribunicia fuerit, an consularis, conijcere non licet. Mulis deinde post annis consularis Calpurnia: quã C. Calurnius Piso cõsul, anno ab vrbe cõdita DCLXXXVI. rauiorem, quam antea, tulit: in qua, prater alias pœas, pecuniaria quoque erat adiecta. huic legi ob nimiam eius seueritatem puto aliquid postea derogatum. ã in Oratione pro C. Cornelio, de quattuor generibus

in

in quibus per senatum more maiorum statueretur aliquid de legibus, tertium Cicero memorat hu verba. Tertium est de legum derogationibus. quo de genere persæpè S. C. fiūt, vt nuper de ipsa lege Calpurnia, quæ derogaretur. nunquàm enim Calpurnia lex est abrogata: quam seruari Cicerone consule, ex oratione pro Murena cognouimus: sed ei derogatum aliquid, quod ita senatus censuisset ea quæ recitaui, verba significāt. Hac lege accusatoribus præmium videtur fuisse, vt, si ipsi ambitus damnati essent, aliorumq; eodem in genere culpam demonstrassent, in integrum restitueretur. id apparet (vt alia omittamus exempla) ex Oratione pro Cluentio: quam post Calpurniam legem habitam esse, ex eo constat, quia prætor Cicero eam causſam egit. quod si accusator magistratum designatum in iudicium vocasset, eiq; culpam iudicibus probasset: reus magistratum amittebat, accusator eius locum assequebatur: si modò ei per ætatem, & per leges magistratum illum capere liceret. suspicatis licet hoc è Syllæ Autroniq; notissimo exemplo: quibus de ambitu, cùm designati consules essent, damnatis, accusatores eorū Torquatus & Cotta consules facti sunt. nisi si, quod ego verius existimo, consules non legis præmio factos intelligas Torquatum & Cottam, sed quia, comitijs post Syllæ Autroniq; damnationem iterum habitis, populus eos creauerit. Tertium præiuinum lege datū accusatori, hoc quidem in crimine, tribus permutationem inuenio: si modò ea tribus, in qua reus censeretur, nobilior esset, quā tribus accusatoris. hoc in oratione pro L. Balbo Ciceronis illa verba declarant. Obiectum est

etiam

etiam, quod in tribum Crustuminam peruenerit: quod hic assecutus est legis de ambitu præmio. Quod si nullum ex eo præmium accusator consequi posset, hoc est, neque suam ipsius absolutionem, quia damnatus non esset: neque vllum, deiecto reo, magistratum: neque tribum, quia Rei tribus nō esset accusatoris tribu nobilior: pecuniam illi de publico esse datam, licet opinari. id autem ex eo suspicor, quod Asconius in Orationis pro Milone commentario, Milo, inquit, postere die factus reus ambitus apud Manlium Torquatum, absens damnatus est. illa quoque lege accusator eius fuit Ap. Claudius: &, cùm ei præmium lege daretur, negauit. non enim est vt intelligi possit, præmium illi lege datum aut ipsius absolutionem, nec enim recusasset: aut Milonis magistratum, qui designatus non erat, aut permutationem tribus, cùm ipse in tribu rustica nobilissima censeretur. Claudios enim Pulchros in tribu Claudia fuisse, ex Liuio cognoscitur. reliquum igitur fortasse pecunia fuit: quam accipere, dignitatis non erat: itaque Appius, patricia familia natus, Appij, viri consularis, & auguris, filius, negauit. Post Calpurniā Tullia fuit, cōsularis & ipsa, lata à M. Tullio Cicerone cōsule: quæ & pœnā grauiorē, quā Calpurnia, & præterea aqua & ignis per annos X. interdictionem, hoc est, X. annorum exilium irrogauit ordini senatorio. itaque sine causa mirantur nonnulli, parùm videlicet attentè in legenda historia versati, cur Cicero in Oratione pro Sylla de Autronio dicat, Relictus intus, exspectatus foris. Et de ipso Sylla: Abfuit ab oculis vestris, &, cùm lege retineretur, ipse se exilio pœnè multauit. quibus verbis de ambitu

bitu damnatis, quo crimine Autronius, & Sylla pœnas dederãt, ciuitatẽ non esse lege Calpurnia ereptã, significat: cum idem in Oratione pro Plancio scriptum reliquerit: Nunc postulatur à vobis, vt eius exilio, qui creatus sit, iudicium populi Ro. reprehendatis. quo declarat, Plancio exilium, si de ambitu damnatus sit, pœnam futuram. pugnare omninò hæc inter se videntur: sed conciliantur distinctione temporum, nã Sylla, & Autronius damnati sunt ante Ciceronẽ consulem, Lepido & Tullo cos. eã lege, quã C. Calpurnius Piso tulerat: quæ cũ esset seuerissima, damnatis tamen exilium non inferebat. oratio aũt pro Plancio post Ciceronis cõsulatũ habita est. quo tempore iudicia de ambitu ex ea lege, quam ipse consul Cicero tulerat, exercebantur: qua lege exilium senatoribus irrogatum esse, non obscurè pro Murena oratio demonstrat. exilium aũt nõ per omnem vitã, vt in alijs criminibus capitalibus, sed per decennium fuisse, tradidit Dio lib. XXXVII. Polibius tamen in eo libro, quem scripsit de rerump. generibus, apertè significat, multò antè legem Tulliã, atq; etiam Calpurniam, capitalem ambitum fuisse. ait enim sic: Pecunijs palam apud Carthaginienses magistratus emuntur. quod Romæ capitali pœna vindicatur. illa porrò temporibus Africani minoris Polybius prodidit. vt nouam postea legem, vetere abrogata, de ambitu latã credere sit necesse, quæ capitis pœnam ademerit. Aut, dicamus Polybij ætate capitalẽ fuisse ambitũ non lege, sed more: cùm eo de crimine, deq; alijs item capitalibus nondum prætores quærerent, sed populus ipse tributis comitijs iudicaret. quod idem Polybius in eodẽ libro

docet

docet his verbis: Capite damnandi solus potestatem ha
bet populus. In Tullia illud quoq; scriptum est, ne quis
biennio, quo magistratū petijsset petiturúsue esset, gla
diatores daret, nisi ex testamento præstituta die, ne
quis prandia vulgò daret. quam legem cùm P. Vatinius contempsisset, objecit ei Cicero tantā licentiam atq;
arrogantiam in asperrima illa interrogatione, & in
oratione pro Sextio. In Ausidia tribunicia, quā tulit M.
Ausidius Lurco, eadē fuere, quæ in superioribus, noui
hoc, vt, qui nummos in tribu pronunciasset, si non dedisset, impunè esset: sin dedisset, vt is, quoad viueret,
singulis tribubus HS CIↃ CIↃ CIↃ deberet. Consu-
lares præter ea duas inuenio, Pompeiam, & Iuliā, Cn.
Pompeij Magni, & C. Iulij Cæsaris, quipostea dicta-
tor fuit: quæ quid aut diuersum, aut amplius, quàm
quæ anteà latæ fuerant leges, habuerint, explorati nō
est. id quidem facilè crediderim, cum lege Tullia de
ambitu damnatis aqua & ignis interdictio, hoc est, exi
lium, per X. annos irrogaretur, lege, quam Pompeius
I. consul tulit, diuturnius exilium aut fortasse perpe-
tuū, esse irrogatum. nam in hac lege pœnam grauiorē,
quàm anteà, & formam iudiciorum breuiorem Pedi-
anus nominat. hoc etiam hac lege sancitum esse video,
ne rei laudarentur. quod idem Pompeius cum in Plan-
cio iudicio non seruasset, M. Cato iudex Pompeij lauda-
tionem legi vetuit. itē illud, quod Appianus lib. 2. bel.
scriptum reliquit, vt alterum indicanti daretur im-
munitas. quod etiam lege Calpurnia sancitum, suprà
ostendimus. cur igitur idem sua lege Pompeius itera-
rit? dixi iam, derogatum aliquid Calpurniæ legi. hoc

fortasse illud est, quod fortasse Pompeius, crescente ambitu, renouandum putauit. Idem hoc tempore iudicum numerum videtur constituisse CCCLX. quod & Velleius lib. 2. & Plutarchus in Pompeio declarat. & pro CCC. legendum puto CCCLX. in epistola Cœlij, fam. lib. IIX. nisi si aut Velleium, & Plutarchum malu esse mendosum. quàm epistolam Cœlij, vt vbique legatur, CCC. aut mendum æquè apud omnes esse, aliquis existimet, nec CCC aut CCCLX sed CCCL. iudices fuisse, vt eorum numerus cũ numero tribuũ, quæ XXXV. erant, congruat, quod ex singulis tribubus deni crearentur. Hanc legem significat in Panegyrico Plinius, his verbis: Annonæ aliquando cura Pompeio non minus addidit gloriæ, quàm pulsus ambitus campo. Legem item Iuliæ capitalem ambitus fuisse, apud Iustinianũ scriptum est. Crimen de corruptis iudicijs ipsum quoq; capitalem crediderim id ex eo conijcio, quod C. Gracchus tribunus plebis eam legem in ordinem senatorium tulit, cæteros ordines excepit: vt in Oratione pro Cluentio legimus. Cùm igitur & crimen ipsum per se grauissimum fuerit, (quid enim grauius, quàm innocentem, accepta pecunia, condemnare?) & Gracchus eam legem, vt in eadem Oratione ait Cicero, pro plebe tulerit, ad licentiam senatorij ordinis retundendam: leniore pœna eum contentũ fuisse, verisimile non est. quòd eò magis existimo, quia postea crimen hoc L. Sylla cõprehendit ea lege, quam de veneno tulit, vt capitale crimen cum capitali, venenum scilicet cum iudicijs corruptis, coniunxisse videatur. hoc orationis pro Cluentio (ne pluribus vtar exemplis) partes multa declarãt.

& Sylla equestri ordini admodum fuit infensus, senatorij verò studiosissimus: Gracchi tamen legem in hoc secutus, equestrem ordinem, & plebem periculo liberauit. Quod autem coniectura adductus existimabam, id legis XII. tab. testimonio Gellius cõfirmat: in qua scriptum esse ait, vt, qui ob rem iudicandam pecuniam accepisse conuictus esset, capite puniretur. vt Gracchus nõ hoc ipse nouum sanxerit, sed à XII. tab. petitum in suã legem transtulerit, Romæ autem quis iudicium primus corruperit, ignoratur. quod & à Plutarcho traditum est in vita Coriolani. Athenis verò, idem scribit, Anytum, Anchemeonis filium, hanc pestem induxisse primum. Vnum addam ad ingenia excitanda, quod, quæstionibus positis, maximè fit: mirari me vehementer, cur in ea, quam proximè nominaui, oratione pecunias ob iudicandum captas Cicero Repetundas vocet, quas diuersas fuisse nemo nescit: de quibus etiam propria lege quærebatur: cùm de ijs, quæ ob rem iudicandam essent acceptæ, lege Cornelia de veneno cognosceretur. nisi si pecuniæ repetundæ dicebantur non eæ solũ, quas prouinciarum rectores contra leges accepissent, verũ & illæ, quarum caussa, qui ob iudicandũ eas cepissent, in iudicium vocarentur. quodam enim modo, cùm aduersus eos ageretur, iudicio repeti pecunia videbatur. ideò facilius crediderim, quia lege Iulia de repetundis non rectores modò prouinciarum, sed eos etiam, qui pecunia corrupti aliquid in iudicio vel commisissent, vel omisissent, esse comprehensos, iurisconsultorum libri demonstrant. nec sanè, si ad rationem animus referatur, video quid interfit, vtrùm à socijs, publico fungẽs munere,

nere, pecunias contra leges, an à ciuibus aliquis accipiat. Adulterium lege Romilia capitale fuisse, litteris proditum est sic inquam capitale, vt pœna mors esset. tulit enim Romulus legem his verbis: Adulterij conuictæ vir, & cognati, vti volent, necanto quod item lege Iulia confirmatum est: qua lege supplicio afficiebantur eodem, qui cum maribus nefandam libidinem exercuissent. stupratoribus autem, si essent honesti, pœnam irrogabat, publicationem partis dimidiæ bonorum: & capitale tunc stuprum non erat: sin humiles, corporis coërcitionem cum relegatione quinquennali, nisi per vim stuprum commissum esset: si per vim, tempore non præfinito. Et inter liberas tantùm personas, vt scripsit Papinianus, adulterium stuprumue passas, lex Iulia locum habuit. Quod autem, inquit, ad seruas pertinet, & legis Aquillia actio facilè tenebit, & iniuriarum quoque competit. Hanc legem ab Augusto, non à C. Cæsare, qui eum adoptauit, esse latam Vlpianus tradit. Fuit etiam Scatinia, quam C. Scatinius Aricinus tribunus pl. tulit in eos qui alienam pudicitiam solicitassent, aut suam ipsi prostituissent: quibus pœnam irrogauit X. millia nummum. est autem hæc lex multis ante Iuliam annis lata, satis leui pœna, quam Iulia capitalem fecit, non tamen, vt opinor, in eos, qui alienam pudicitiam tentassent, sed in eos, qui præpostera vel aduersi, vel auersi venerem exercuissent. De falsis, quod in Polybio, Cicerone, Gellio scriptum inuenerim, lex fuit XII. tab. vt qui falsum testimonium dixissent, è saxo Tarpeio deijcerentur. Posteà, huius legis exemplum secutus, L. Sylla dictator legem tulit, qua seruis vltimum

supplicium, liberis aqua & ignis interdictionem irroga bat, si quis in testamento, alióue scripto, aut nummo fraudem aliquo modo feciſſet, qua de lege mentionem facit Cicero in Verrem. Partus etiam ſuppoſititios, aſſeuerationem falſi nominis, vel cognominis, ſigna ad. ulterina, & ſi quis ſe pro alio gereret, vel illicitè inſignibus vteretur, ad legem Corneliam L. Sullæ, quam proximè nominauimus, pertinuiſſe conſtat: præterea, qui duobus diuerſa teſtimonia præberent, quiq; duobus eandem rem diuerſis (vt hoc vtar verbo) contractibus in ſolidū venderent: itē qui, ad litem falſam inſtituendam, pecuniam acciperent, eámue in rem coirent, conſentirent, celarent, non obſiſterēt. De ijs, quos plagiarios vocarunt, legem Fabiam inuenio, qua capitis pœnam interdum grauiorem, interdum leuiorem, perſonarum, & rerum habita ratione, irrogabat. nam, ſi quis liberum hominem ſciens emiſſet, aduerſus eum, ait Vlpianus, capitale crimen ex lege Fabia de plagio naſcebatur. Tutelarum quàm diligenter apud veteres habita ratio ſit, inde conſtat, quòd ſuſpecti tutoris iudicium, vt ex Cicerone cognoſcitur, lege xij. tab. capitale fuit. Et, ad arcendam infamiam, alia ſancitum eſt lege xij. tab. vt, ſi quis actitauiſſet, carmēue condidiſſet, quod infamiam flagitiúmue alteri inferret, capite puniretur. atque hoc poſtea L. Sylla, lege lata, maieſtatis crimen fecit, vt Cicero in epiſtola ad Appiū ſignificat his verbis: Eſt maieſtas, vt Sylla voluit, ne in quemuis impunè declamare liceret. Furta quoq; veteres Romani capitali pœna vindicarunt, video enim, in xij. tab. ita ſcriptum eſſe:

Si quis nocte furtum faxit, & im aliquis occisit, iure cæsus esto: &, Fur manifesto furto prehensus interdiu si se telo defenderit, & im aliquis occisit, iure cæsus esto: &, Frugem, aratro quæsitam, furtim noctu si pauerit, secueritue pubes, suspensus Cereri necator: impubes verberator, noxiamq; duplionem præstato. Et clandestina corruptionis capitale crimen fuit. nam, vt Porcij latronis declamatio demonstrat, lege XII. tab. cautum est, ne quis cœtus nocturnos in vrbe agitaret: idq; si quis feciſſet, capite multaretur. postea lex Gabinia idē sanxit. *Hæc de legibus, quibus capitalia crimina puniuentur. Fuerunt alia de minoribus culpis, parem flagitio pœnam inferentes, hoc est minimè capitalem, vt illa XII. tab. Si quis iniuriam alteri faxit, CCCXV. aris pœna sunto & illa, huic admodum simulo: Qui iniuria ceciderit alienas arbores, luito in singulas æru XXV. Atque has leges magna ex parte lex Aquillia de iniuria, ab Aquillio tribuno ple. rogata, correxit: de qua mentionem facit Vlpianus his verbis: Lex Aquillia omnibus legibus, quæ antè de damno iniuriáue locutæ sunt, derogauit, siue lex XII. tab. siue alia quæcunque fuerit fuit autem ea lex plebiscitum, cùm eam Aquillius trib. pl. à plebe rogauerit. Fuit etiam Atinia de furtis, ne quid surreptum vsu capi posset. sed ius rei suæ vindicandæ penes eum, cui surrepta esset, perpetuò maneret. Furti verò iudicium inter famosa turpiaq; iudicia numerabatur: quibus damnati, omni honore ac dignitate in perpetuum excludebantur, vt neque magistratum vllum capere, neque in senatum peruenire vnquā possent. quod in Oratione pro Cluentio demonstratur. In-*

iuria

uriæ nomine & vis, non modò publica, verùm etiam
riuata continetur. nam L. Sylla, ad arcendam vim,
egem tulit de iniurijs: de qua sic digestorum libr.
LVII. Lex Cornelia de iniurijs competit ei, qui iniu-
iarum agere volet, ob eam rem, quod se pulsatū, ver-
eratúmue, domúmue suam vi introitam esse dicat.
ua lege cauetur, vt non iudicet ei, qui agit, gener, so-
er, vitricus, priuignus, sobrinúsue. prætórue eorum, qui
us verbis, omnem iniuriam quæ manu fiat constat le-
e Cornelia contineri. Huc referri potest, quod in agra
ia lege latum à C. Cæsare Callistratus ait: vt, qui ter-
inos statutos extra suū agrum finésue dolo malo mo
issent, pecunia multarentur. Sunt etiam de sodaliti-
leges, prima Romuli, secunda XII tabularum, tertia
abinia, quarta Licinia, quincta, & postrema, vt o-
nor, Clodia, quæ non ad vnum sed ad plura sodalicij
enera pertinent. fuerunt enim sacrorum caussa, co-
essationum, ambitus, opificum. postremò etiam con-
a Rempub. sodalicia, vt coniurationes, coitionesq; no
turnæ. Lex Romuli, de qua iam diximus, hæc fuit, No
turnas in templo vigilias ne habēto: tum, ne quid per
octem in æde sacra minus fortasse cautè committere-
ur: tum etiam, ne quid inuretur occulta fraudis contra
empub. Secundo loco sancitum videtur esse in XII.
abulis, ne quis in vrbe cœtus nocturnos agitaret. nox
nim facinus occultans impunitatis ferè spem promit-
t: ideo nocturnæ coitiones cauendæ. hanc legem nomi
at Porcius Latro in Oratione aduersus Catilinam pœ
am non memorat, sed, eam capitalem certè non fuis-
e, ex eo conijcimus, quod idem Latro hæc subiungit:

Deinde Lege Gabinia promulgatum, qui coitiones vllas clandestinas in vrbe constauisset, more maiorum capitali supplicio multaretur. Patet igitur, vtraque lege omnia sodalicia generatim interdicta, posteriore pœnam etiam capitalem irrogatam. at quam pœnam? nam etiam capitis pœna exilium fuit non dubito, quin de hac sit intelligendum, cùm in ea lege scriptum sit, More maiorum. nam More maiorum antequam Porcia, Semproniæq; leges ferrentur, crimine rerum capitalium damnati necabantur. Sic etiam loquitur apud Sallustium Cato in oratione, qua coniuratos vita priuandos censuit: De confessis, inquit, sicuti de manifestis rerum capitalium, more maiorum supplicium sumendum censeo. Non igitur omnes coitiones, sed nocturnæ xij. tabulis, Gabinia verò lege omnes clandestinæ, siue nocturnæ, siue diurnæ, sunt interdictæ. nam, honesta sodalitia lege xij. tabularum esse permissa, Caius iurisconsultus libr. 4. ad legem xij. tabu. l. vltim. de coll. indicat, his verbis: Sodales sunt, qui eiusdem collegij sunt his potestatem lex facit, pactionem, quam velint, sibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant. Sed hæc lex videtur ex lege Solonis trãslata esse. Et Martianus prohibitum negat, rei diuinæ causſa, coire, dum ne quid contra S.C. fiat, quo illicita collegia coërcentur. Si quis autem, illicitæ rei causſa, coiisset, ea pœna teneri Vlpianus ait, qua tenentur ij, qui hominibus armatis loca publica, vel tẽpla occupasse iudicati sunt: quibus, aqua, & igni interdictum esse, constat. Sodalitates, quæ comessationũ causſa fierent, nomination nulla lege vetitas inuenio. quamquam nec

soda-

sodalitas, vt opinor, vlla proprio comessandi nomine est institutа, sed multa sacrorum caussa : ex quo deinde sequebatur inter Sodales epulatio. hinc illa Catonis Censorij apud Ciceronem in libro de senectute: Sodalitates, me quaestore, constitutа sunt sacris Idaeis Magnae Matris acceptu. epulabar igitur cū Sodalibus. Licinia lex, de Sodalitijs lata, ad ambitū pertinuit: sanxit enim, ne quis coiret, magistratus adipiscendi gratia: quod à Laterensi obiectum Cn. Plancio, ostendit Cicero in oratione pro ipso opificum autē Sodalitates, quae Collegia dicebantur, sapè tum senatusconsultis, tum legibus etiam interdictas, ex Pediano cognoscitur: postremò, vt idē Pedianus ostendit, cū eas L. Caecilio, Q. Marcio cos senatus sustuliſſet, Clodius post nouem annos, lege lata, restituit quod in Pisoniana Cicero reprehendit, his verbis: Collegia, non ea solùm, quae senatus sustuleraт, restituta, sed innumerabilia quaedam ex omni face vrbis, ac seruitiorum, constituta. Multorum igitur, quacunque de re, coitiones in libera ciuitate senatus non probabat, qua de re S. C. esse factum, cū alibi scriptum legimus, tum libr. II. ep. ad Q. Fratrem Cicero demonstrat. Eo die, inquit, factum est S. C. vt Sodalitates, decuriatiqúe discederent. Lectoria fuit, de pœna in eos, qui adolescentes circumscriberent: quibus etiam, vt ijs caueretur magis iubebat curatores dari. Remmia contra eos, qui sine caussa, & temerè accusarent. Clodia, quam tulit P. Clodius tribunus plebis, qui Ciceronem iniqua rogatione in exilium eiecit, de publicis iniurijs : quam Anagnini nescio cuius Menula caussa, hominis impuri,

puri, latam, reprehendit Cicero in oratione pro domo. De alea Titia, & Cornelia, illa, vt opinor, tribunicia, hæc consularis: etsi Cornelij etiam plebeij fuere, vt is, quem Cicero defendit: gessit enim tribunatum ple. Tū Iulia de Annona, & illa, quæ ignominia sontes reos non tarent, ne capere magistratum, ne inter iudices legi, ne alterum liceret accusare. quibus omnibus pœnam quidem esse irrogatam, non tamen capitalem, legitur. quo mirari minus licet, si de ijs nec ita multa veterum in libris reperiuntur. nos autem nihil de nostro: antiqua narramus, ab antiquis tradita: & ex eorum scriptis oratio nostra, siue paulò sit vberior, siue restrictior, tota pendet. Hactenus de numero, nominibusq; legum, quæ ad ius & publicum, & priuatum pertinent, nunc, vt in eo, quem instituimus, doctrinæ ordine pergamus: Legis definitionē, à quibus leges latæ sint, quo modo latæ, quo in loco, quo tempore, quibus de causis, qua postremo vi legis esset, quam licebit diligēter exponemus. Legem Ateius Capito definiebat his verbis: Lex est generale iussum populi, aut plebis, rogante magistratu. Lex igitur fuit, non modò quæ comitijs Centuriatu, in campo Martio, ferente suffragium vniuerso populo, id est patricijs, & plebeijs, in centurias distributis, rogante maiore magistratu, ferebatur, verùm etiam quæ tributis comitijs, in foro, ferente suffragium plebe, sine patricijs, in tribus distributa, rogante maiore magistratu, id est, tribuno pleb. nam solus tributis comitijs legem tulit, solus autem inter minores magistratus: quia consules, etiam tributis comitijs, legem tulisse, constat. In ijs verbis non videtur Capito

plebi-

plebiscitum à lege distinxisse. At Lælius Felix apud Gellium : Tribuni, inquit, neque aduocant patricios, neque ad eos referre de re vlla possunt : ita ne Leges quidem propriè, sed Plebiscita appellantur, quæ tribunis pleb. ferentibus accepta sunt. quibus rogationibus ante Patricij non tenebantur, donec Q. Hortensius dictator eam legẽ tulit, vt eo iure, quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur. A quo, ego, tempore Plebiscita Leges appellari cœpta, quandoquidem legum vim Hortensia lege iam obtinerent, facilè crediderim. nam antea, quæ tributis comitijs ferebantur, Plebiscita constat esse nominata. Varro quidem, quo nemo diligentius antiquitatis vsum retinuit, Legem tamen vocat, quam tribunus pl. M. Plætorius tulerat : quod appellari Plebiscitum, multis post annis Censorinus maluit. Sed, de Plebiscitis, quæ Lælius, eadem ferè Festus. Scita plebei appellantur, inquit, ea, qua plebs suo suffragio sine patribus iussit, plebeio magistratu rogante. Verùm & Lælius, & Festus propriè loquuntur, ad prisca illa tempora spectantes. nam postea paulatim obtinuit consuetudo, vt Legu nomen de plebiscitis etiam vsurparetur. Eodemq; modo contra definitionem Capitonis, qui generale iussum, Legem appellauit, quæ de vno ciue populus iussit, Leges dicta: licet priuilegia verius, vt essent, sic etiam appellari possent. cuius generis exempla, de imperio Cn. Pompeij, de reditu Ciceronis, de cæde Clodij quæstio Gellius commemorat. in quo illud animaduertendum: Cùm in XII. tabulis esset scriptum, ne de singulis, nisi centuriatis comitijs, ferri posset, quod in lege de reditu Ciceronis obseruatum est,

de

de imperio tamen Pompeij, tributis comitijs, rogante Manlio, tribuno pleb. actum esse. Sed, siue populi scitum, siue plebiscitum esset: quorũ alterum magistratu patricio, alterum plebeio rogante factum esse, ex Festo cognoscitur: siue ad plures homines, plurésue, res, aut ad omnes homines, omnesúe res, aut ad vnũ hominem, vnamúe rem, pertineret: prorsus omnia populi, plebisúe iussa, tum regi, tum etiam rogationis nomine, quia populus, plebsúe à magistratu rogaretur, appellari solita, veterum monumentorum obseruatio declarat quod Gellius quoque notauit. Nam, quod Aelius Gallus, vt apud Festum scriptum est, aiebat, inter Legem, & Rogationem hoc interesse, quod Rogatio esset genus Legis, quæ autem lex, non continuò rogatio: quod ita Festus exponit: Rogatio est, cùm populus consulitur de vno, pluribusúe hominibus, quod non ad omnes pertineat & de vna, pluribusúe rebus, de quibus, non omnibus sanciatur: id mihi, (pace vtriusque dixerim) falsum videtur. nomen enim ipsum Rogationis ostendit, omnes siue ad vnum, plurésue homines, siue ad vnam, plurésue res pertineant, vno rogationis vocabulo appellari posse. nam, vt Gellius animaduertit, nullum populi, plebisúe iussum fieri potest, nisi populus, aut plebs rogetur. quod dum fit, ea verè rogatio est, & dicitur: idq; etiam post lata suffragia nomen manſit. quamquam frequentius omninò, de quocunque populi, plebisúe iussu, in antiquorum scriptis Legis nomen inuenitur. Leges autem nec nisi à magistratibus, nec nisi comitijs ferebantur, idq; probandum exemplis non existimo, ne, quæ ipsa per se satis

tis aperta res est, in ea demonstranda superuacaneam operam suscipiam. sed, quia nec vnus magistratus, nec vna comitia erant: vtrum ab vno, an ab omnibus magistratibus & vtrum vnis, an omnibus comitijs ferrentur, aperiendum videtur. Ferebantur leges à magistratibus maioribus quattuor, vno minore: à maioribus, prætore, & consule, qui ordinarij magistratus erant: item à dictatore, & interrege, qui maiores quidem, ordinarij tamen non erant, neque populi comitijs creabantur. censor autem, etsi erat inter maiores magistratus, ius tamen ferendæ legis, aut habendorum comitiorum non habebat. ideò dixit Plinius libr. xxxv. capite xvij. Lex Metilia exstat, Fullonibus dicta, quã censores dedere ad populum ferendum. minor magistratus, qui leges ferret, tribunus pleb. erat. nam ædiles cur. quæstores, ædiles pleb. III. viri capitales, III. viri monetæ cudendæ, tribuni mil. tam Rufuli, quàm Comitiati, etsi magistratus erant, leges tamen non ferebant: ijq; neque viatorem, vt tribunus ple. neque lictorem, vt consul, & prætor, habebant: propterea tum vocandi, ac prehendendi iure, quod consul, & prætor habebant: tũ etiam prehendendi, quod vnũ tribuni ple. erat, omninò carebant qui verò potestatem neque vocationis haberent, neque prehensionis, eos magistratus à priuato quoque in ius vocari potuisse, & M. Lauinum ædilem cur. à priuato in ius eductum esse, tradidit Varro lib. XXI. rerum humanarum. Verùm, quæ doctrinæ caussa à me traduntur, veterũ testimonio singula confirmare, & exemplorũ multitudine librum infercire, minimè necessariũ existimo: nõ solùm, quod historia,

storia, libriq, vnde ipsi hæc hausimus, omnibus patent: sed etiam quod exempli referta narratio dignitatem non habet putida potius cuiusdam diligentiæ, & ambitionis ineptæ speciem quandam præ se fert. Legislatores aut tributis comitijs, aut centuriatis, aut etiam, vt in imperio mandando, & in adoptionibus, curiatis legem ferebant si tributis, aut cum S. C, aut sine: si cēturiatis, è S C semper plus omninò dignitatis, atque auctoritatis in centuriatis, sed potestatis non minus erat in tributis æquè enim populus vniuersus tenebatur ijs legibus quæ tributis comitijs ferebantur, atque ijs quæ centuriatis. idq, sanctum esse lege à Q. Hortensio dictatore lata, cùm antè iure eo, quod statuisset plebs, patricij non tenerētur, Lælij testimonio iam probauimus. Hortensius, quæ rogata plebs fanxisset, ideò pertinere ad omnes Quirites voluit, vel, vt iura plebis augeret, cùm plebeius ipse esset: vel vtili Reipub. consilio, quod in libera ciuitate dissimilem ciuium conditionem discordiæ semina putaret. in quo dissidentes veterum opiniones licèt agnoscere. nam, quod Hortensio dictatori à Lælio tribuit, scribit Gellius, id ad Q. Publilium Philonem dictatorem Liuius refert, qui multis annis ante Hortensium dictator fuit. rursus neque ab Hortēsio, neque à Philone, sed multò antè à L. Valerio Potito, & M. Horatio Barbato cos. eam legem esse latam, Dionysius tradit. quæ in varietate verum internoscere difficile sit. nisi fi, quod res est, non tanquam nouam legem esse latam sed quasi veterem à duobus dictatoribus, Philone, & Hortensio, renouatam intelligas. Scripsit etiam idem Lælius, cùm tribunus ple. populum ad-

esse

esse iuberet, non comitia, sed consilium edicere debuisse: cùm non vniuersum populum, sed plebem tantùm, quæ pars populi est, aduocare tribunus posset. verùm hoc, quod à Lælio scriptum in Gellio legimus, obseruatum sit, necne, haud sanè mihi certum est. quin, quò me inclinat coniectura, eò me dare si velim: comitia, quæ tribunus pleb. haberet, dicta crediderim, non solùm post legē Hortensiā, qua discrimine sublato, tribunicijs rogationibus ciues oēs parituræ subiecit, sed antea quoq;, cū plebiscitu patricij nō parerēt quid enim? nónne tributa comitia dicebātur, quæ designādis minoribus magistratibus haberētur? at tributa comitia nō et à tribuno pl. habebātur? an igitur est, qui, cū tribuni pl. esset designādi, eius rei causſa consiliū à tribuno edictū legerit? quod si quis, vt omninò Lælij distinctio confirmetur, non de eo populo, qui ad designādos magistratus, sed de eo, qui ad sciscendam legem aduocaretur, accipi velit: ne hoc quidem assenserim: cùm, aliter esse, ipso Cicerone magistro didicerim. vocat enim hic noster lib. 2. de diuinatione comitia & in legum iure, & in iudicijs populi, & in creandis magistratibus. præterea in oratione pro Sextio: Venio, inquit, ad comitia, siue magistratuum, siue legum & Liuius lib. XXXI. Rogatio, inquit, de bello Macedonico primis comitijs ab omnibus fermè centurijs antiquata est. & ibidem: Pro se quoque consulem hortari, vt de integro comitia rogationem ferendæ ediceret. & libro XLV. Macedonicus exercitus imperatori erat negligenter affuturus comitijs ferendæ legis. tam verò & de reo iudicando comitia dicta, quæ tribunus pl. haberet, exempla te-

stantur, vt in 3. de legibus, 2. de diuinatione, & apud Liuium quatuor libris, III. XXVI. XL. XLIII. Quãquã si quis ipsa Lælij verba paulò attentius cõsideret, intelliget, nec ab ipso traditum id, quod nos, quasi traditum, exemplis redarguimus. aut enim, qui nõ vniuersum populũ, sed partem aliquam populi adesse iuberet, eũ non comitia, sed consiliũ edicere debere. quibus verbis, non quid fieret, sed quid fieri deberet significat. notat igitur, & quodam modo reprehendit depravatam consuetudinẽ. sicuti eodem loco, cũ infert: Itáne leges quidẽ propriè, sed plebiscita appellãtur, quæ tribunis pl. ferentibus accepta sunt. quo in loco, Appellantur, accepit, pro, appellari debent. quod enim tradidit, obseruatũ non esse, quæq; tribunis rogantibus plebs iussit, ea tũ plebiscita, tum leges & à Liuio, & ab alijs dici, sæpè licèt animaduertere: sicuti & consiliũ plebis, & comitia de eo Postumo apud eundem Liuium libro XXV. Legem laturus magistratus scribebat eã domi, & cũ peritis consulabat: ne quid contra populi rem, aut voluntatem sanciret. ne fortè pugnãtia capita simul ferret: néue quid, quod vetus aliqua lex, si ferretur, mane infirmumq; iuberet esse: (etsi, quæ postea ferretur lex, superiores omnes, præter Sacratas, abrogabat) ne curationẽ, potestatem, commodumue aliquod ipse sibi sua lege, aut collegis, cognatis, affinibus mandaret; quod leges duæ, Licinia, & Aebutia, fieri vetuerunt. contra quas leges fecit P. Clodius: tulit enim, quod in oratione pro domo traditũ est: vt sibi Ciceronis ædes liceret possidere. etiã illud in scribenda lege cauebatur, ne pluribus de rebus, quæ non eiusdẽ generis viderentur, vna

roga-

rogatione ferretur: quod fieri cùm lex Cæcilia & Didia vetabat, itaq; à Clodio factũ accusat Cicero pro domo sua: tum, faciendũ non esse, indicat idem in suarũ legũ lib. III. hu verbis: Qui agent. non plus quã de singulis rebus consulunto. nam, Consulunto, est populum rogunto. consulitur enim populus, cũ lex rogatur: itaq; in oratione pro Milone: Nihil, inquit, de eius morte populus consultus, nulla quæstio decreta à senatu est. & pro domo sua: Si populus de ista re consultus esset. & Festus: Rogatio est, cùm populus consulitur etiam in senatu, Consulere, est rogare sententias. ad Att. lib. xij. Hic me laudat, inquit, quòd retulerim, non quòd patefecerim, quòd cohortatus sim quòd denique, antè, quàm consulerem, ipse iudicauerim. Addebatur illa exceptio: vt, si quid ius non esset rogari, ne esset rogatum. quod in oratione pro domo notauimus. item: si quid cõtra alias leges eius legis ergo latum esset, vt ei, qui eã legem rogasset, impunè esset. quod fuisse tralaticium, hoc est, scribi solitum in omnibus legibus, tradit Cicero libro III. epist. ad Att. Hæc igitur, quæ proposui, quasi legitima à bonis viris in ferenda lege omnia cauebantur. sed, vbi rationem vicit libido, spreta bonorum consuetudine, nihil præter suam potentiam & vtilitatem in lege spectarunt. ideo sæpè leges Clodij, aut Vatinij alienas à more maiorum, acerbè reprehensas à Tullio videmus. Scripta lege, legislator benè de Repub. sentiens, antè quàm eam promulgaret, referebat ad senatum, vt, quòd plus ponderis maioremq; vim lex haberet, de senatus eam sententia ferret. popularis verò, ac seditiosus magistratus, vt Vatinius tribu-

nus pleb. Cæsare consule, non modò prætermissa senatus auctoritate, sed interdum etiam contra senatus auctoritatem, legem rogabat. Promulgabatur deinde lex, id est, in publico ponebatur: est enim Promulgare, vt ait Festus, quasi promulgare. id autem eò fiebat, vt inspicerent qui vellet, inspectam considerarent: non solũ, vt intercedi posset ante, quam ferretur: verùm etiam, vt aliquanto antè statuere cuiuis liceret, vtrum, cùm ferretur, antiquanda suffragijs, an accipienda lex esset addo etiam illud, vt quiuis monere legislatorẽ posset vel de corrigenda, vel omninò de non ferẽda lege. Spatium autem promulgationis, vt ex Macrobio, Dionysio, Cicerone, Quinctiliano, & alijs patet, quacunq; de re ferretur lex, erat trinundinum, id est per trinas nundinas. cùm enim nundinarum caussa ex agris in vrbem ciues conuenirent, per trinundinum leges, vt à rustica plebe ter legi cognoscíq; possent patere voluerunt quod cum M. Antonius non seruasset, inuehitur in eum Cicero Philippica V. his verbis: Vbi lex Cæcilia, & Didia? vbi promulgatio trinundinum? Et idem pro domo sua: Hora fortasse sexta dici quæstus sum in iudicio, cùm C. Antonium collegam meum defenderem, quadam de Repub. mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere. hac homines improbi ad quosdam vinos fortes longè aliter, atque à me dicta erant, detulerunt hora nona, illo ipso die tu es adoptatus. si, quod in cæteris legibus trinum nundinum esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horarum: nihil reprehendo sin eadem obseruanda sunt, vt decreuit senatus M. Drusi legibus, quæ contra legem Cæciliam, & Didiam la-

am lata essent, populum non teneri: iam intelligis, omni genere iuris, quod in sacris, quod in auspicijs, quod in legibus sit, te tribunum ple non fuisse. Et, vt aliud ex alio, trinundinum non solùm in lege ferenda, sed & in magistratu designando video esse seruatum, ob eam scilicet causam, vt consuletur candidatis pariter, & populo: illis ad magna conciliandos sibi plebis animos: huic, ne imprudenter aliquem repentè crearet, quem creatum postea nollet. locum autem & in lege, & in magistratu fuisse trinundino, minimè miror: qui videam à Cicerone, oratione II. in Rullum, appellari legem ea comitia, quibus maiores magistratus creārētur. nā, si comitia lex sunt: sequitur, vt, quod in lege, idem in comitijs obseruetur &, quod rationi consentaneum videtur, id exempla clarius ostendunt X. viris creandis inquit Liuius libr III. in trinundinum comitia indicta sunt & in epistola ad Tironem Cicero: Ad consulatus petitionem se venturum: neque iam vella absentis rationem haberi sui: se præsentem trinundinū petiturum. Quod tamen non nisi tranquilla Rep. seruatum existimo. nam Punico bello secundo Q. Fabius Maximus consul tertium, Romam comitiorum caussa proficiscens, in eum, quem primum diem comitialem habuit, comitia edixit. idemq; fecit anno proximo C. Claudius Cento, dictator comitiorum consularium caussa creatus. Sed nimirum, quod dici solet, silent leges inter arma: & ad Rempub. cuius caussa lata leges ipsæ sunt, omnia referenda. Seruabatur præterea in iudicio populi trinundinum, cùm scilicet à populo reus iudicaretur. vnde illud pro domo: Cum tam moderata

iudicia populi sint à maioribus constituta: primùm, vt ne pœna capitis cum pecunia coniungatur: deinde, ne, nisi prodicta die, quo accusetur: tertio, vt antè magistratus accuset intermissa die, quàm mulctam irroget, aut iudicet: quartò, sit accusatio trinundinum. Conflat igitur, in omnibus planè comitijs, de legibus, de magistratibus, de reis, trinundini rationem esse ductam. Neque verò trinundinum ita interpretor, vt, ipso tertiarum nundinarum die vel latas esse leges, vel designatum magistratum, vel reum à populo iudicatū, existimem: cùm & Macrobius lib. I. comitia nundinis haberi non licuisse, veterum testimonio probet: & Festus, nundinas non solùm inter ferias, sed etiam inter nefastos dies apud antiquos fuisse dicat: inter ferias, ne cum populo agi liceret: inter nefastos dies, ne lege. Nundinas, inquit feriarū diem esse voluerint antiqui, quo rustici mercandi vendendiq; caussa in vrbem conuenirent, eumq; nefastum, ne, si liceret cū populo agi, interpellarentur nundinatores. Aliud autem erat, cum populo agere: aliud, lege agere cum populo, populum, est, ad consilium, aut comitia vocare, vt ait Festus: vel vt Gellius, rogare populum, quod suffragijs suis aut iubeat, aut vetet: quod tamen idē est: lege aūt agere, ius experiri, in iudicio contendere. libro etiam IV. epi. ad Atticum, per duos nundinarum dies nihil de comitijs tentatum, his verbis Cicero declarat: Ante X. Kal. nundinæ concio biduo nulla. Trinundinum igitur in eam sententiam dictum accipio, vt inter eū diem, quo promulgata lex erat, & eum, quo deinde ferretur, trinæ nundinæ intercederent: quo & sæpius, & à plu-

ribus,

ribus, vrbem mercandi vendendiq; causſa viſitantibus, promulgata lex cognoſci poſſet. Poſt tertias nundinas, magiſtratus in eum locum, vbi legem laturus erat, ſiue in forum, ſiue in campum Martium, populum conuocabat. ibi cum legem praco, ſubiciente ſcriba, recitaſſet: tum primùm quidem is, qui legem promulgarat, populo ſuadebat, vt rogationem acciperet, ſed poſt eũ alij, non priuati modò, quibus ab aliquo magiſtratu concio daretur, (nã alioquí concionandi poteſtas priuatis non erat) verùm etiam quandoque magiſtratus, pro ſuo quiſque ſenſu, vel ſuadebant, vel diſſuadebant. Suaſorem rogationis eum, qui rogabat, fuiſſe, ita veriſimile eſt, vt exemplis, quæ multa ſuppetunt, mihi eſſe vtendum in re minimè dubia, non exiſtimem. quòd autem minus veriſimile eſt, vt aliquis eius rogationis, quam ferret, ipſe diſſuaſor fuerit: id niſi teſtimonijs probem, credibile non erat. atque hoc tum fiebat, cùm magiſtratus non è ſua, ſed è ſenatus ſententia rogationem ferebat. neque enim prohibebatur diſſuadere ad populum, quod non probauerat in ſenatu. Piſonis conſulis exemplum habemus in epiſtola, Vereor, ad Atticum lib. 1. Piſo, inquit, conſul, lator rogationis, idem erat diſſuaſor. quod Attico, vt nouum & iniquum, ſcripſit Cicero, cùm ſuadere ſuas rogationes reliqui ſolerent. vnde illud Attici ad Ciceronem libr. 11. de legibus: Suade igitur, ſi placet, iſtam ipſam legem, vt ego, Vti rogas, poſſim, edicere. loquitur enim Atticus cum Cicerone, vti cũ magiſtratu legem rogante. & quemadmodum in eo libro perſonam Cicero ſuſtinet magiſtratus legem rogantis: quod proxima ſuperiora verba

declarant: Si quæ fortè leges à me hodie rogabuntur, quæ non sint in nostra Repub. nec fuerint, tamen erant ferè in more maiorum, qui tum vt lex valebat: sic Atticus ciuem agit de ipsa suffragium ferentem. quod indicat illud: Vt ego, vti rogas, possim edicere. refert enim morem illum tabellarum, quibus sciscebatur lex: quæ hu duabus erant litteris signata, V. R. id est, Vti rogas: cum ea, quibus lex reijciebatur, vna littera A, essent inscripta: quæ valebat, Antiquo, hoc est, nihil nouari volo, antiqua probo, &, vt explanat Festus, in morem pristinum reduco. Vereor autem, (vt à re proposita paululum digrediar) ne mendum lateat in verbo, Edicere. cui quantum ex antiqua Latinè loquendi cōsuetudine coniecere, ac memiuisse possum, in hac sententia locus non est. sed ad rem. Priuatus legem Cinciam de donis & muneribus Q. Fabius Maximus suasit: Ogulniam de sacerdotijs P. Decius Mus: Voconiam de hereditatibus M. Cato ille Censorius: Corneliam de reditu Ciceronis Cn. Pompeius. Nec verò, qui priuati item lege dissuaserint, inuenire non facilè est. exemplū habemus in oratione pro lege Manilia, Q. Hortensij, in libro de amicitia, C. Lælij, & minoris Africani. Maniliam legem, de bello Mithridatico Cn. Pompeio extraordinem mandando, dissuasit Hortensius: Papiriam, de tribunis ple. reficiendis, Lælius, & Africanus. atque hanc ipsam consuetudinem, vt priuati legē suaderent, aut dissuaderent, indicat Liuius libr. XLV. his verbis: Ita traditum erat, ne quis prius intercederet legi, quàm priuatis suadendi dissuadendi, potestas facta esset: quo melius aut commoda legis aperirentur,

aut

aut vitia. quo persæpe euenit, vt aut ij, qui ad intercedendum venerant, desisterent: aut intercederent, qui non professi essent se intercessuros & eodem libro infra: Cùm in Capitolio rogationem eam Ti. Sempronius ferre vellet, & priuatu lege dicendi locus esset, neq; ad suadendum, vt in re minimè dubia, quisquam procederet: Ser. Galba repente processit. item Cicero in oratione pro C. Cornelio, cuius exstant reliquiæ quædã, cùm Asconij commentarijs edita: Est, inquit, ius vetandi, dum priuati dicunt, dum sitella defertur, dum aguntur sortes, dum sortitio fit. quibus in locis cùm et Liuius & Cicero de solu priuatu mentionem fecerint, non tamen eam potestatem solis priuatu fuisse, debemus existimare. partem enim pro toto posuerunt, quia priuati & sapius, & plures quam magistratus, aut pro lege, aut contra legem dicere solerent. Magistratuum porrò vel suadentium, vel dissuadentium legem exempla habemus hæc. M Porcius Cato, ille maior, consul rogationem de abroganda lege Oppia, C Lælius, ille sapiens, prætor Liciniam de cooptatione sacerdotum ad populum transferenda dissuaserunt. legem Manliam prætor Cicero luculenta, quæ exstat, oratione suasit: agrariam Rulli ijs, quæ exstant, orationibus consul idē dissuasit. Verùm hæc quæ paulò longius, vt illustriora fierent, produximus, paucu admodum verbu libro de legibus III. Cicero comprehendit. Populum, inquit, docento, doceri à magistratibus priuatisq; patiuntur. in quo significatur, vt & ipsi magistratus, qui legem ferent, doceant, hoc est de ipsa lege dicant, & dicere alios quoque tum magistratus, tum priuatos patiantur.

Infra verò, eodem libro, cùm dixit, De promulgatione, de singulis rebus, de priuatis, magistratibus audiendis: priuatos posuit ante magistratus, cùm supra primum magistratus, deinde priuatos nominasset. quod si ad veritatem ordo referatur, prius nominari priuatos, deinde magistratus oportuit. prior enim priuatis locus in suadenda dissuadendáue lege ideò datus est, ne, si eos, qui magistratum gerebant, antè audissent, ab ijs dissentire non auderent. idq; Dio historiæ suæ libr. XXXIX. scriptum reliquit. quos autem suadere aut dissuadere leges solitos fuisse diximus, eos in ea pro Flacco legis auctores Cicero appellat: cùm auctores intelligat vel accipiendæ legis, vel antiquandæ Hæc de suadentibus dissuadentibusq; legem. nunc de loco, vnde suaderent, aut dissuaderent, addendum quiddam est. Nemo ad populum, nisi de loco superiore, concionabatur, siue is priuatus esset, siue magistratum administraret. id autem ob eam caussam. quo longius à stantibus in concione tum exaudiri vox, tum intelligi verba possent, concionabãtur igitur, si in foro, de Rostris, quæ ad Comitium fuisse, propè iuncta curiæ, Pedianus ait: si in campo Martio, vel alibi, de suggestu, aut editiore aliquo loco. concionari autem magistratibus pro ea, quam habebant, potestate omnibus licebat: priuatis, quod iam diximus, nisi concionem, id est, concionãdi potestatem, à magistratu aliquo acciperent, non licebat. &, quia sæpius in foro, vbi Rostra fuisse diximus, quàm in campo, leges ferebantur: idcò sæpius de Rostris, quàm in campo, conciones habebantur. multò enim plures tributis comitijs, quæ, legum quidem causa, in

sa, in foro, interdum & in Capitolio habebantur, quæ centuriatis, quæ in campo latas esse constat, cùm tribu mi pleb qui comitia tributa, non centuriata, habebant, facillimè ad leges rogandas adducerentur, quippe qui leges non ferrent ex senatus auctoritate: quod necesse erat de legibus centuriatis. Dixi, priuatos non nisi potestate à magistratu accepta concionari potuisse, magistratus autem cunctos suo iure potuisse. quod cùm ita esse nunc etiam confirmem, tamen illud addo, summum in eo tus, summamq; potestatem tribunorū pleb. fuisse: quę si vellent, non priuatos modò, verùm & magistratus ipsos, atque etiam consulem, qui summus erat magistratus, prohibere concione poterant. itaque Ciceronem consulem extremo magistratus die Q. Metellus Nepos tribunus ple. concionis habendæ potestate priuauit: & Q. Metellum Celerem consulem à L. Flauio tribuno pl. in carcerem deductum, annoq; proximè consecuto M. Bibulum, item consulem, à P. Vatinio tribuno pleb. historiæ narrant. non enim de Rostris modò concionantem, atque etiam de curru triumphantem detrahere tribuno ple. licebat, vetùm &, quoquo vellet, deducere, vel ad supplicium, si liberet: propterea quod, cui vellet, manus injcere, vetusto Sacratarū legū iure, poterat: ipsi, cū sacrosanctus esset, nemo poterat. Verū tribuni pl. potestatē suo loco, id est, libro de Magistratibus, reseruemus: interim, quod in manibus est, ipsum agamus. Cùm suaserant. dissuaserantúe legem primo loco magistratus, qui legem ferebat, secūdo priuati, tertio reliqui magistratus: tū, præsentibus sacerdotibus, vt Dionysius scribit, & diuina

expo-

exponentibus, sitella, vel vrna (sitellam Cicero, vrnam Lucanus vocat) deferebatur: in quam siue tribuum, si tributis comitijs lex ferretur, siue centuriarum, si centuriatis, nomina conijciebantur, deinde, sortibus æquatis, hoc est, ita agitata sitella, ne qua fors subsultaret, atq; existeret, sed pariter omnes æquatæ iacerent, sortitio fiebat, quæq; prima vel tribus, vel centuria, quæ secunda quæ tertia de sitella exijsset, eundem, quem sors dederat, in suffragio ferendo locum atque ordinē obtinebat hæc dum agerentur, si quis tribunus pleb. legi vellet intercedere, locus erat. nunquàm autem ante suasionem dissuasionemq; legu interceßionem fuisse, declarant illa proximè recitata, quæ Liuius libr. XLV. Cicero in oratione pro C. Cornelio tradiderunt. Et, quoniam de interceßione, quæ legem impediebat, mentionem facimus: (neque enim legi tantùm, verùm & senatus consultis, & prætorum decretis, aut iudicijs interceßum esse, animaduertimus) omnibus de caußis, quæ, quò minus promulgata lex perferri posset, impedimento fuerunt, dicendum nobis est. Hæ quatuor traduntur: prima, interceßio: cùm tribuni pleb. quorū propriè intercedendi ius erat, edita voce illa, Veto. de qua mentionem facit Liuius, intercedebant: cuius generis exempla non desunt: altera, cùm is, qui promulgarat, vel amicorum precibus adductus, vel senatus auctoritate commotus, vel ipse sua sponte consilium mutabat: quod C. Manilius, & L. Cæcilius, vterque tribunus pl. diuersis temporibus fecerunt, ille in lege de libertinorū suffragijs, hic in ea, quam de minuenda ambitus pœna promulgauit. Tertia ratio fuit, cùm, neque intercedēte tribu-

tribuno, neque eo, qui promulgauerat, consilium mutante, comitiales dies, id est, eos quibus agi cum populo licebat, consul exuebat, vel supplicationibus decernendis, vel feriis indicendis, non solùm ijs, quæ Latinæ dicebantur, quas indicere soli consules poterant, sed etiam ijs, quæ imperatiuæ, quas non modò consulibus, verùm etiam prætoribus ipsorum arbitratu licebat imperare quo genere vsum esse Cn. Cornelium Lentulũ Marcellinum consulem, vt C. Catonis tribuni pleb. legibus obsisteret, videmus in epistola, Placiturum, libr. II. ad Q. fratrem. Quartam caussam, quæ & ipsa comitijs: quacunque de re haberentur, impedimento esset, auspicia inuenimus. quorum duo genera reperio, vnum, quo magistratus tantùm vtebantur, quæ spectio dicebatur, vel, De cælo seruare: quo de genere testes locupletes habemus Tullium in II. Philippica, & Varronem apud Nonium: alterum genus ad augures pertinebat, cùm ex auium signis, id est, volatu, cantu, & tripudio solliſtimo, auspicium faciebãt. nam si quid aduersi viderant, aut audierant, id nunciantes, comitia impediebant. quod Cicero libr. II. de Legib. vt alia omittantur exempla, significat. illo autem priore genere, vel si aduersi nihil esset, ipsa tamen per se spectio rem impediebat. quod à Dione lib. XXXIIX. traditũ animaduerti. Obnuntiatio autem, quæ augurum erat, duarum rerum obseruatione fiebat, vel cũ de cælo fulsisset, aut tonasset: (erat enim in augurum disciplina, vt, Ioue fulgente, tonante, comitia demitterentur) quo genere impedimenti Pompeius Magnus in secundo consulatu, cùm præterea creari, virum omnium integerrimum,

rimum, M. Catonem videret, ipse aũt, hominem flagitiosissimum, P. Vatinium, Cæsarũ gratia, vellet, comitia dissoluit: vel cùm aues aduersa portenderent. auiũ autem tria genera, alites, quæ volatu, oscines, quæ cantu, pulli, qui tripudio signa dabant rerum futurarum. Nec omnium erat eadem significatio, cùm quædam à dextra, quædã à sinistra volantes, aut canentes, prosperos euentus ostenderent. hinc illud lib. 1. de Diuinat. Iuppiter ne cornicem à læua, coruum à dextra canere iussisset. Et Plautus in Asin. Ficus, & cornix est ab læua, coruos porrò ab dextera. Et in epistola ad Cæcinam: Non igitur ex alitu inuolatu, ne ex cãtu sinistro ostemus, nec ex tripudijs sollistimus tibi auguror. Aues aũt vtriusque generis, id est, alites, & oscines persequitur Festus 13. 241. Et, quamquam sinistra Romanis læta, vt Græcis dextra usdem tamen, vt libro 2. de Diuinat. cognouimus, sinistrũ fulmen triste omnem fuit ad comitia, cùm ad cæteras res esset optimum: &, si bubo volaret à sinistra. præclare Lucanus hoc de genere lib. III. cũ neglectam veterem comitiorum rationem significaret, illa pronunciat:

- Fingit solemnia campus.
Nec cœlum seruare licet, tonat, augure surdo,
Et læta iurantur aues, bubone sinistro

Redeo ad institutum. Sortitione tribuum aut centuriarum facta, dicebat is, qui legẽ ferebat: Si vobis videtur discedite Quirites. de quo Pediani verba subscribam. Cùm inquit, id solùm superest, vt populus sententiã ferat, iubet vnumquemq; is, qui fert legem, discedere.

dere, quod verbum non hoc significat, quod in communi consuetudine est, de eo loco, vbi lex fertur, sed in suã quisq; tribum discedat, in qua est suffragium laturus. populus enim confusus, vt semper alias, ita & in concione. Liuius aũt lib. 2. vbi de lege Lecteria loquitur: Consul, inquit, Appius negare ius esse tribuno iu quemquam, nisi in plebem: non enim populi, sed plebis eũ magistratũ esse, nec vllũ ipsum summouere pro imperio posse more maiorum, quia ita dicatur: Si vobis videtur, discedite Quirites. vbi, Discedite, dictum apparet ad suffragia ferenda. libro verò 3. vbi de Terentia lege agit, idem significat, cùm ait: Quemadmodum se tribuni gessissent in prohibendo delectu si patres in lege, quæ per omnes comitiales dies ferebatur, impediendã gerebant. initium erat rixæ, cùm discedere populum iussissent tribuni, quod patres se summoueri haud finebant. Cùm igitur, de concione iussi discedere, in suam quisque tribum, aut centuriam abijsset, priuatos homines inuenio, qui de lege laborarent, ipsos, ne quid fallacia committeretur, aut tabellas distribuisse, aut distribuentibus præfuisse. idq; Diribere proprio vocabulo dicebatur. quod munera quia ferè obiri curariq; ab ijs soleret, qui neque ætate graues, neque gestu honoribus insignes admodum essent, id sibi & à senibus, & à dignitate præstantibus præcipuè contigisse, glorioſe commemorat Cicero in Pisonem. Hoc, inquit, certè video, quod indicant tabulæ publicæ, vos rogatores, vos diribitores, vos custodes fuisse tabellarum: &, quod in honoribus vestrorum propinquorum non facitis, vel ætatis excusatione, vel honoris: in salute mea, nullo re-

ganie,

gante, vos vestra sponte feciſtis. Eodemq; verbo eadē de re vsus est in ea post reditum in senatu, cùm ait: Quando tantam frequentiam in campo, tantum splendorem Italiæ totius, ordinumq; omnium, quando illa dignitate tot rogatores, diributores, custodesq; vidiſtis? Nec dubito, quin legendum ſit, Diribeantur, non Diripiantur, vt ineatin Piſonē in eo loco: An exſpectandum de te LXXV. tabellæ diripiantur? pro, diſtribuantur, vt de te iudicium fiat. ſic & Plinius manifeſtè accepit libro XXXVI. cap. XV. Hic eſt, inquit, ille domitor orbis populus, qui gentes, & regna diribet. Ciſtas autem ſuffragiorum cuſtodiendis certos homines in comitijs præfuiſſe, qui Nongenti ſint appellati, idem Plinius lib. XXXIII. capite ſecundo ſcriptum reliquit. Objicitur hic quæſtio perdifficilis, quo modo ſuffragia ferrentur: quod, in tanta rerum antiquarū obſcuritate, ſuffragandi vſus non ſolùm intermiſſus, verùm etiam penitus amiſſo poſt tot ſæcula manifeſtum non eſſe, quis miretur? Itaque nec, opinor, totam rem explicare quiſquam poſſit: nec tamen ignorabit omnia, qui veterum libros diligēter examinarit. Primùm igitur illud, multorum teſtimonio conſtat. ciſtas cum ſuffragiorum tabellis pontibus quibuſdam, quo tutius cuſtodirentur, impoſitas eſſe: ex quibus tabellæ populo miniſtrarentur. quem morem Cicero in epiſtola quadam ad Atticum lib. I. declarat his verbis. Opera Clodianæ pontes occuparant, tabellæ miniſtrabantur, ita vt nulla daretur, Vti rogas. Et lib. III. de Legibus: Pontes lex Mariæ fecit anguſtos, quam legem Plutarchus etiam in Mario ſignificat. Libro autem I. Rhetoricorum ad Herennium:

nium: Cæpio, vt Saturninum contra S. C. legem de semissibus, & trientibus aduersus Rempub. vidit ferre; eum vir bonus impetum facit, pontes disturbat, cistas deiecit, impedimento est, quo setius feratur lex. Deinde, cùm à Festo scriptum videam suffragia per pontē comitijs ferri solita, adducor in eam sententiā, vt existimem, tabellas in eorum pontium capite ministratas esse, & in extremis pontibus alias cistas fuisse, in quibus tabellas quisque suas deponeret: quod erat suffragium ferre. quod etsi ex duobus locis Ciceronis, & ex libr. Rhetoricorum ad Herennium satis licet intelligere: tamen, quo res pateat illustrius, Festi verba recitabimus. Quo tempore, inquit, primùm per pontem cœperunt comitijs suffragium ferre, iuniores conclamauerunt, vt de ponte deycerentur sexagenarij, qui iam nullo publico munere fungerentur, vt ipsi potius sibi quàm illi, deligerent imperatorem. vanam autem opinionem de ponte Tiberino confirmauit Afranius. Et idem alio loco: Depontani senes appellabantur, qui sexagenarij de ponte deiciebantur. Quo spectasse Macrobius videtur, cùm ait Sat. libr. 1. Hunc tam doctis viris, quorum M. Cicero, & Varro imitatores se gloriantur, adimere vis in verborum comitijs ius suffragandi, & tanquam sexagenarios de ponte deycies? Transibant igitur per eos pōtes ad lationem suffragij, tabellis acceptis in prima pontis parte, quas in extrema redderent. Erant autem, quot tribus, aut quot centuriæ, tot pontes: vt per suum singula pontem suffragium ferrent. alioqui negotium longi temporis, nec sine perturbatione aliqua fuisset, si ponte vnico tribus om-

nes, aut centuriatim transire cogeremur. & cū ait Cicero: Opera Clodiena pontes occuparant: & Pōtes lex Maria fecit angustos: & ille, qui scripsit ad Herennium, Pontes disturbat, cistas deijcit: pontium multitudinem perspicuè declarāt. Nec de duabus tabellis cuique datis quisquā dubitat, vna, cū hac littera, A, qua legis antiquationem significat: altera, sic inscripta, V. R. id est, Vti rogas: qua legem accipiebat, vti magistratus rogauerat. Pontes aūt dicti, quòd exstructa ad tempus mensa fatis angusta, præsertim post legē Mariam, pontium similitudinē haberent: qua, si tributim populus in forum vocaretur, XXXV. pro numero tribuum, fuere: si centuriatim in campum, totidem, quod Centuriæ, id est, CLXXXIII. Nūc de ordine in ferendis suffragijs agamus. Primo loco ea tribus, eaúe centuria quæ, omnium tribuū, aut centuriarū nominibus in sortem coniectis, prima de sicella, de qua iam diximus, sorte exierat, suffragiū ferebat: eaq; prærogatiua dicebatur, quia prima rogaretur à magistratu, qui comitia habebat. at in prima tribu, aut centuria quis primus? videlicet is, quē magistratus legē ferens deligebat: deligebat aūt, quem & dignitate præstare, & rogationi sua prater cæteros fauere iudicabat. vtrumque cognoscitur in oratione pro Plancio: in qua ita scriptū est. Nā quod primus sciuit legē de publicanis, tū vir amplissimus cōsul id illi ordini per populum dedit, quod per senatū, si licuisset, dedisset: si in eo crimen est, quia suffragiū tulit, quis non tulit publicanus? si, quia primus sciuit: vtrum id fortis esse vis, an eius, qui illā legem ferebat? si fortis? nullū crimen est in casu, si consulis: splen-

dor

dor etiam Plancij, hunc à summo viro principem ordinis iudicatum. quo constat, ideo primum Plancium ad suffragium ferendum à Cæsare consule lectū esse, quia primus ordinis equestris iudicaretur. quod ipsum confirmant illa pro domo sua: Consulari homini P. Clodius, euersa Rep. ciuitatem adimere, consilio aduocato, conductu operis non solum legentium, sed etiam seruorū, Sedulio principe? dixit enim, Sedulio principe, pro, primo omnium suffragium ferente. quod apertius proximè ostendit, cùm ait: Sin aūt is primus sciuit. erat enim quodā modo legis ornamentū, cùm is eā sciscebat primus, cuius in ciuitate non leuis esset auctoritas quod etsi satis clarè indicant ea, quæ ex oratione pro Plancio recitauimus: tamen in hac ipsa pro domo sua idem fit illustrius. subiungit enim post ea, quæ proximè ad exemplū attuli, non magno interuallo: Tu huius, vt acta tui prætlari tribunatus hominis dignitate honestes, auctoritatē amplecteris. quasi Clodius Sedulij, tanquam clari hominis, nomen publicis in tabulis ad legem honestandam scripsisset, aut fortasse etiam in as simul cum ipsa lege incidisset. nam, vt dicam quod sentio, suspicor de mendo, vbi Sedulij mentio fit in ea pro domo sua. quod enim legitur, Quid te audacius, qui in eius nomē incideris? id non placet. non enim cum audacia casus congruit. nam, incidere, verbum est in casu positum: audacia verò voluntatis est. non enim, qui incidit, audax est, sed impudens, & inscius qui verò audax, is nō incidit, sed incurrit, & irruit. quare aliter suspicor à Ciceronе scriptum esse, & fortè sic: Quid te audacius, qui in as eius nomen incideris? leges enim in as incidi

solitas paulò pòst docebimus. Cùm igitur ab eo, quem magistratus ipse primum delegisset, deinceps q̃ ab alijs eiusdem tribus, aut centuria perlata suffragia erant: tum, suffragijs in vtramque sententiam dinumeratis, & eorum numero puncto notato, eius tribus, aut centuria voluntas cognoscebatur, eaq; à præcone renunciabatur: &, eadem in reliqua tribubus aut centurijs ratione seruata, ex maiore tribuum centuriarúmue numero vel antiquabatur, vel fiebat lex. hoc autem, Dirimere suffragia, &, Diremptio suffragiorum, dicebatur. itaque vetera habent exemplaria Varronis de re rust. lib. III. Dum dirimuntur suffragia, vis potiùs Villæ publicæ vtamur vmbra, quàm priuati candidati tabella? quod apertè declarat Lucanus, quem locum deprauari, vt, alijs in locis, Diribet pro Dirimit, reponere facilè non fuit, in illo versu, lib. V. Et non admissæ dirimit suffragia plebi. & ad Q. fratrem, libr. III. epist. IV. lego, Diremptis tabellis, non, vt vulgo legitur, & vt habent libri quoque veteres, Diruptis. item in oratione pro Plancio, Diremptio, non Direptio. Diremptis igitur suffragijs, vel de antiquata lege vel de accepta cognoscebatur. ac de antiquata, id est suffragijs improbata, (Festus enim, Antiquare, explanat, in morem pristinum reducere) nihil est dicendum. scitam autem, atque acceptam, omnium ciuium iureiurando confirmari solitam legimus. itaque Q. Metellus, ille Numidimus, ne in legem Saturnini per vim latam iuraret, in exilium abire maluit, sibiq; potiùs de patria, quàm de sententia, decedendum putauit. quem anno pòst XLIII. imitatus non est M. Cato, is, quem Vicen-

sem

sem historici nominant: qui cùm leges P. Clodij nullo neque iure, neque more rogatas putaret, in eas tamen iurauit, consilio vsus optimo, vt Cicero ait in ea pro Sextio. nam ab eo, quod omninò ne fiat, fieri non potest, cum periculo dissentire, temeritatis videtur esse. Post iusiurandum, in aes lex incidebatur: quod indicat Liuius lib. III. his verbis: Priùs quam vrbem consules egrederentur, leges X. virales, quibus tabulis duodecim est nomen, in aes incisas in publico proposuerunt. atque hoc libro X. Dionysius cõfirmat. & Cicero in oratione III. in Catilinam, Memoria tenetis, inquit, Cotta, & Torquato cos. complures in Capitolio turres de cœlo esse percussas: cùm & simulachra deorum immortalium depulsa sunt: & statuæ veterum hominum deiectæ, & legum æra liquefacta. quod ipsum versibus deinde persecutus est in secundo de consulatu suo, vt libro I. & II. de Diuinatione patet, eandem consuetudinem probant illa, quæ in I. Philippica scripta sunt: Forum sapietur: omnes claudentur aditus: armati in præsidijs multis in locis collocabuntur. quid tum? quod erit ita gestum, id lex erit, & in aes incidi iubebitis? quod etiam non multò antè dixerat: Quæ ille in aes incidit, in quo populi iussa perpetuasq; leges esse voluit, pro nihilo habebuntur? exemplis non egemus: sed vnum Suetonij, quod in C. Cæsaris vita legimus, quod apertam rem multò etiam illustrius ostendit, apponemus. Marcus, inquit, Claudius Marcellus cõsul, edicto præfatus de summa se Rep. acturum, retulit ad senatum, vt ei succederetur ante tempus: quoniam, bello confecto, pax esset, ac dimitti deberet victor exercitus: &, ne absentis ratio comitijs

haberetur, quando nec plebiscito Pompeius postea abrogasset. acciderat autem, vt is, legem de iure magistratuum ferens, eo capite, quo à petitione honorum absentes summouebat, ne Cæsarem quidem exciperet per obliuionem: ac mox, lege iam in æs incisa, & in ærarium condita, corrigeret errorem. Huic illud occurrit. Si tum denique in æs leges incidebantur, cùm perlatæ essent: quod proxima Suetonij verba ostendunt: cur in oratione pro Milone, cum de legibus nondum latis, sed quas Clodius ferre cogitarat, mentionem facit, Incidebantur, inquit, iam domi leges, quæ nos nostris seruis addicerent? cur non, scribebantur, potiùs, quàm, Incidebantur? an incideret Clodius leges nondum latas? dicamus, quod omisit Pedianus interpres, qui in arte Ciceronis indicanda parcus nimis est, sicut in exponenda historia satis liberalis. notat Cicero confidentiam Clodij, hominis audacissimi, qui domi suæ leges non modò scriberet, sed etiam, quasi latas, incideret: quas, quo iure quáue iniuria, cùm suis operis & seruis omninò perferre constituerat. & est Oratoris artificium, ad odium concitandum ea de inimico dicere, quæ etiãsi fortasse facta nõ sunt, fieri tamẽ potuisse, eius, in quẽ dicitur, ante acta vita declarat. nihil erat, quod in Clodiũ, quamuis atrociter excogitatũ, non verisimile videretur. ideo, Incidebãtur potiùs, quã scribebantur, dixit, vel verè, quod magis puto, ὑπερβολικῶς, & tamen verisimiliter. vt de P. Clodio, quem omniũ audacissimum fuisse constabat. Ne illud quidem prætermittã, non in tabulis modò aneis, sed etiam in columnis incisas esse leges. de tabulis dubium non est: quæ etiam

aliquot,

aliquot, in hunc vsque diem seruatas, ipsi vidimus. de columnis autem Cicero pro Balbo sic: Cum Latinis omnibus fœdus ictum Sp. Cassio, Postumo Geminio cos. quis ignorat? quod quidem nuper in columna ænea meminimus post Rostra inscisum & perscriptum fuisse. qua ipsa de re Liuius libro II. sic. Tantum sua laude obstitit famæ consulis Marcius, vt, nisi fœdus cum Latinis, columna ænea insculptum, monumento esset, ab Sp. Cassio vno, quia collega abfuerat, ictum, Postumũ bellum gessisse cum Volscis, memoria cessisset. & Varro, vt apud Macrobium legimus, antiquissimam legem in columna ænea scripsit incisam fuisse, cui mentio intercalaris adscriberetur. nec deest Dionis in historia testimonium, qui libr. X L. columnas, quibus incisæ leges legerentur, de cœlo iactas memoria prodidit. Scripta iam lege, promulgata, perlata in as incisa, (his enim quasi gradibus ad id, quod in lege vltimum, ac summum est, peruenimus) vnum restat, vt, vbi custodienda yponeretur, ostendamus. Scire igitur oportet, non eandem legum omnium fuisse rationem, sed aliquot, maximeq; tabulis aneis incisas, in publico proponi solitas, vt oculis ciuium paterent, quod exempla demonstrãt: qua verò æneas in tabulas essent incisa, eas ad ærarium delatas, quo scilicet & senatus consulta. ibi cum publicis pecunijs omniumq; publicarum rationũ libris cõdita asseruabantur. erat autem Aerarium, tum aliorum, tũ maximè Festi, Macrobij, & Plutarchi in problematibus testimonio, in Saturni Opisq; templo: templum autem in vico Iugario, ad Capitolij radices vnde septies millies HS. à Cæsare dictatore depositum,

post illius interitum M. Antonius consul abstulit. etsi tantum Opis in Philippica I. & II. vbi hac de re Cicero loquitur, mentio fit: puto, quod duabus cellis simulachra Opis & Saturni separatim dedicata coleren tur, & ad Opis cellam propius, quàm ad Saturni, eam pecuniam Cæsar locasset. primus tamen Reipub. temporibus legem Iciliam in templo Dianæ, quod in Auentino monte fuit, repositũ esse, legimus in historia Dionysii. Qua ad rationem perferendæ legis attinerent, quæ ferè ponderis alicuius esse viderentur: omnia, vt arbitramur, persecuti sumus. nam, in quo differrent legum ferendarum comitia à cæteris comitijs, vt de magistratu creando, de reo iudicando, quia cõuenire magis in librum de Comitijs hæc tractatio videtur, qui post hunc de Legibus exibit, hic omittimus. Locum ferendæ legis interdum Prata Flaminia qui postea Circus Flaminius dictus est, interdum etiam Lucum Petelinum, quandoque Capitolium, sed plerunque Forum, aut Campum Martium fuisse legimus. de Pratu Flaminijs, Luco Petilino, Capitolio, Liuius testis est: de Foro, declarant illa pro C. Rabirio Posthumo: Si lex ferretur, conuolaretis ad Rostra erant enim Rostra in foro dixit autem, Conuolaretis ad Rostra, cùm hoc intelligeret, vt inde legem dissuaderetis. & apertè in oratione I. in Antonium, & in V. & pro domo, & vbi non? de campo, inde constat, quod, cùm leges centuriatis comitijs sæpè latæ sint, centuriata porrò comitia in Campo esse habita, omnes historiæ narrent: manifestè sequitur, vt leges centuriatis comitijs latæ, in campo latæ sint. Hic oritur alia consideratio, loco ne sacro, an profano ferretur.

Sacro

Sacro potius, quàm profano, crediderim: primũ, quod in Rostris, qui locus erat auguratus, Templumq; dicebatur, sæpè à magistratu ferretur: itaque pro Sextio, Princeps, inquit, rogationis Q. Fabricius templum aliquanto ante lucem occupauit. occuparat enim, vt legẽ ferret. quod illa verba pro Milone declarant: Potuitne Fabricio, viro optimo, cùm de reditu meo legem ferret pulso? occuparat aũt Rostra, nõ templum alicui deo sacrum: quod ipse Cicero declarat infrà, in eadem pro Sextio, subiungens, Tribunos pleb. ferro è Rostris à Clodio pulsos; Fabricium intelligens. sed clarissimè in Vatinium his verbis: Cùm L. Vettium indicent in Rostris, in illo, inquam, augurato templo ac loco collocaris. & Liuius libro IIX. Naues, inquit, Antiatium partim in naualia Romæ subductæ, partim incensæ: Rostrisq; earum suggestum in foro exstructum adornari placuit: Rostraq; id templum appellatum. Altera est ratio, quod leges à P. Clodio tribuno pleb. in templo, Castoris latas inuenio. quod indicat illud in Pisonem: Eodem in templo, eodem & loci vestigio, & temporis, arbitria non mei solum, sed patriæ funeris abstulisti. sic enim interpretor illud, Eodem in templo. quo in templo legem de mea pernicie tulerat Clodius, eodem in templo de Macedonia tibi tradenda statim legem tulit: quam tu prouinciam ad arbitrium tuum pro meo funere, quod idem funus patriæ fuit, ipse pactus eras. itaque prouinciam lege traditam, quasi præmium à Clodio debitum abstulisti. & apertius in oratione pro domo sua: Cùm arma, inquit, in ædem Castoris comportabas nihil aliud, nisi, vti ne quid per vim agi posset, machi-

vabare in libris autem de inuentione, Flaminium, inquit, eum qui consul Rempub. maiè gessit bello Punico secundo, legem agrariam per seditionem ad populum ferentem, pater suus de templo deduxit. accersitur magistratis: & apud Liuium, antè quàm Rostra in foro exstructa essent, de tribunis pleb. legum rogandarum causa in templum coëuntibus, non semel mentionem fieri videmus. Ferebat ergo magistratus legem in templo: ferebat suffragia de lege populus circa templum. locū enim tantæ multitudini vllo in templo fuisse, credibile non est. cùm verò lex à magistratu ferretur, eodem in templo alios quoque magistratus affuisse, eos nimirum qui cum magistratu legem ferente consentirent, legimus in oratione in Vatinium: Quæ quidem leges, inquit, anno post, sedentibus in templo duobus non consulibus, sed proditoribus huius ciuitatis, ac pestibus, vna cum auspicijs, cum intercessionibus, cum omni iure publico conflagrauerunt. Ostendi latam in templo legē, cùm in foro ferebatur, hoc est, tributis comitijs. quid, cùm in campo, centuriatis? tum in templis deorum non existimo, quæ in campo nulla fuisse legimus: quo tamen in loco à magistratu ferretur, eum locum antè auguratum fuisse crediderim. nam, si tributis comitijs semper in templo, cur cēturiatis, quæ maiorum rerum caussa habebantur, profano in loco lex ferretur? sed fortasse videri possit infirma coniectura. addamus exemplum, vt dubia res testimonio probetur. Liuius igitur lib. III. Tribuni, inquit, vt impediendæ rei nulla spes erat, de proferendo exercitu agere, eò magis, quod, & augures iussos adesse ad lacum Regillum,

fama

fama exierat, locumq; inaugurari, vbi auspicato cum populo agi posset: vt, quidquid Romæ vi tribuniciæ rogatum esset, id comitijs ibi abrogaretur. Inter leges autem, quæ in foro, & eas, quæ in campo ferrentur; dixi iam hoc interfuisse, quod in foro tributis comitijs ferrentur, in campo comitijs centuriatis. nunc adiungo primum illud, cēturiatis comitijs eas esse latas, quæ è S.C. ferebantur: deinde illud, quæ centuriatis comitijs ferrentur, eas, si è S.C. non ferrentur, patribus quidem auctoribus semper esse latas. quod non à primis Reipub. temporibus, sed tantùm post Publilij Philonis dictaturam obseruatum est. hunc enim dictatorem legem tulisse, vt legum, quæ comitijs centuriatis ferrentur, ante latum suffragium patres auctores fierent, scribit Liuius lib. IIX. quo significatur, non omnes antea leges, quæ centuriatis comitijs ferrentur, è S.C. aut patribus auctoribus esse latas, quod si factum nunquam antea non erat, cōsuetudine seruata, quæ in Numa rege creando est inducta, vt scilicet, antè quàm populus suffragium iniret, patres in incertum comitiorū euentum auctores fierent: Publilius in plebem propensus, quia plebeia gētis erat. quod senatui liberum erat, id necessarium fecit, quodq; more factum erat, id vt lege fieret, sua lege sanxit. Neque verò, quod ait Liuius, Patres auctores fierēt, ex plano, patres S.C. probarent fiebant enim de re & relata, & disputata S.C. quid porrò referri & disputari, opus erat id, quod omninò probari à senatu Publilia lex iuberet? nā de quo fit S.C. id eiusmodi est, vt improbari & abijci potuerit: est aūt & probatū, & acceptū, quia maior pars sena-

tus

tus ita senserit. at in hoc non, vtrum vis licere, neque plurium senatorum voluntatem spectari, Publilius voluit, sed quasi ab vniuerso senatu iam probatum esset, ita, vellent nollent, patres auctores esse. ergo sic existimare debemus, quæ leges centuriatis comitijs ferrentur, eas post legem Publiliam antè S. C. aut certè patribus auctoribus esse latas: quæ verò ante legem Publiliam centuriatis comitijs latæ erant, aliæ è S.C. aliæ sine S.C. patribus tamen auctoribus, alias neque è S. C. neque patribus auctoribus. Nihil ne igitur interfuit, dicet aliquis, inter leges, quæ patribus auctoribus, & eas, quæ è S.C. ferrentur? nihil, mea sententia, ante legem Publiliam. nam, siue è S.C. siue patribus auctoribus ferrentur, è senatus voluntate ferebantur. post legem autem Publiliam multum inter huiusmodi leges interfuit, atque adeò tantum, quantum inter secundam & aduersam voluntatem interest. nam secundæ senatus voluntate ferebantur eæ leges, quæ S.C. probatæ iam erant; aduersa verò nonnunquã eæ, quarum patres auctores fiebant. probabant enim inuiti, lege coacti. itaque honorificentius habebatur id, quod è S.C. centuriatis comitijs latum esset, quam id, quod ijsdem comitijs patribus auctoribus, sed extremis Reipub. temporibus nullam legem centuriatis comitijs siue S.C. patribus auctoribus latam inuenio, permultas autem S.C. ijsdem comitijs: siue, quod abrogata sit Publilia lex: siue, quod, cùm idem Publilius eodem tempore, postea quam Q. Hortensius dictator legem tulisset, vt eo iure quod plebs statuisset. omnes Quirites tenerentur, nihil attinuit patres auctores de eo fieri, quo

vel

vel si auctores ipsi non fierent, tamen omnes ciues æquè tenerentur. itaque magistratus aut è S.C. centuriatis comitijs, aut, si senatus dissentiret, tributis leges tulerunt: (quamquam & leges multæ tributis comitijs ex S.C latæ sunt) cum duabus legibus, Publilia, & Hortensia, eandem vim haberent leges tributis comitijs latæ, quam habuerunt antea leges eæ, quæ centuriatis comitijs, patribus auctoribus, latæ erant. nõ enim, quod ait Cicero Philippica X. Legem Pansa comitijs centuriatis ex auctoritate nostra laturus est, eo sensu dictum existimo, quod eam legem patribus auctoribus Pansa laturus esset, sed, Ex auctoritate nostra; explanato, è S.C loquitur enim de Cæsaris actis: quæ lege confirmari, & sanciri, senatus cupiebat. cùm porrò cuperet, nimirum S.C. potiùs, quàm alia quauis ratione, declararet quod si cui auctoritatem senatus pro S.C. vsurpari, nouum est: nihil errabit si, vt de latinè loquẽdi consuetudine rectè iudicare possit, Ciceronis libros diligenter euoluerit. Hic fortasse quæretur, antè Publiliam legem omnes ne leges, quas senatus, siue centuriatis, siue tributis comitijs, ferri cuperet, ferrentur è S.C. an verò aliæ è S. C. aliæ verò sine S.C. tantum patribus auctoribus. vtrumque factum est. nam neque omnes è S.C. neq; omnes patribus auctoribus latæ sunt. de latis è S.C. testimonium res non desiderat: exemplorum enim plena sunt omnia. patribus autem auctoribus minus quidem multæ, sed aliquot tamẽ latæ sunt, vt Petilia de ambitu, à tribuno ple. tributis comitijs lata, de qua Liuius lib. VII. Quæritur etiam, (pergam enim dubitando, quo non solum veterum librorum obser

uatio,

uatio, sed ipsa me coniectura ducit) vtrum centuriatis comitijs leges à maiore tantùm magistratu, an etiam à minore ferrentur. faciamus, quod oratores solent: qui cum testibus rem probare non possunt, argumentãtur à simili, & hoc genere sæpè fidem faciũt. item nos, cùm centuriatis comitijs à minore magistratu leges latæ sint, nec ne, affirmare non possimus, quia neutrum ab antiquis traditum est, similitudinem sequemur, &, quod in creandis magistratibus fieri solitum est, idem in ferendis legibus obseruatum esse dicemus. nam, si creandis magistratibus centuriata comitia nunquàm, nisi à maiore magistratu, habita sunt: itidem ferendis legibus nunquam, nisi à maiore, esse habita, consentaneum est. illud autem est, esse igitur & hoc dicemus. neque enim, cur non sit, aut ratio suadet, aut exempla demonstrant. De legum tempore, quæ notauimus, hæc sunt: neque omnibus diebus licuisse legem ferri, neq; quibus liceret, per omnes horas. licebat fastis tantùm diebus: ne fastis non licebat. nec verò fastis omnibus, sed comitialibus duntaxat. comitialibus autem ita licebat, si nemo de cœlo seruaret. quæ duabus legibus, Aelia, & Fusia, sancita erant. id annis propè centũ ante Ciceronis ætatẽ, vt scripsit ipse oratione in Pisonem, institutum, ad extrema ferè manfit Reipub. tempora. Pisone aũt & Gabinio cos P. Clodius tribunus pl. Ciceronis ac bonarum partium inimicus, vt armaret immoderata licentia tribuniciam potestatem, dierum discrimen, & auspiciorum impedimẽta sustulit. neque enim tantùm, vt omnibus planè fastis ferri lex posset, verũ etiam, ne quis per eos dies, quibus cum populo liceret agi.

agi, de cœlo seruaret, rogationem tulit. idq; postea seruatum esse, videntur illa significare, quæ scripta sunt in oratione de prouincijs: Aut statuendum vobis est, legē Aeliam manere, legem Fusiam non esse abrogatam, non omnibus fastis legem ferri licere, cùm lex feratur, de cœlo seruari, obnunciari, intercedi licere. Ergo, ante legem Clodiam, non omnibus, sed fastis, nō omnibus fastis, sed comitialibus, nec comitialibus, si quis de cœlo seruaret, ius ferendæ legis erat: post legem Clodiam, nō omnibus quidem diebus, sed omnibus tamē fastis, quod antè non licuerat, etiamsi de cœlo seruaretur, ferri lex potuit. Opinor etiam, qui dies Religiosi vocabantur, quorum in numero Atri erant, ijs non potuisse legem ferri: de quibus hæc legimus in Festo: Dies religiosi, quibus, nisi quod necesse est, nefas haberetur facere: quales sunt sex & triginta, Atri qui appellātur, & Allienses, atq; ij, quibus mundus patet. Allienſem autem diem, quā Festus non nominat, XV. Kal. Sext. fuisse, Liuius docet lib. VI. idemq; subiungit, religiosum diem fuisse postridie etiā Idus Quinct. cui Gellius lib. V. cap. 17. Macrobius lib. I. Satur. assentiuntur: ex quibus & id cognoscitur, quod Varro quoq; lib. V. & Festus docēt, Liuiusq; significat, dies postridie omnes Kalēdas, Nonas, Idus atros esse habitos, vt neq; præliares, neq; puri, neq; comitiales essent. itaq; quod ad Kalēdas attinet, legitur illud Afranij apud Nonium: Septēbris heri Kalēdæ, hodie ater dies. quòd si dies atri comitiales non sunt, ergo diebus atris ferri legē nō licuit. Dies autē, quibus mundus patebat, alio loco Festus nominat, et ait fuisse, postridie Volcanalia, III. Nonas Octob. VI.

Idus

Idus Nouembris. & postridie Volcanalia fuit IX. Kalendas Septembris, vt apparet in Kalendario Romano. His adduntur dies, quibus penus patebat: de quo sic Festus: Penus vocatur locus intimus in æde Vestæ, tegetibus sæptus, (sic enim fortasse legendum) qui certis diebus circa Vestalia aperitur ij dies religiosi habētur. Vitatos etiam à plerisque, vt ominu aduersi. IV. Kalendas Nonas, Idus Gellius, & Macrobius tradidere. quamquam vnius Gellij mihi quidem sufficit auctoritas: à quo Macrobium, & in hoc loco, & alibi totidem verbis eadem sumpsisse constat. Diebus autem religiosis exercitum conscribere, legiones educere, manus cū hoste conserere, sponsalia inire, peregrè proficisci, denique publicæ, vel priuatæ rei quidquam moliri, non licuit: quod his diebus aduersus rerum exitus consecutus esset. De diebus hæc. Horæ verò, quibus agi cum populo posset, omnes erant intra ortum solis, & occasum, reliquis non licebat. ante primam enim horam nihil agi licuisse cum populo, cùm ait Dio in extremo lib. λθ, non explano, ante primam horam Romani diei, cuius initium à media nocte sumebatur, sed ante lucem, ante auroram. quod ipse quoque Dio sic interpretatur, his verbis: ὁ Γάλβας ὁ Σέρουιος κρύφα, καὶ ὑπὸ τὴν ἕω στρατηγῶν τὸν ψηφόν τισιν ἔδωκε· καὶ περὶ οὐκ ἔξον ἐκ τῶν νόμων, πρὶν πρώτην ὥραν γενέσθαι, ἐν τῷ δήμῳ τι χρηματισθῆναι. *Quòd si non ante primam sequitur, vt nec post extremam, id est eam, quæ diem claudit, agi cum populo licuerit: siquidem neque vespertina S.C. rata fuisse, neque prætori vrb.*

ius dicere posse solis occasum licuisse, traditum est à Cicerone in Philippica 2. & à Censorino de die natali, sicut igitur non omnibus diebus ferre legem licebat, ita nec omnibus horis: quibus autem horis, ys ita licebat, si neque fulgeret Iupiter, neque tonaret. Nunc de causis agamus: quæ ipsa quoque nostri promissi pars est. A corruptis moribus manasse leges, nemini dubium est. nam, vbi continenter & sobriè viuitur, vbi colitur pietas, vbi iustitia locus est, quorsum ibi lex feratur? nec sanis corporibus quæsita medicina est: nec quiescunt & sedato cursu amnes fluerent, sed incitatu, extraq; ripas diffluentibus aggeres obiecti. ac vetustissimi mortalium, prorsus omnem vim, atque omnem luxum ignorantes, tranquillam vitam, ipsa natura duce, viuebāt. pòst erupit iniuria, &, quod quisque potuit, id quisque velle, neglecta ratione, cœpit. tunc necessariò leges latæ, & immota licentia quasi frena, quæ, si quis rectè agere sua sponte nollet, eum pœna metu in officio continerent. itaque, conseruandæ augendæq; ciuitatis causa, & vt esset bene viuendi norma, legem inuentam, manifestè cognoscitur, neque minus ad hunc finem spectarunt, quæ de religione, quam quæ de bello leges latæ sunt. quæsita pietas in deos videtur; quæsita populo voluptas, vt in ludis: omnia tamen ad publicam vtilitatem referebantur. cuius autē legis vitiosa ac turpis origo sit, ea lex nominanda non est. nā legis caussa iustitia, & lex ipsa iusta ac sancta debet esse. inde enim publicum exoritur commodū. publicum dico, & quo munitur imperiū aduersus hostilē vim, & quo priuati ciues, sua quisq; bona, suum quisq; ius, aduersus priuato-

rum iniurias tuentur. quòd si hoc in omni benè instituta ciuitate, multa magis aguoscitur in Repub. Romana: quæ dum optimis legibus paret, malas autē vel abrogat suffragijs populi, vel tollit S.C. orbem terrarum penè vniuersum imperio comprehendit. quæque ciuitates aut malas leges habuerunt, aut bonis non rectè sunt vsæ: aliæ vi externa, aliæ domestica seditione conciderunt. quod & apud veteres sæpè accidisse legimus, & nostra non semel tempestate vidimus. Superest de potestate legū. ea, quæritur, primùm vtrùm maxima, deinde, si maxima, vtrùm perpetua. quod pro nostra consuetudine breuiter ostēdemus. Erat in lege summa vis, non solū, quia, quod erat lege sancitū, Quirites omnes tenebantur, quod tribus legibus, vna consulari Valeria Horatia, duabus dictatorijs, Publilia, & Hortensia, sancitum suprà diximus (paucas tamen excipio, quibus non omnes planè ciues obstringebantur: quo de genere fuisse legem derepetundis, iam ostendimus: lata enim est post illas tres, consularem vnam, dictatorias duas, à nobis proximè nominatas: &, quodcunque postremū populus iussit, id ius ratumq; esse xij. tab. lege sancitum est) verùm etiam, quia non, vt prætorio edictū, item lex annuo spatio terminabatur, sed vigebat vsque dū alia lege abrogaretur: abrogari verò omnes licuit, præter Sacratas: quæ violatæ sæpè, abrogatæ nunquam sunt. abrogauit verò non eadem, quæ violanti legem, pœna sancitur. cætera leges & abrogari omnes potuerunt, & abrogatæ multæ sunt. tametsi nulla lata lex est, quæ ipsa se contra abrogationem quasi sanctionis sæpimento non munierit graui pœna, multæ-

ne ei,

ne ei, qui abrogasset, irrogata. at multi multas abrogarunt, neque tamen vllam propterea subire pœnam. dixi iam, plus fuisse potestatis in eo, quod postremum populus iussisset, quam in eo, quod antea iusserat: id lege xij. tab. sancitum esse. iussum autem populi & suffragia fuerunt, quibus abrogabantur leges. itaque, non quid antea populo placuisset, sed quid ei postremū placeret, spectari solebat. sensit autē in hoc genere populus non semper è Repub. nam quemadmodum sæpè malas leges bonus populus, sic interdum bonas malus abrogauit. à senatu verò nunquam lex vlla, nisi Reipub. causa sublata est, vt, cùm Appuleia, Mario consule referente, S. C. damnatæ sunt, quod ab hoste Reipub. L. Appuleio Saturnino rogatæ essent: aut, cum Liuia consilio Philippi consulis sublatæ, quia contra auspicia, quæ seruari lex Aelia iubebat, à M. Liuio Druso latæ iudicarentur. erant enim quattuor omninò genera, (vt ipsa ferè Ciceronis verba vsurpem, quæ sunt in oratione pro C. Cornelio) quibus per senatum more maiorum statueretur aliquid de legibus: vnū eiusmodi, placere legem abrogari, vt Q. Cæcilio, M. Iunio cos. quæ leges rem militarem impedirent, vt abrogarentur. atq; hoc genere non abrogabat legem senatus, (nam abrogare propriè populus dicebatur) sed, vt abrogaretur, statuebat. Alterum genus erat: quæ lex lata esse diceretur, ea non videri populum teneri, vt L. Marcio, Sex. Iulio cos. de legibus Liuijs: quæ vt vno S.C. tollerentur, Philippus consul. Liuij inimicus, obtinuit à senatu. ideo autem, huiusmodi legibus non videri populum teneri, senatus decernebat, quia, contra auspicia latas

esse, augures monuissent. Tanta Romæ fuit in auguribus auctoritas. de quibus libro 11 de legibus hæc à Cicerone scripta legimus. Quid religiosius, quam cum populo, cum plebe agendi ius aut dare, aut non dare? quid, leges, non iure rogatas, tollere? nihil domi, nihil militiæ, per magistratus gestum, sine augurum auctoritate posse cuiquam probari? quæ ipsa, & alia, in libro de Religione tractabimus. Tertium, de legum derogationibus. quo de genere persæpè S.C. fiunt, vt de lege Calpurnia de ambitu, qua derogaretur. Quartum genus, quod ea Ciceronis oratio mutila admodum est, neque in ipsa, neque in Pediano interprete, ac ne alibi quidē, quod sciam inuenitur me tamen in eam partem coniectura ducit, vt existimem, cùm aliquem senatus hostē iudicaret, simul, vt eius quoque leges, quæ quidem aduersus Rempub. essent, tollerentur, eodem S.C. aut alio proximè facto, iudicasse quarum enim maximè legum caussa pernicio sius patriæ ciuis dānatus sit, & à Repub. remotus: eas ipsas leges in Repub. non hæsisse, sed abiectas illicò esse etiamsi ab historia non prodatur, veritas men similimum est quale fuit, quod de legibus Saturnini proximè, & de legibus M. Antonij in prima huius libri parte diximus. Rectè igitur semper, & iustissimè senatus. A populo verò, aut ab ijs qui mercede conducti speciem quandam populi præ se ferebāt, temeritate potius aut fraude, quàm consilio, aut ratione, salutares ciuitati leges nonnunquam abrogatæ sunt, vt, rogante P. Clodio tribuno pl. Aelia de auspicijs, Fusia de diebus comitialibus. Postremum illud est, cū, verbo quidē, neque à senatu neq; à populo, tacito autem omnium consensu

sensu per desuetudinem leges abrogabantur. id quod & Iulianus iurisconsultus notauit. Erat igitur in lege vis non solùm maxima, quod Cicero in Philippica 11. satis planè narrat, cùm ait: in publicis actis nihil est lege grauius: verùm etiam perpetua: siquidem vetustate neque tollebatur lex, vt edictum: neque debilitabatur, vt S. C. nisi si legis essent eiusmodi, vt Reipub. nimi mū consulere viderentur. nam has contrario vsu nō solū debilitatas, verùm etiam planè exstinctas, neq; dānatum esse quemquam, quia fecisset aduersus eam legem, quæ iam exerceri desisset, satis constare video. leges autem multæ, quamdiu Respub stetit, perpetuo iure valuerunt, cum, ipso libertatis initio, à primis consulibus, ac iam antè à primis legibus latæ essent. quibus ego de legibus loquor, cùm perpetuam vim legi tribuo. nam pernicios as leges, nec iure rogatas, non perpetuo iure esse, sed tolli quàm primū vtile est: cuiusmodi multa S. C. sublata sunt populus autē, quem sæpè à Reipub. commodo malæ rationes auerterent, rectam dijudicādis legibus normam non agnouit, sed vtiles sæpè abrogauit, sæpè scitu inutiles. Illud tamen, quia pertinet ad abrogandi rationem, quod in Festo Pompeio notaui, nō omittam: in sanctione legum adscribi solitum, ne per Saturam abrogari derogariue liceret. erat enim Satura, lex multis aliis conferta legibus, accepto nomine à genere cibi, ex varijs rebus condito. quod apud Diomedem Grammaticum scriptum est. id autem eo placuit in sanctione adscribi, quia in lege, multis legibus permixta & infusa, subesse fraus, quæ populum falleret, facilè poterat: at in simplici lege, si de abrogando de-

rogandóue populus rogabatur, nō difficilè erat, id, quo derogabatur, quale esset, intelligere. Addam & illud, fractam esse legis vim, non modò cùm alia lege nominatim abrogaretur, sed etiam, cùm, non omninò tota, sed eius pars lege posterius lata tolleretur: quod, Derogare, dicebatur: aut, cùm, nulla superioris legis mentione facta, aliquid ei contrarium posteriore lege rogaretur: quod erat, Obrogare atque, hoc quidem de genere, apud Liuium lib. IX. P. Sempronius tribunus pl. aduersus Ap. Claudium censorem in concione ita disputat: Ideò Aemiliæ potius legi paruerunt, quam illi antiquæ, quia hanc postremum populus iusserat, & quia, vbi duæ contrariæ leges sunt, semper antiquæ abrogat nouæ. Est etiam in 11. de inuentione ita scriptū: In duabus contrarijs legibus, vtra posterius lata sit, considerare oportet. nam postrema quæque grauissima est. Omninò quod legis vim maximam fuisse dixi, eo dixi, non solùm quia nihil esset lege grauius, & in publicis actis nihil obseruaretur magis, verùm etiam, quia legis sententia pertineret ad omnes ciues, & omnibus æqua iura describeret, præsertim à quo tēpore Q. Hortensius dictator rogationem tulit, de qua iam mentionem fecimus, vt, quod plebs sanxisset, eo Quirites omnes tenerentur. verumtamen duo genera legum excipio: alterū, quo non omnes ciues: alterum, quod omnes quidē, sed dispari iure comprehenderet. primū enim illud apud Ciceronem lib. III. ad Atticum obseruaui, quam legem aliquis tribunus pleb. ferret, ea lege collegas eius obstrictos minimè fuisse deinde, vt omittam leges aliàs, quibus senatores tenebantur, cæteri autem

erant

erant ordines liberati: quam legem, ne quis iudicio eax cumueniretur, C. Gracchus tulit, eam pro plebe, non in plebem esse latam, declaratur in oratione pro Cluentio. posteaq; L. Sylla Felix, cum eius rei quaestione sua lege constituere, populum Ro. quem ab hoc genere liberum acceperat, alligare nouo quaestionis genere ausus non est. ergo hac lege, quæ primum Sempronia fuit, de C. Gracchi latoris nomine: deinde Cornelia, postea quã L. Sylla, lege lata, quaestionẽ & ipse eiusdem rei constituit: qua deinde potius, quam Sempronia, eius generis iudicia sunt administrata: hac, inquam, lege, vt est in oratione pro Cluentio, senatores, & ij, qui magistratũ gesserant, soli tenebantur: vt, quemadmodũ rectè agentibus plura præmia, sic plura peccantibus iudiciorum pericula proposita essent. Legẽ etiam Iulia de pecunijs repetundis equestrem ordinem non fuisse alligatũ legimus in oratione pro Rabirio Posthumo. in oratione verò pro Cluentio, quæ lex item de pecunijs repetundis nominatur, qua & ipsa præter ordinem senatorium nemo tenebatur, Iulia non fuit, vt ex temporum examinatione, quæ me sæpè magnis erroribus expediuit, facilè conieci. nam cum, Iuliam de repetundis latã esse à C. Cæsare in primo consulatu, notum sit vel ex historia, vel è Ciceronis orationibus, atque epistolis: orationem autem pro Cluentio annis aliquot ante Cæsaris consulatũ Cicero prætor habuerit: sequitur, vt omninò, quod ad nomen attinet, diuersæ leges fuerint. Quanã igitur fuit, dicet aliquis? Cornelia, L. Syllæ: ex qua multa in suam legem postea Cæsar transtulit. de qua sic in ea pro Posthumo: Si est hoc nouum in lege

Iulia,

Iulia, sicuti multa sunt seuerius scripta, quam in antiquis legibus, & sanctius iudicata: sanè etiam consuetudo huius generis iudiciorum noua sin hoc totidem verbis translatum caput est, quot fuit non modò in Corneolia, sed etiam antè in lege Seruilia: per deos immortales, quid agimus iudices, aut quem hunc morem nouorum iudiciorum in Rempub. inducimus? Reliquum est, vt de lege agamus, quæ omnes quidem ciues, dissimili tamen conditione adstringeret. at hoc quidem cū multis exēplis probare possim, vno cōtentus ero. Fuit igitur huius generis Tullia de ambitu: qua lege aliā plebi, aliam senatoribus irrogatā esse pœnā, cōstat ex oratione pro Murena. id quod ostendimus iam, cùm de legibus capitalia crimina vindicantibus ageretur. Dictum est de Legibus. ordiemur nunc de Magistratibus.

FINIS.

INDEX RERVM MEMORABILIVM IN LIBRVM DE LEGIBVS.

Accusator in criminalibus tantùm caussis esse debet 161
accusator duas habebat horas ad dicendum, Reus autem tres 184
accusator dies xx. habuit ad agẽdum, totidem defensor ad defendendum 172
accusator obtinuit locum Rei 208
Acilia lex de repetundis 172
Man. Acilius Glabrio tulit legem de iudicijs 176
Acilia lex seueriſſima, eademq; mitiſſima, variè conſiderata 176.
adoptio 94
adoptio, apud pontifices 95
adoptans excedere debet XIIX. annis eum, qui adoptatur ibid.
De adoptionibus lex curiata ibid.
adulterio damnatis mulieribus non licuit teſtimonium dicere 117
adulteria 161. 214
adulterina ſigna vetantur 215
Aebutia lex de legibus ferendis 130
Aebutia lex de XII. tab. corrigendis 131
ædilitatis curulis annus erat XXXVII. 51
ædilitas præturam biennio antecedit 51.
Aelia & Fuſia lex de iure, ac tẽpore comitiorum 60
Aeliam & Fuſiam duas eſſe leges 61
Aelia & Fuſia lex annos prope centũ durauit ibid.
Aeliæ & Fuſiæ legum ſententia 62
Aelia & Fuſia lex ſublata 64
Aelia lex quid iuſſit 67
Aelia lex vtilior ciuitati, quàm Fuſia ibid.
Aelia lex de auſpicijs, de obnunciatione, & de interceſſione 64

Aelia Sentia lex de testamentis 93
Aelia Sanctia lex de locupletibus 98
Aelia lex de comitiorum iure, ac tempore 255
Aemilia lex de sumptibus 140
L. Aemilius Paulus Macedoniam deuicit, & quo tempore 77
M. Aemilius Lepidus 22
Man. Aemilij dictatoris lex de censurâ 42
M. Aemilius Scaurus princeps senatus 162
in ærario depositũ à Cæsare dictatore septies millies HS. 248
ærarium in Saturni Opisq; templo, ad Capitolij radices ibid.
in æs incidebantur leges 245
Aetoliam M. Fuluius Nobilior subegit 77
Agesilaus qualis fuerit Spartæ 9
agraria lex Cæsaris 91
agraria lex Rulli ibid.
agrum campanum, ad subsidia Reip. vectigalem relictum, diuisit C Cæsar 93
Albani in Italia floruerunt 13
Albanus mons 50
Albani Vestales in stupro deprehẽsas virgis ad mortem vsque cædebant 162
Albani Vestalium sacerdotium habebant ibid.
album vestimentum addere petitionis caussa non licuit 42
A littera absoluendi nota 137
A littera inscripta tabellæ, valebat, antiquo, hoc est, nihil nouari volo, antiqua probo, in morem pristinum reduco 232
Allobroges à Q. Fabio deuicti 78
Amata, virginum Vestalium prima 27
ambitionis tollendæ lex quando lata 42
ambitus 181. 207
ampliatio in iudicio quid 173
ampliandi signum NL. in iudicijs fuit ibid.

ampliatio erat tardior condemnatio 175
ampliatio est comperendinatione vetustior ibid.
ampliatio erat iudicum 177
amplius, quando pronunciatum 173.174
Q. Ancharius prætorius 81
Anicius prætor Illyrium, & Dalmatiam debellauit, & vnam prouinciam fecit 77
annales Villij quare vocati 48
annis ferè xx. electis regibus, populus Ro. incerto iure vtebatur 19
Anytus Anchemeonis filius Athenis corrumpendi iudicij pestem induxit 213
annona 210
Antia lex de sumptibus 39
Antij Restionis lex citò irrita facta 143
Antipho Rhamnusius primus, qui ob defensum negotium pecuniam accepit 139
antiquorum opinio de familiaritate inter deos, & homines 16
antiqui scriptores integros numeros ponere maluerunt, quàm cum exigui numeri additione pronunciare 105
antiquare, vel accipere leges 234
antiquare, quid sit 244
Antonia lex de iudicum numero 113
Antonia lex de maiestate 165
Antonia lex de damnatis, de vi 186
Antonia lex de centurionum iudicijs 212
Antonij lex impudens & dissoluta ibid.
Antonij lex de tribus decurijs ibid.
Apollini quomodo sacrificandum 28
Apollini cur vouendos ludos censuere Romani. 29
Appuleia lex de maiestate 169
aqua, & ignis ambitus damnatis in decem annos interdicebatur 152
aqua, & igni interdicere, est exilium non nomina-

tim, sed re ipsa inferre 283
Man. Aquillius consul Asiá in prouinciæ formã redegit, ac de Aristonico triumphauit 77
C. Aquillius quæsitor 202
Aquillia lex de adulterio 214
Aquillia lex derogauit omnibus legibus de iniuria, & damno latis 216
Aquillia lex de iniuria, & damno, plebiscitum fuit. ibidem.
ara ante sepulchrum fieri solebat 126
arceram sternere non licuit 143
Ariobarzanes Cappadociæ rex 83.84
Aristonicus Asiam occupauit 27
Armenia Tigrani regi concessa fuit 83
Asia ab Aristonico occupata 27
Asiam cis Taurum montem bello Antiochino L. Scipio ad imperium populi R. adiunxit 76
Asia ab Aristonico, Attalo rege mortuo, occupata, & quo tempore 77
Asia cum Ponto vna prouincia facta 78.79
Asiam Attalus rex populo Rom. testamento reliquit ibidem.
Asiæ tres diœceses ad Ciliciam attinebant 82
Asiæ præfectus, idem Lydiæ, Ioniæ, Cariæ, Mysiæ, & parti Phrygiæ præfuit ibid.
Ateius Capito 161
Ateria lex de multa. 136
Athenienses minus, quàm Lacedæmonij floruerunt. 9
Athenæ citiùs, quàm Spartæ, legum maiestatem neglexerunt ibid.
Atilius Serranus, & L. Scribonius Libo 30
Atilius Calatinus reus proditiõe opidi Soranorũ 167
Atinij lex de tribunorum pl. creatione 37
Atinia lex de vsucapionibus 131
Atinia lex de furtis 216
T. Atius Labienus legem Syllæ abrogauit 22

L. Atilius, & C. Marcius duas leges rogarunt 87
Attali reges possederunt Asiam, & quo tempore 77
Attalus rex Asiam populo R. testamento reliquit 78
ad auaritiam coercendam leges de fenore 126
Aufidia lex de ambitu 211
M. Aufidius Lurco ibid.
auium cantus, & volatus obseruabatur 237
augures quinque lege Ogulnia electi: cùm antea tantùm quattuor essent 20
augures ex veteri lege ab auguribus creabantur 20
augures ad bellum sponte ibant 27
augurum omnium q; magistratuum fuit de cœlo seruare 63
augures tres in lege de imperio ferendo adesse debebant 86
augures habebant spectionem 228
augurum summa Romæ auctoritas 260
Augustus cõtra legem Voconiam feminis tribuit, vt super H SXXV M. heredes esse possent 95
Augusti lex de testamentis 96
Augusti lex de iudicum numero 113
Augusti lex de adulterio 214
C. Aurelius Cotta quam legem abrogauit 56
L. Aurelius Cotta prætor 107
Aurelia lex L. Cottæ de iudicijs, & iudicum numero 110.113
aurum coronarium 179
auspicato Romani veteres magistratum inibant 63
auspicia quid ponderis habebant 63
auspicia fuerunt, vt esset obnunciatio 62.63
auspicia referuntur ad religionem ibid.
auspicia à numine deorum pendent ibid.
auspicijs vrbs Roma condita fuit 70

B.

BAulis Q. Pompeius Rufus exul vixit 153
Bæbia Cornelia lex de ambitu 39.207
Bæbia lex de quattuor prætoribus creandis 35

bos auratus eſt duabus capris albis auratis Apollinis ſacrificium 29
bos centuſſis æſtimandus erat 137
bos femina aurata Latonæ ſacrificium 29
Budæi error 201.205

C.

CAdaueris cremandi, & ſepeliendi cõſuetudo. 124
ad cadauer cremãdũ ꝓpinquior igné accẽdebat. 126
Cæcili tribuni lex de repetundis 71
Cæcilia lex de vectigalibus tollendis 136
Cæcilia Didia lex de fenore 128
Q. Cæcilius Metellus Nepos prætor 136
Cæcilia Didia lex de legibus 128
Cæcilia & Didia lex de legibus rogandis 227
L. Cæcilij tribuni pl. lex de minuẽda ambitus pœna 236
Cœlia lex tribunicia de ſuffragijs per tabellum ferendis 71
Cæpionis lex 103
Q. Cæpio, accuſante C. Norbano, damnatus 107
Cærimonia contra peſtilentiam 32
C. Cæſar quo tempore in ſacerdotij gradum adſcendit 22
C. Cæſaris lex de ſacerdotijs 23
C. Cæſare honorum, poteſtatis, & imperij nemo auſidior fuit 49
C. Cæſar ſuperauit Iubam Mauritaniæ regem 78
Cæſar ad quinquennium in Gallijs contra leges adminiſtrationem habuit 80
C. Cæſar tres regebat prouincias conſulares 81
Cæſaris per decennium Galliarum adminiſtratio libertatis exitium fuit 84
C. Cæſar agrariam legem vltimus pertulit 93
C. Cæſaris lex de Stellate campo, agroque Campano diuidendo ibid.
C. Cæſaris lex Iulia de iudicijs 111.113
C. Cæſaris lex de iudicum numero ibid.

C. Cæsaris lex de patronorum numero 113
C. Cæsaris lex de ratione iudicandi 112
Cæsaris consulis lex de repetundis, multa & varia in se continens 178
C. Cæsaris victor restituit lege Pompeia antea damnatos 183
Cæsaris lex de sicarijs 193
C. Cæsar in ædilitate quæstionē de sicarijs exercuit, extra ordinem 198
C. Cæsaris lex de parricidio 199
C. Cæsaris lex Iulia de veneficio 207
C. Cæsaris lex agraria de iniurijs 217
C. Marius, cùm in Cappadocia esset, factus est augur 21
Caius ab Opimio necatus contra legem Porciam. 193
Caligula Mauritaniam, & Africam in duas prouincias diuisit 78
Calliſtratus de deportatione quid 147
Calpurnius prætor retulit senatus decretum 29
Calpurnia lex de ludis Apollinaribus ibid.
Calpurnia lex de ambitu 39
Calpurnia lex de ambitu lata anno vrbis. DCLXXXVI. 207
Calpurnia lex nunquam abrogata, sed ei aliquid derogatum aliquando fuit 208
Calpurnij Pisonis lex de ambitu ibid.
calumniæ damnatis quid licuerit 117
Campanum agrum diuisit C Cæsar 93
campum Stellatem, maioribus sacratū, diuisit C. Cæsar ibid.
C. Canuleius tribunus pl. legē tulit de coniugijs 119
capitalia quæ Romulus in matrimonio iudicauit habenda 118
capitale crimen 145.146
capitalis, & capitis causa in quo differunt 157
capitalia publica quæ habebantur 194.195
capitalia quæ non habebantur 162

capitalia crimina publicis iudicijs cognoſcebãtur. 155
capitalia iudicia quæ ſint 157
capitalium rerum condemnati, integris patrimonijs exularunt ante C. Cæſaris tempora 200
capitalium rerum condemnati dimidia bonorũ parte multabantur ibid.
capitis deminutio, quid 146
capitis pœna, libertatis vel ciuitatis amiſſio, dicebatur ibid.
capite damnatis egredi vrbem palam licuit 153. 154
capitis pœna cum pecunia non coniungebatur 230
in Capitolio aliquando ferebantur leges 248
Cappadociæ rex Ariobarzanes populi R. ſocius. 82. 83
Caſſia lex, principium iuſtiſſimæ libertatis 71
Caſſia lex trib. de ſuffragijs, per tabellam ferendis 71
C. Caſſij tribunicia lex pro populo de ordine ſenatorio 60
Caſſij trib. pl. lex de damnatis à populo, imperioque priuatis 72
Caſſij dict. lex de prouincijs ibid.
Sp. Caſſius, à patre & à populo damnatus 90
L. Caſſij tribunal, ſcopulus reorum habebatur. 118
Sp. Caſſius Viſcellinus de regno cogitauit. 165. 166
in Caſtoris templo leges aliquando latæ 249
caſtrare homines, lege cautũ fuit libidinis cauſſa. 193
Catoni prætura extra ordinem data 51
Cato non eſt paſſus ſibi decerni, quod alijs etiam nõ tribueretur 52
M. Cato Vticenſis laudatus, ob legem ſeruatam in petitione tribunatus 72
M. Cato Cenſorius poſt Scipionem Africanũ reliquum Hiſpaniæ ſubegit 76
Q. Catulus Siciliam vicit primus 76
M. Catonis Cenſorij lex pro ciuibus R. 146
C. Cato de repetundis damnatus 170
Catonis Cenſorij lex Porcia de ſicarijs 193
cauſſa Mancini 158

in cauſſa Maieſtatis & proditionis iudici impuni tas dabatur 165
cauſſæ famæ non ſunt capitales 156
Celerum tribunum populus creauit, qui equitibus præerat 33
centuſſis bos, decuſſis ouis 137
centuriatis comitijs agebatur de perduellione 195
centum viri iudicabant 161
centuriata comitia nō niſi à maiore magiſtratu ſunt habita 168
ceſpes, ſepulti hominis ſignum 126
Charondas Thurijs leges tulit 8
cibaria lex Lepidi conſulis 142
Cicero conſul quam legem tulit 59
Cicerone prætore Manilia lex lata ibid.
Cicero & alij, Ro. ciues necauerunt cōtra legem Porciam 194
Cicero concionis habendæ poteſtate priuatus à Q. Metello 235
Ciliciam P. Seruilius perdomuit 78
Cilicia & Cyprus vna prouincia 79
Ciliciæ adminiſtrator, Pamphyliā, Phrygiam, Lycaoniam, & Laodiceam etiam adminiſtrabat 82
Cincia lex de donis & muneribus 139. 232
Cippus, ſepulti hominis ſignum 126
circus Flaminius, antea Prata Flaminia, locus ferendæ legis 248
ciſtis ſuffragiorū cuſtodiendis qui præfuerunt, Nongenti appellati 240
in ciuitate liber omnis diuturna poteſtas grauis 42
qui ciuem ab hoſte ſeruabat, ab imperatore quercea corona donabatur 87
ciuis R. niſi perduellionis cauſſa, necari aut verberari non potuit, lege Porcia 146
ciuitatum duarum nemo eſſe poteſt 148
Claudiæ Veſtali multa æris grauis XXV. millia dicta 158

Claudius Imp. vsq; ad XH. S. oratoribus capere posse permisit 139
clauum pangebant Idib. Sept. 31
P. Clodius, quam in tribunatu legem tulit 59
P. Clodij lex contra legem Aeliam & Fusiam 64
P. Clodij lex de prouincijs Macedoniæ coniungendis 82
Clodia lex de nummis 138
Clodia lex de publicis iniurijs 219
Colonijs nouis C. Gracchus replebat prouincias 99
columnis etiam incisas fuisse leges 246
columnæ XLI. de cælo tactæ, quibus incisæ leges legebantur 247
comitijs curiatis leges latæ 17
de comitijs, populares fuerunt leges 59
comitia quando & quare dimittenda 74
comitiorum priuilegia ibid.
comitia de reo iudicando dicta 225
comitia nundinis haberi non licuit 230
comitiales dies, qui dicebantur 237
commodum publicum quomodo intelligendum. 257
comparandi consuetudo apud prætores non fuit. 184
comperendinatio vtriusque partis est recitatio 173
comperendinatio, à Seruilio illata 174
comperendinari in iudicio repetundarum non licebat ibid.
cõperẽdinatio nõ potest inuitis iudicibus omitti. 175
cõperendinatio in quo differat ab ampliatione. ibid.
comperendinatione vetustior est ampliatio. ibid.
consuetudo diuturna pro iure, & lege obseruari solet 44
consules duos plebeios fieri lex non vetabat. ibid.
consules duos patricios fieri lege non licuit 45
consules duo patricij contra legem Liciniam creati ibid.
consulatus gerebatur anno XLII. 42
consulares prouinciæ septem quę fuerint 81

consul aduocabat populũ centuriatim in campũ. 159
consulum ius sine populi R. iussu 195
consilium edicere 225
consulere in senatu, est, rogare sententias 227
Corinthum, Achaiæ caput, quo anno excidit L. Mũmius 78
Cornelia lex de ludis 31
Cornelia & Bæbia lex de ambitu 39
Cornelia lex Syllæ de imperio 84
C. Cornelij lex de legibus aliquem soluendo 74
Cornelia & Curiata leges de lectoribus 84.85
Cornelia lege senatus dabat imperium ibid.
Cornelia lex de testamentis, consularis 95
Cornelia lex de prætoribus 118
Cornelia lex L. Syllæ de sumptibus 142
Cornelia lex de ijs, qui soluerentur legibus 74
Cornelia lex de maiestate 164
Cornelia lex de repetundis 172
Cornelia & Acilia lex in quo differant 177
Cornelia lex de sicarijs & veneficis 186
Cornelia lex L. Syllæ de sicarijs 192
Cornelia lex L. Syllæ de veneficio 206
Cornelia Bæbia lex de ambitu 207
Cornelia L. Syllæ lex de iniurijs 217
Cornelia lex de alea 220
Cornelia lex de reditu Ciceronis 232
coronarium aurum 179
corrupta iudicia 212
Corsicam vicit C. Papirius Maso consul, ac prouinciam fecit P. R. 76
Corsica quando à R. capta & per quem 75
Cottæ lex de iudicijs 109
cremandi & sepeliendi consuetudo 124
cremandi consuetudo vsque ad Antoninorum Imp. ætatem perdurauit 126
Creta à Q. Metello debellata anno vrbis DCXCI. 79
crimen capitale quomodo intelligendum 146

crimi-

crimina capitalia publicis iudicijs cognoscebãtur. 155
criminum alia capitalia, alia non capitalia 58
crimen de maiestate non semper est publicum 163
quo crimine damnatos licuit necare ciues 166
crimen perduellionis etiam successoribus fuit purgandum 167
crimen nisi à successoribus purgetur, hereditas fisco vindicatur ibid.
Curiatis comitijs leges latæ 17
in curias XXX. populus diuisus ibid.
Curiatæ leges ibid.
Curiata lex à XXX. lictoribus ferebatur 85
Man. Curius Dentatus tribunus pl. 47
Curiata lex pecuniam dabat rectoribus 84
Curiata lex de exercitu habendo, & de bello gerendo 85
Curiata lex à consulibus ferri solita ibid.
Curiata lege populus dabat imperium 84
Curiata lex quod à prætore ferretur, extraordinariũ fuit 86
Curiata & Cornelia leges, quæ rectoribus prouinciarum imperium dabant 84
curulis ædilitas promiscua 45
Cyprus vltima in prouinciæ formam redacta anno DCXCV 78

D.

DAmnati à populo 75
damnatis de corrupto iudicio perpetuũ fuit exilium 154
damnatione ius Romæ manendi non semper fuit ademptum 170
à decemuiris prouocatio non fiebat 19
decemuiri quo tempore constituti ibid.
in decem tabulis æneis leges perscriptæ ibid.
per decemuiros, leges à Græcis ciuitatibus petebantur ibid.
decemuirorum lex de coniugijs 118

M. Decius quam rogauit legem 87
deportati, quibus interdicti intelliguntur 147
per deportationem adimitur libertas ibid.
deportatio 185
deportati omnia iura & bona amittunt 192
deportatio succeſſit in locum pœnæ aquæ & ignis interdictionis 199
derogari legi 261
dextra Græcis læta, Romanis ſiniſtra 238
Dianæ templum in Auentino monte 248
Didia lex de ſumptibus 39
Didia lex de ſumptibus & eius cauſſa 142
dies iudiciarij 113
dies comitiales quare dicti 237
digitus abſcindebatur, antequam cadauer ad pyram deferretur, & quare 125
diminutio capitis triplex 146
diribere, quid & quomodo intelligendum 239
diribitores, rogatores, tabularum cuſtodes 230
diremptio ſuffragiorum, quid 244
dirimere ſuffragia, quid ibid.
diſcordia inter plebem & ſenatum 20
diſtinctione veritas illuceſcit 156
diſcedite, in ſuffragijs ferendis quomodo intelligendum 239
diuina tractari à plebeijs indecorum 16
diuina cur à plebeijs non tractanda ibid.
diuortium quibus de cauſſis fieri potuit 118
diuortium faciens dijs inferis ſacrificabat ibid.
Cn. Domitij lex tribunicia 20
Domitiam legem, in quo capite confirmauit C. Cæſar 22
Druſi leges omnes vno S.C. ſublatæ 106
Druſi lex de iudicum numero 114
M. Duillius quam legem renouauerit 39
Duillius retulit quod ante latum erat 40
Duillia lex, quid de tribunis ſanxit ibid.

duodecim tab. lex de sacris 20
duodecim tab. leges de magistratibus 37
duodecim tab. lex de rogatione ad populũ fer. 74
duodecim tab. lex de coniugijs 119
duodecim tab. leges de iure ac libertate ciuium Rom. 121
duodecim tab. lex de sepulchris 123
duodecim tab. leges de sumptu in mortuis, & lamentatione 125
duodecim tab lex de iure ter vendendi liberos 143
duodecim tab. lex de confinio 144
duodecim tab. lex de vicinis alliciendis ibid.
duodecim tab lex de patria potestate 143
duodecim tab. lex de furiosis ibid.
duodecim tab. lex contra prodigos ibid.
duodecim tab lex de reis ibid.
duodecim tab. lex de sanatibus 144
duodecim tab. lex de maiestate 165
duodecim tab. lex de veneficio 206
duodecim tab. lex de corruptis iudicijs 213
duodecim tab. lex de falsis testimonijs 214
duodecim tab lex de infamia 215
duodecim tab. lex de furto ibid.
duodecim tab lex de clandestinis coitionibus 216
duodecim tab. lex de tutoribus 215
duodecim tab. lex de iniuria ibid.
duodecim tab lex de arboribus ibid.
dnodecim tab. lex de sodalitijs 217
dyumuiri perduellionem iudicabant 166

E.

Equitibus decoctoribus certus locus assignabatur in ludis spectandis 30
Ex equitibus R. tribuni etiam fiebant 38
equitibus R. quo tempore licuit tribunatum petere. ibidem.
equites R. iudicauerunt per annos XL. sine infamia 109

Equites cum senatoribus ante bellum Italicum nùm-
quam iudicauerunt 102
equo dictator vti non potuit, & cur 35
error Vlrici Zasij 61
error Plutarchi 98.103
error Pediani 104
error T. Liuij 102
error Paterculi 109
error de lege Iunia, Licinia, & Fusia 119
error Gellij 137
error in Sallustij oratione 182
error Budæi 201.205
error in quodam Cic. loco, & correctio 243
error in epist. Cice. 244
Euphrates imperij R. terminus ad orientem 83
in exilium profugiunt multi ante damnationem
149
de exilio decem annorum 150
exilij duo genera, voluntarium & legitimum ibid.
exilium legitimum voluntario grauius 154
exilium cum pecuniaria pœna 171
exilium x. annorum fuit de ambitu damnatis 209
exulibus non adimitur ciuitas, sed ab ijs relinquitur.
146

F.

FAbia lex de senatorum numero 139
Fabia lex de plagiarijs 215
Falcidia lex de testamentis tribunicia 98
De falsis 159
falsa testimonia 214
famæ caussa non est capitalis 155
De famosis libellis 159
Fannia lex de ludis Megalensibus 30
Fannia lex de sumptibus 39
Fannia lex de sumptibus lata fuit anno ab vrbe con-
dita DLXXXIIX. 141
Fanniæ & Orchiæ legis differentia ibid.

Præter flauum, Deos peregrinos non colendos, cauit Romulus 17
feneratores quadruplum accipiebant 127
fenerator, fure peior habitus olim ibid.
Flamen Martialis 17
Flaminia lex de agrorum diuisione 92
Flaminia prata, Flaminius circus, locus ferendę legis 248
Flauia lex de agris 93
in foro aut campo Martio plerunq; ferebantur leges 248
frumentariæ leges 138
fulmen sinistrum, aduersum, infaustumque comitijs erat signum 74
Furia lex de testamentis tribunicia 96
Furia lex de testamentis 131
furti iudicium inter turpia & famosa iudicia numerabatur 216
Fusia lex de comitiorum iure ac tempore. 60. 130. 254
Fusiam & Aeliam duas esse leges 61
Fusia lex de fastis diebus sanxit 64
Fusia lex quid iussit 67
Fusia lex de iure ciuili 131

G.

GAbinia lex tribunicia de magistratibus & suffragijs per tabellam ferendis 71
Gabinia lex de clandestinis coitionibus 216
Gallia cisalpina quando prouincia facta 78
Geganij Macrini lex de censoribus 42
Gellij error 137
genera quattuor de legibus aliquid statuendi 259
gerere se pro alio, lege vetitum 215
Glauciæ lex de comperendinatione 172
C. Gracchus duas tulit leges 87
Tib. Gracchus tribunus pl. quam tulit legem 92
Gracchi leges contra senatum 100

Gracchi lex de iudicum numero 112
Gracchi lex de corruptis iudicijs 212
Græciæ morem imitati verberibus in ciuem animad-
uertebant 196
Græcis auſpicia dextra læta, Romanis ſiniſtra 239

H.

HAſtæ iudicium quale fuerit 97
hora prima Romani diei, incipiebat à media no-
cte 236
horæ, quibus cum populo agi licebat ibid.
Horatia lex 39
Q. Hortenſij lex de legibus 224

I.

Imperium rectorum prouinciarum 84
de Imperio aucto tantùm triumphus decerneba-
tur 81
imperare licebat conſulibus & prætoribus 237
inaugurato nihil fieri, ſanxit Romulus 15
inceſtus capitale publicum 159
indicium ſenatoribus non licuit profiteri 165
infamiam, maieſtatis crimen Sylla fecit 215
iniuriæ publicæ, & priuatæ 216. 220
interceſſio à tribuno pl. quando fieri potuit 236
interceſſio impediebat legem ibid.
interceſſio fiebat edita voce, Veto. ibid.
Ioui ſacrum illius caput fuit, qui ædilibus, iudicibus,
X. viris, nocuiſſet 40
iudicium de reſcindendis confirmandisue teſtamen
tis, haſtæ nuncupatum 97
iudicia à ſenatu ad equites translata per C. Gracchũ.
99
In iudice ſpectanda eſt fortuna & dignitas 112
de iudicum ætate leges 113
iudiciorum moderatio 125
iudicia non tractari omnia vno modo 155
iudicia capitalia quæ ſint 157
iudices cognoſcunt ac iudicant, non ius dicunt 160

iudicium de vi, ad quos pertinebat 181.182
iudiciaria lex 181
iudicum nomina in pilis inscribebantur 184
iudicum quæstionis duo genera 201
iudicum numerus CCCLX. 212
In iudicio populi trinundinum seruabatur 230
In lugario vico erat ærarium 247
Iulia lex de ambitu 212
Iulia lex de iudicijs, & iudicum ætate 113
Iulia lex de ætate iudicum ibid.
Iulia lex de ratione iudicandi 114
Iulia lex de iudicibus 115
Iulia lex de damnatis vi ibid.
Iulia lex repetundarum de testibus ibid.
Iulia lex de testibus 117
Iulia lex de adulterijs ibid.
Iulia lex de coniugijs 120
Iulia Augusti lex de seruis non manumittendis. 122
Iulia lex de ciuitate 133
Iulia lex de multa 138
Iulia lex de maiestate 164
Iulia lex Octauiani de perduellione 169
Iulia lex de armis 180
Iulia lex de damnatis de vi 185
Iulia lex Augusti de adulterijs 186
Iulia lex de peculatu 191
Iulia lex de residuis 192
Iulia lex de veneficijs 207
Iulia lex de ambitu 211
Iulia lex de nefanda libidine & stupro 214
Iulia lex de annona 220
Iulia lex de repetundis pecunijs 172.263
Iunia lex de testamentis tribunicia 96
Iunia licinia lex de legibus 128
iurisconsultis munera permissa vsque ad C. aureos 139
iurisdictio & quæstio publica 161
ibid.

ius est bene viuendi norma legibus tradita 9
ius dicere & iudicare in quo differunt 161
ius dicere non, est quærere 205
ius dicere post solis occasum vetitum fuit, ita & ante solis ortum 257
ius omne aut à natura est, aut à consuetudine, aut à legibus 12
ius publicum & priuatum 13
iussa populi 74
iussa populi omnes tenebant 40
iussa regum pro legibus fuere 14
iussum populi pro suffragijs habebatur 45
ius prætorium 118

L.

LAetoria lex de plebeijs magistratibus 37
Lætoria lex de plebeiorum magistratuum creatione 159
Lætoria lex de stipulantium ætate 80
lapis sepulti hominis signum 126
Latinæ coloniæ omnes extra Italiam habebant ius Latij 133
Lectoria lex de adolescentibus circumscribendis. 219
lege agere, & cum populo agere, quid 230
In lege scribenda quid cauebatur 226
leges à corruptis manarunt moribus 257
leges à quibus latæ 251.252
leges ad salutem publicam referuntur 194
leges à nomine, non à cognomine vocantur 140
leges ad temporum rationem accommodantur 55
leges à X. viris in centuriatis comitijs latæ 20
leges à Græcis ciuitatibus petebantur per decemuiros 19
leges cur scriptæ 11.12
leges corrigendi ius datum X. viris 20
leges X. uirales in publico proponebantur 248
leges de busto non violando 123

leges de ciuitate 131
leges de communi Quiritum iure 39
leges de consulatu 42
leges de diebus iudiciarijs 114
leges de falsis testimonijs, & fraude 214
leges de fenore 116
leges de iudicijs tribuniciæ erant v. Sempronia, Seruilia, Liuia, Plotia, Vatinia: prætoria fuit Aurelia: consulares erant quattuor, Antonia, Cornelia, Pompeia, Iulia 98
leges de iudicum ætate 113
leges de iure priuato 94
leges de iure ac libertate ciuium R. 121
leges de ludis 28
leges de mulierum dote publicanda 121
leges de parricidio 199
leges de priuatis sumptibus 139
leges de prouincijs 75
leges de priuilegiorum irrogatione 121
leges de sepulchrorum sacratione 139
leges de sontibus reis 120
leges de testamentis diuersæ 95
leges de triumpho 85.88
leges de triumphi causis 89
leges dictatorum 39
leges L. Drusi omnes vno S.C. sublatæ 106
leges duæ decem legibus adiectæ 19
leges xij. tabularum de magistratibus 38
leges xij. tab. de iure ac libertate ciuium Rom. 121
leges duo consulum 39
leges ferre licebat non omnibus diebus 145
leges frumentariæ 138
leges in æs incidi solitæ 144
quæ leges in Bithynia à Pompeio fuerunt institutæ 79
leges Gracchi contra senatum 100
leges in quo loco latæ 134.251.252

leges

leges in templo Castoris aliquando latæ 249
leges interpretandi, ius datum X. viris 19
legem laturus magistratus, scribebat eam domi, & cũ peritis consultabat 226
leges loco sacro ferebantur 248
leges multæ sunt latæ prout res aut hominum volũtas tulit 131
leges omnes tribunicia lege exoleuerunt 19.20
leges omnes licuit abrogari præter sacratas 258
leges per desuetudinem abrogantur 44.261
leges populares de comitijs 59
leges pro statu Reip. 13
leges pro singulorum vtilitate ibid.
leges de procuratione à tribus cõsulibus Valeriæ gentis latæ 47
leges publicæ de sacris & de religione à Romulo & Numa institutæ 15
leges quare latæ & inuentæ 256.257
leges, quæ ad perpetuitatem sancitæ 18
leges, quæ rectoribus prouinciarum imperium dabant 84
legem recitabat præco subijciente scribæ 231
lege Romuli senatores soli iudicabant 107
leges sacratas populus sibi constituit 36
leges sacratæ violatæ, non tamen abrogatæ 258
leges sanctissimæ Aelia & Fusia 61
lege Sempronia soli equites iudicarunt 103
leges sublatæ ob trinundinum non seruatum 129
leges sumptuariæ vel cibariæ 39
leges sumptuariæ 139
leges vetabant quidquam cum populo agi ante horam diei primam 89
leges vetabant supplicium de aliquo sumi ob patricidium, nisi confessi prius essent 200
leges Romanas anteponit Polybius omnibus 8
legibus soluendi 74
legis causa, iustitia esse debet 257

legis descriptio 12
legis ferendæ leges 130.223
legis ferendæ consuetudo 235
legis ferendæ impedimenta 236
legis ferendæ ius 255
legislatores qui præcipuè laudantur 8
legis potestas 258
legis promulgatio quando & quomodo 228
legum custodiendarum reponendarumq; locus. 247
legumlatores qui fuerint 62
legum vis summa 258
legum vnum genus non omnes ciues comprehendit 262
legum vnum genus comprehendit omnes ciues, dispari tamen iure ibid.
lex aduersus ambitionem 72
lex aduersus auaritiam 139
lex aduersus censoriam potestatem 59
lex ad populum lata vt singulæ tribus è suo numero quinos denos per annũ iudicaturos suffragio crearent 108
lex Aebutia de legibus ferendis 130
lex Aebutia de xij tab corrigendis 131
lex Aelia & Fusia contra populum de iure & tempore comitiorum 60
lex Aelia, Clodiæ legi contraria 63
lex Aelia de comitiorum iure ac tempore 255
lex Aelia quid iussit 67
lex Aelia Sentia de testamentis 97
lex Aelia Sanctia de locupletibus 98
lex Aemilia de sumptibus 140
lex agraria Cæsaris 93
lex agraria C. Cæsaris de iniurijs 217
lex Antia de sumptibus 39
lex antiquabatur vel scisebatur ex maiore tribuum numero 244
lex M. Antonij, consularis 20

lex

lex Antonia de centurionum iudicijs 112
lex Antonij impudens & dissoluta ibid.
lex Antonia de iudicum numero 113
lex Antonia de maiestate 165
lex Antonij de tribus decurijs 112
lex Appuleia de maiestate 164
lex Aquillia de adulterio 214
lex Aquillia de iniuria & damno 216
lex Ateria de multa 136
lex T. Atij Labieni tribunicia 20
lex Atinia de furtis 216
lex Atinij de tribuni pl. creatione 37
lex Aufidia de ambitu 211
lex Augusti de adulterio 214
lex Augusti de iudicum numero 113
lex Augusti de testamentis 96
lex de auguribus 20
lex Aurelia de iudicum numero 113
lex à tribuno pl. lata 68
lex Bæbia de quattuor prætoribus creandis 55
lex Cæcilia de tributis tollendis 136
lex Cæcilia & Didia de legibus rogandis 227
lex Cæcilia Didia de legibus 128
lex Cæcilia Didia de fenore ibid.
lex Cæcilij tribunicia de repetundis 71
lex Cæcilij tribuni pl. de minuēda ambitus pœna. 236
lex C. Cæsaris, consularis 20
lex C. Cæsaris de sacerdotijs 23
lex C. Cæsaris dict. de prætorijs prouincijs 75
lex C. Cæsaris de Stellate campo, agroque Campano diuidendo 93
lex C. Cæsaris de iudicum numero 113
lex C. Cæsaris de patronorum numero ibid.
lex C. Cæsaris de ratione iudicandi 112
lex Cæsaris consulis de repetundis 178
lex Cæsaris de sicarijs 193
lex C. Cæsaris de parricidio 199

lex Calpurnia de ludis Apollinaribus 29
lex Calpurnia de ambitu 39
lex Calpurnij Pisonis de ambitu 208
lex Carbonis de suffragijs 72
lex Cassia tribunicia de suffragijs per tabellam ferendis 71
lex C. Cassij tribunicia pro populo de ordine senatorio 60
lex Cassij dictatoris de prouincijs 72
lex Cassij tribuni pl. de damnatis à populo, imperioque priuatis ibid.
lex Catonis Censorij, Porcia de sicarijs 193
lex cibaria Lepidi consulis 142
lex Cincia de donis & muneribus 139. 232
lex Clodia de nummis 138
lex P. Clodij contra Aeliam & Fusiam 64
lex Clodia de publicis iniurijs 219
lex Cœlia tribunicia de suffragijs per tabellam ferendis 71
lex contra ambitionem 139
lex contra auspicia 62
lex contra deos peregrinos 17
lex contra M. Drusi leges 62
lex contra eos, qui tribunis pl. ædilibus, iudicibus decemuiris nocuissent 49
lex contra eos, qui ciuem Rom. verberassent, aut necassent 47
lex contra eos, qui quæstus caussa in certamina descendunt 115
lex contra eos, qui propter præmium in scænam prodeunt ibid
lex contra falsum testamentum facientes 96
lex contra histrionum licentiam 31
lex contra imperatorum ambitionem 89
lex contra mentientes in numero hostium aut ciuiũ in conflictu occisorum 89
lex contra pellices 119

lex contra piratas 109
lex contra senatum pro populo à Publilio dictatore lata 66
lex Cornelia de alea 228
lex Cornelia Bæbia de ambitu 207
lex Cornelia de eo, quod nisi per populum legibus quis solueretur 39
lex Cornelia de falsis 96
lex Cornelia de ludis 31
lex Cornelia de maiestate 164
lex Cornelia de prætoribus 218
lex Cornelia de reditu Ciceronis 232
lex Cornelia de repetundis 172
lex Cornelia Syllæ de imperio 84
lex Cornelia de sicarijs & veneficis 186
lex Cornelia de sicarijs 194
lex Cornelia L. Syllæ de sicarijs ibid.
lex Cornelia L. Syllæ de veneficio 206
lex Cornelia de sumptibus 242
lex Cornelia L. Syllæ de iniurijs 217
lex Cornelia de testamentis 95
lex L. Cornelij dictatoris, consularis 20
lex Cottæ de triplici iudicum ordine mentionem facit 98
lex Curia 47
lex Curiata à consulibus ferri solita 85
lex Curiata de bello gerendo ibid.
lex Curiata à xxx. lictoribus ferebatur ibid.
lex Curiata de imperio ibid.
lex Curiata vt à prætore ferretur, extraordinarium fuit 86
lex de absentia tribuni pl. ab vrbe 58
lex de absoluendis comitijs ipso die auspiciorum 70
lex de ædilibus cur ex plebe creandis 45
lex de ægroti in iudicium vocatione 217
lex de agro Hernicorum diuidendo 91
lex de altero censore ex plebe creando 45

lex de arboribus plantandis 144
lex de adstringendis omnibus ciuibus, dissimili tamen conditione 253
lex de bellis gerendis 87
lex de binis consulibus, potestate regia, singulis annis creandis 34
lex de candidatis 42
lex de censoribus quinquennij imperio è gente patricia creandis 41
lex de ciuitate socijs Latinis danda 131
lex de clandestinis coitionibus xij. tabularum 216
lex de clauo pangendo 31
lex de comitijs 48.70.74
lex de concionante non interpellando 37
lex de collegijs restituendis 94
lex de coniugio 118
lex de consulum creatione 41
lex de cooptandis sacerdotibus 20
lex de corruptis iudicijs 207
lex de curulibus ædilibus è gẽte patricia creandis 44
lex de decem tribunis pl. creandis, & quo anno cautum 37
leges in x. tabulis æneis perscriptæ 19
lex de X. viris sacrorum creandis 42
lex de deorum Manium iuribus 123
lex de dictatore sine prouocatione creando 35
lex de dirimendis comitijs, concilijs, vel institutis, augurumque arbitratu rescindendis 73.74
lex de donatione facta inter virum & vxorem 98
lex de duorum & de trium prætorum creatione 52
lex de duplicando quæstorum numero 42
lex, ne plus legatarius quam heres haberet 95
lex, ne quis relinqueret filiã heredẽ supra H SXXVM ibid.
lex, ne pœna capitis cum pecunia coniungatur 123
lex, vt ante initum suffragium patres auctores fierẽt, & quæ lata 60

lex, vt senatores certis de caussis à censoribus ordine mouerentur 79
ex, vt tribuni mil. senideni crearentur à populo in quattuor legiones 87
ex, vt, qui hostes acie vicissent, triumphantes vrbem inirent 89
ex, vt alter consul de plebe crearetur 91
ex, vt vnus tantum heres necessarius fieret 97
ex, vt vnum duntaxat seruum cum libertate heredũ debitor facere posset 98
ex, vt CCC. equites & CCC. senatores iudicarent, quæ falsa habetur 99
ex, vt æquâ parte iudicia penes senatum & equestrẽ ordinem essent 101
ex, vt fastis diebus legem ferri liceret 62
ex, vt liberi non poterant torqueri 121.122
ex, vt tributis comitijs lex sanxit 60
ex, vt quorum ope & consilio bellum Italicum esset concitatum 164
ex de fastis diebus 62
ex de filiorum emancipatione 92
ex de frumento gratis populo dando 93
ex de hereditatibus filiabus relinquendis 95
ex de imminuenda tribunicia potestate, à Sylla lata fuit 56
ex de imperio vnius diei, hoc est, cum quis triumphum duceret 88
ex de incestu P. Clodij in foro lata 44
ex de incestu à Numa lata 161
ex de indicijs 115.117
ex de ingenuis, & libertinis 120
ex de intercessione 62
ex de iudicijs per Cottam rogata 109
ex de diebus iudiciarijs 114
ex de laurea corona 90
ex de libertinorum suffragijs 73
ex de liberis educandis 118

lex de libertinis, & ingenuis 129
lex de liſtoribus duobus habendis 53
lex de ludis ad religionem pertinet 28
lex de magiſtratu capiendo 32.45
lex de magiſtratibus curulibus non omittendis 43
lex de magiſtratuum interuallo 45
lex de militibus, ſacrata nuncupata 87
lex de moderandis iudicijs 123
lex de moderando funerum ſumptu 140
lex de nomenclatore 72
lex de non creãdo magiſtratu ſine prouocatione. 41
lex de non omittenda ædilitate & prætura 45
lex de non petendo conſulatum ante annum ætatis XLII. 43
lex de non ſepeliendo in vrbe, & quas ob cauſas 113
lex de numero patronorum 113.114
lex de obnunciatione 62
lex de pœna in pellices 119
lex de pecunijs repetundis quo tempore à L. Piſone lata 39
lex de perſonis, quæ facinus iudicare poſſent 115
lex de petitione conſulatus 42.
lex de petendo magiſtratu 48
lex de plebeijs magiſtratibus 37
lex de plebeij conſulis creatione 42
lex de pontificum numero 21
lex de populo ab vrbe non auocando 90
lex de populo ſenocando ibid.
lex de prætore creando, qui ius diceret 43
lex de prætore vrbis, ne pluſquam X. dies ab vrbe abeſſet 44
lex de prætura 46
lex de priuilegiorum irrogatione 74
lex de promiſcuis patrum & plebis connubijs 110
lex de prouincijs cum Macedonia regendis 82
lex de prouincijs contra acta Cæſaris 129
lex de prouocatione à conſulibus tantùm 40

lex de prouocatione ab omni magistratu ibid.
ex de prouocatione tertiò lata à Valeria familia 46
ex de prouocatione ad populum, ter à Valeria familia lata 121
ex de publicanis 142
ex de quarta fructuum parte accipienda in fenore. 128
lex de quæstorum numero duplicando 42
lex de quercia corona donandis 86
ex de restitutione ad quadruplum, quod vltrà M. nummum legatum esset 96
ex de residuis cauebat eadem, quæ de peculatu 192
lex de rogatione quot annos nati essent, qui magistratum peterent 47
lex de Sacerdotijs Iulia à Cicerone vocata 23
lex de sacerdotibus 24.26
lex de sacris ritibus 16
lex de senatu, omnesque magistratus creando 33
ex de seruis manumittendis, & quibus de caussis 97.98
ex de soluendo aliquem legibus 60
lex de sumptu in cenis faciendis 30
ex de summouendis absentibus à consulatu 43
lex de sumptu in funere faciendo 126
lex de sumptibus in cenas tribunicia 141
lex de tempore agendi cum populo 89
lex de testimonij dicendi potestate 115
lex de tribunorum pl. concione 37
lex de tribunorum militum consulari potestate 41
lex de III. viris plebi agris diuidendis creandis 92
lex de tuenda fide 58
lex de turpi iudicio damnatis 115
lex de vadibus tribunis dandis 37
lex de vestibus milite publicè dandis 87
lex de vindicijs 144
lex de vnciario fenore 126
lex de vxore ducenda 119

lex & leges, de vna dicere licet 36
lex Didia de sumptibus 39
lex Didia de sumptibus, & eius causſa 142
lex Cn Domitij tribunicia 20
lex Domitia à T. Atio Labieno restituta 27
lex Domitia, a L. Sylla abrogata 28
lex Drusi de iudicum numero 112
lex duodecim tab. de sacris 20
lex Duillia non præfinit numerum de tribunis 40
lex duodecim tab. de eo quod quidquid populus postremum iussisset, id ius ratum esset 74
lex duodecim tab. contra prodigos 143
lex duodecim tab. de sepulchris 123
lex duodecim tab. de sumptu in mortuis & lamentatione 125
lex duodecim tab. de sanatibus 144
lex duodecim tab. de terminis ac finibus ibid.
lex duodecim tab. de maiestate 165
lex duodecim tab. de veneficio 206
lex duodecim tab. de corruptis iudicijs 213
lex duodecim tab. de falsis testimonijs 214
lex duodecim tab. de arboribus 215
lex duodecim tab. de infamia ibid.
lex duodecim tab. de furto ibid.
lex duodecim tab. de iniuria ibid.
lex duodecim tab. de tutoribus ibid.
lex duodecim tab. de sodalitijs 217
lex Fabia de senatorum numero 139
lex Fabia de plagiarijs 215
lex Falcidia de testamentis 96
lex Fannia de ludis Megalensibus 130
lex Fannia de sumptibus 39.142
lex Flauia de agris 93
lex Furia de testamentis 95.132
lex Fusia de comitiorũ iure ac tempore 60.130.254
lex Fusia de diebus comitialibus 261
lex Fusia de fastis diebus 64

lex Fusia de iure ciuili 131
lex Fusia quid iussit 67
lex Gabinia tribunicia de magistratibus & suffragijs per tabellam ferendis 71
lex Gabinia de clandestinis coitionibus 216
lex Geganij Macrini de censoribus 41
lex Glauciæ de comperendinatione 172
lex Gracchi de prouincijs 80
lex Gracchi de iudicum numero 112
ex Gracchi de iudicando contra ciues Romanos. 122
ex Gracchi de corruptis iudicijs 212
ex Horatia & Valeria 39
ex Q. Hortensij dictatoris de legibus 214
ex Icilia in Dianæ templo reposita 243
ex in eos, qui incendium immisissent 192
ex in quo differt à priuilegio 82
Quælex inuitis optimatibus lata 60
ex iudiciaria 181
lex Iulia Augusti de seruis non manumittendis 122
ex Iulia Augusti de adulterijs 186
ex Iulia de adulterijs 117
ex Iulia de ambitu 39.212
ex Iulia de annona 220
ex Iulia de armis 180
ex Iulia de coniugijs 120
ex Iulia de ciuitate 133
ex Iulia de damnatis de vi 115.183
ex Iulia de iudicum ætate 113
ex Iulia de iudicibus 115
ex Iulia de maiestate 164
ex Iulia de multa 138
ex Iulia de nefanda libidine & stupro 214
ex Iulia de peculatu 191
ex Iulia de pecunijs repetundis 172.263
ex Iulia repetundarum de testibus 117
ex Iulia de residuis 192
ex Iulia de testibus 117

lex Iulia de veneficijs 207
lex Iulia Augusti de perduellione 169
lex Iunia Licinia de legibus 128.130
lex Iunia de testamentis 96
lex Lætoria de plebeijs magistratibus 37
lex Lætoria de plebeiorum magistratuum creatione 59
lex Lætoria de stipulantium ætate 115
lex lata ad leuandam ære alieno prouinciam 118
lex lata, ne plusquam annua & semestris censura esset 77
lex lata, vt ante comitia patres auctores fierent 47
lex Lætoria de adolescentibus circumscribendis 219
lex Licinia de agris 91
lex Licinia de cooptatione sacerdotum 233
lex Licinia de fenore 128
lex Licinia de ludis Apollinaribus 28
lex Licinia & Mucia de ciuitate 132
lex Licinia de sumptibus 39.142
lex Licinia de tempore in ferendis legibus 129
lex Liuia de X. viris agrorum 92
lex Liuia de iudicijs 108
lex Liuia de nummis 138
lex Lutatia contra vim publicam 159
lex Lutatia de vi Reipub. illata 183
lex M. Catonis censorij pro ciuibus Rom. 146
lex Manilia de finibus 136
lex Manilia de Iugurthæ socijs ibid.
lex Manilia Cicerone prætore lata 109
lex C. Manilij de libertinorum suffragijs 236
lex Marcia tribunicia de agris 92
lex Maria de pontium suffragiorum angustia 75
lex Memmia de accusatione 117
lex Mucia de ciuitate 133
lex, ne decuriones pecuniam pro introitu darent 78
lex, ne fenerari liceret 127
lex, ne furtiua res vsu capi posset 131

ex, ne patricij cum plebe connubio iungantur 119
ex, ne plures ex eadem causa heredes fierent 97
ex, ne prouocatio fieret ad tribunum pl. 56
ex, ne quis agrum à III. viris acceptum venderet 92
ex, ne quis duos Magistratus vno anno gereret 45
ex, ne quis intra X. annos iterum consul fieret 43
ex, ne quis magistratum caperet, cuius patet in hosti
um potestate esset 48
ex, ne quis, nisi producta die, accusaretur 113
ex, ne quis, ob causam orandam, pecuniã, domum-
ue accipiat 139
ex, ne quis plus anno prouinciæ præesset, à L. Sylla
lata 84
ex, ne quis prandia vulgo daret biennio, quo magi-
stratum petijsset 211
ex, ne sacrificia externa fiant 17
ex, ne supra centesimam iure fenoris solueretur. 128
ex, ne tribuni pl. leges ferre possent 56
ex, ne quis vltra dodrantem ex tota hereditate lega
re posset 96
ex noua abrogat antiquæ 262
ex noua subuenit antiquæ legi, vetustate senescenti
40
ex Numæ de cæde hominis liberi 199
ex Numæ de coniugijs 119
ex obseruata, pœna tantùm mutata 199
ex Ogulnia tribunicia de pontificum augurumque
numero 20
ex Ogulnia de sacerdotijs 232
ex omnis iusta ac sancta esse debet 257
ex Oppia de sumptibus mulierum 140
ex Orchia de sumptibus 39
ex Papia, & Popillia 26
ex Papia de coniugijs 120
ex Papia de testibus 116
ex Papiria tribunicia de suffragijs per tabellam fe-
rendis 71

lex Papiria de ciuitate 134
lex Papiria de nummis 138
lex Papiria Iulia de multa ibid.
lex Papiria de tribunis pl. reficiendis 232
lex parricidij à Numa Pompilio lata 166
lex Petilia de ambitu 39
lex Petronia de ciuitate 135
lex Plautia de iudicum numero 113
lex Plautia de ciuitate 134
lex Plotia & Flauia de agris plebi diuidendis 93
lex Plotia de iudicibus 108
lex Plotia lata fuit Pompeio Strabone & Porcio Catone cos. ibid.
lex Plotia de vi 159.182
lex Pompeia de vi 184
lex Pompeia de ambitu 211
lex Pompeij Magni Bithynis & Ponticis data de magistratu non capiendo ante annum XXX. 79
lex Pompeij Magni de prouocatione 56
lex Pompeij Magni de iure magistratuum 58
lex Pompeij Magni conuenit cum Aurelia lege de tribus ordinibus 111
lex Pompeij Magni de parricidio 200
lex Popillia post Papiam 26
lex Porcia de iure ac libertate ciuium Romanorũ. 121
lex Papia de ciuitate 135
lex Porcia de ciuibus Romanis 145
lex Porcia de sicarijs 193
lex posterior ferè semper pœnam auxit 172
lex Publilia de plebeijs magistratibus 37
lex Publilia 59
lex Publilia siue Voleronia 59
lex Publilia de plebeiorum magistratuum creatione ibidem.
lex quæ agrum publicum vectigal leuauit 91
lex quæ ad augendam viribus ciuitatem valuit 119
lex quædam iubet, quædam etiam non vetat 35

lex, quæ optima atque æquissima naturæ 7
lex quæ patricios & plebeios ex æquo obligabat. 46
lex quæ primũ tribunorum pl. potestatẽ auxit ibid.
lex, quo propius ad naturam accedit, cò certior & laudabilior 8
lex, quæ prouocationem aduersus magistratum ad populum esse voluit 35
lex, q̃ vetat tribunis pl. integrũ diẽ ab vrbe abesse 57
lex, quæ vetat nomenclatorem adesse candidato 73
lex, quæ vna rogatione multas leges sustulit 66
lex quid sit 12
lex Quinctia de censorum creatione 41
lex, quod dictator equo vti non potuit 36
lex, quod non nisi de aucto imperio triumphus decerneretur, non de recuperatis 89
lex Rhemmia de testibus 117
lex Romilia de adulterio 214
lex Romilia de sacris 20
lex Romuli de augurijs 15
lex Romuli ad matrimonij concordiam valuit 119
lex Romuli de coniugio multa complectens ibid.
lex Romuli de duum virorum creatione 33
lex Romuli de dijs peregrinis 17
lex Romuli de sacerdotibus ibid.
lex Romuli de populi potestate 33
lex Romuli de magistratibus creandis 32
lex Romuli de monstruosis partibus 199
lex Romuli de nocturnis vigilijs in templo non habendis, & quare 16
lex Romuli, ne fabulosa de dijs figmenta credantur ibid.
lex Romuli de parricidio 199
lex Romuli de quæstorum creatione 33
lex Romuli de sacris 16. 20
lex Romuli de sacris curandis 33
lex Romuli de suo imperio 15
lex Romuli de tribuno Celerum 38

lex Romuli de vrbis mœnibus 15
lex Roscia de spectaculis 30
lex Rubria de agris, in Africa diuidendis 92
lex Sacrata de plebeis magistratibus 36
lex Sacrata vetus 40
lex in Sacro monte lata 36
lex sancita, ne quis in pecuniam luderet 31
lex Scatinia contra illicitam Venerem exercentes. 214
lex scita atque accepta omnium ciuium iureiurando confirmabatur 244
lex Scribonia siue viaria tribunicia de agris 93
lex Sempronia de iudicijs 98
lex Sempronia de frumento distribuendo 139
lex S, C. de sicarijs 192
lex Seruilia de ciuitate 133
lex Seruila de equitum ac senatorum iudicijs 108
lex Seruilia de repetundis 172
lex Sextia Licinia tribunicia de sacris 20
lex Siluia Romuli regis de monstrosis partibus. 199
lex Syllæ dictatoris de tribunis pl. 140
lex Syllæ de infamia 215
lex Syllæ de iudicum numero 113
lex Syllæ de iudicijs 178.212
lex Syllæ de sumptibus 140
lex Syllæ, vt senatorius ordo iudicaret 103
lex L. Syllæ à T. Atio Labieno abrogata 22
lex Syllæ de sicarijs 192
lex tabellaria de suffragijs ferendis 70.71
lex Tarpeia de multa 137
lex Titia & Cornelia de ludis 31
lex Titia tribunicia de agris 92
lex Titia de alea 220
lex tollendæ ambitionis 41
lex Trebonia cooptationem sustulit 42
lex Trebonia de Gallijs prouincijs 80
lex tribunicia, Sextia Licinia 20

lex Tullia de ambitu 39.209
lex Tullia de Legationibus 59
lex Valeria de Horatia 39
lex Valeria de iure ac libertate ciuium R. 121
lex Vatinia de Gallijs prouincijs 80
lex Vatinia de iudicijs 111
lex Varia de maiestate 164
lex Villia curules tantum magistratus nominabat, 49
lex vitiosa & inutilis ærario 92
lex Voconia de testamentis 95
lex Voconia de hereditatibus 232
lex Voleronia, siue Publilia 54.60
lex Voleronia, quod plebeij magistratus tributis comitijs fieri debent 60
de libertinorum suffragijs lex lata 73
Libertinis cum reliquis ciuibus connubia non fuerunt 120
libido vicit rationem 227
Licinia lex consularis 130
Licinia lex de agris & pecore 91
Licinia lex de cooptatione sacerdotum 233
Licinia lex de fenore 128
Licinia lex de ludis Apollinaribus 28
Licinia & Mucia lex de ciuitate, & ciuibus regundis 132
Licinia lex de sumptibus 39.142
Licinia lex de tempore ferendarum legum 129
Licinia lex vetus tribunicia 130
C. Licinius Crassus quam tulit legē de sacerdotijs. 24
P. Licinius Crassus Mucianus Pont. in prælio interfectus 27
Sex. Licinius Stolo rogauit legem, vt alter consul de plebe crearetur 91
Sex. Licinius Stolo accusante M. Popillio Lænate, patria lege damnatus ibid.
lictores duo prætori dabantur 55

Liuia lex de X viris agrorum 92
Liuia lex de iudicijs 108
Liuia lex de nummis 138
C. littera, condemnandi nota 173
M. Liuius Drusus alterius Drusi filius 108
M. Liuius Drusus senatui priscum restituere decus studuit 99.100
legibus populi in vnum corpus coalescunt 15
legibus quod omissum est, non omitti debet religione iudicantium 117
legibus scriptis vbi non vtimur quod moribus & cōsuetudine introductum, est obseruandum 44
legibus vbi subuenire nō licet, ad vim cōfugitur. 194
legitimum exilium 150
legitimum exilium grauius est voluntario 154
legis Aeliæ tria membra fuerunt 61
legislatores 224
legis perfugio vti 197
L. Lucullus non nisi triennio post reditum à bello triumphum duxit 88
lucus Petelinus ferendæ legis locus interdū fuit. 248
ludi Apollinares quo tempore instituti 29
lues malarum artium opes consequitur 14
ludis Megalensibus mutua inter se conuiuia principes ciuitatis agitabant 30
ludi non fuerunt sine sacrificijs 28
ludi instituti victoriæ causa, cùm Hannibal esset in Italia 28
ludi, qui virtutis causa fiebant 31
in ludis spectandis quomodo sedebant ibid.
ludos facturus prætor edixit 29
Lutatia lex contra vim publicam 159
Lutatia lex de vi Reip. illata 182
Q. Lutatius Catulus 22
Q. Lutatius Catulus legem tulit, quę festis etiam diebus iudicium de vi exerceri iubebat 182
luxuria conuiuiorum pessima 148

luxu-

luxuriæ obstinatio, & vitiorum firma concordia, irritas sæpè faciunt leges 143
Lycurgus, Lacedæmoniorum legislator 8

M.

MAcedonia cum Achaia coniuncta 77
Macedonia xl. dieb. deuicta L. Aemilio Paulo 77
Macedonas etsi superatos, senatus liberos esse iussit, & alia ipsis permisit ibid.
Macedoniam qui consulares administrarunt 81
magistratum sine prouocatione creare nō licuit. 40
magistratus in Sacro monte institutus 70
magistratus ademptio, capitis deminutio non dicebatur 146
magistratus maior, consul, & prætor 168
magistratus maior, & minor 223
magistratus ordinarij ibid.
magistratus ferebat legem in templo 250
maiestatis iudicium non semper capitale 158
maiestas capitale publicum ibid.
de maiestate crimen non semper est publicum 162
maiestas quot modis lædatur 163
maiestatis variæ læsiones ibid.
maiestatem quo pacto quis minuit 164
C. Mamilius Limitanus tribunus pl. 136
Mamilia lex de finibus ibid.
Mamilia lex de Iugurthæ socijs ibid.
Mancinus Numantinis deditus 157
Manilia lex de bello Mithridatico 232
C. Manilij lex de libertinorum suffragijs 236
T. Manlius Torquatus Sardiniam cepit 76
C. Manlius, & C. Marcius cos. 90
Manlij lex de manumissorum vicesima ibid.
L. Manlius Imperiosus clauum fixit 31
manumissorum vicesima 90
Marcellino & Philippo cos, ob domesticas discordias comitia producta 52
M. Marcellus secundo bello Punico captis Syracusis

vniuersam Siciliã in prouinciæ formã redegit. 76
M. Marcellus Hannibalem acie vicit 78
M. Marcellus ob Syracusas captas triumphare non potuit 90
Marcia lex de agris, à L. Marcio Philippo lata 93
Marcij Censorini suasu lex lata 42
Cn. Marcius Coriolanus 87
L. Marcij Philippi lex 93
L. Marcius Philippus Drusi inimicus 106
Maria lex de pontium angustia, contra ambitionem 73
L. Marij & M. Catonis lex contra mentientes in numero ciuium, aut hostium occisorum 89
Martialem flaminem Numa instituit 17
Marti gradiuo xij. Salios instituit Numa ibid.
Matronæ in ludis Apollinis supplicabant 29
Memmia lex de accusatione 117
Menia lex de magistratibus 47
Metilia lex de sumptibus 140
Mæcia tribus non condemnabat Liuium de peculatu 188
Mons Albanus 90
mos de pontificibus 20
mos de auguribus ibid.
Mucia lex de ciuitate 133
mulieribus licuit testimonium dicere 117
multa duarum ouium, & triginta boum 136
multam qui induxerint 138
munera Iurisconsultis permissa vsque ad C. aureos. 139
muros vrbis violare nefas 15

N.

NAturæ lex 7
natura, communis omnium mater 8
natura de superioribus mentibus deriuatur 7
naturæ impedimenta ne quis iudex esse possit 116
necessitas, varia legum genera peperit 14

Nero permisit oratoribus munera capere 139
nocturna mulierum sacrificia vetita 16
nomenclatorem adesse candidato lex vetat 72
Nongenti cistis suffragiorum custodiendis præfuerunt 240
N.L. nota ampliandi in iudicijs 173
nota condemnandi C. littera absoluendi verò A. ibid.
Numa in Sabinis genitus 13
Numa populum ab armis ad religionē & bonos mores traduxit 15
Numa Romulum subsecutus ciuitatem legibus excoluit ibid.
Numa instituit sacerdotium virginū Vestalium. 162
Numa tulit legem de incestu ibid.
Numæ regis lex de sacerdotibus 17
Numæ regnum per annos xliij. perpetua pace durauit 106
Numæ lex de Pellicatu 119
Numæ lex de parricidio 81
Numæ lex de cæde hominis liberi 199
Numerus, Mineruæ inuentum 32
nummi Victoriati, à Victoriæ signo 138
nummi Victori ex Illyrico aducti mercis loco habebantur ibid.
nummos non nisi lege mutabant Romani, nec percutere licuit 138
nunciatio & spectio 237
nundinæ inter ferias & nefastos dies fuere 230

O.

OBnunciatio ad religionem refertur 66
obnūciatione resistebatur perniciosis legibus. 70
obnunciatio duarum rerum obseruatione fiebat. 237
Octauiani lex tulia de petduellione 169
Ogulnia lex, de Pont. augurumque numero 20
Ogulnia lex de sacerdotijs 232
Orchia lex de sumptibus 39

Oppia lex de sumptibus mulierum 140
Orchiæ & Fanniæ legis differentia 145
C. Orchinij peculatus 202
C. Orchius tribunus pl. primo tulit legē de comis. 140
ordo tertius, quis fuerit 38
ouis decussis æstimanda erat. 137

P.

PAngebant clauum Idib. Sept. 31
Papia lex de ciuitate 132
Papia lex de coniugijs 120
Papia lex de ritu capiundæ virginis Vestalis 26
Papia lex de testibus 116
Papiria Iulia lex de multarum modo 138
Papiria lex de nummis ibid.
Papiria lex tribunicia de suffragijs per tabellā ferendis 71
Papitia lex de tribunis pl. reficiendis 232
Papiria lex de religione 26
Papirius quas lèges conscripsit 17
parricida appellabatur, qui hominem occidit 199
parricidium 159
partus supposititij pœna 215
Paterculi error 109
pater patratus 157
patrem aut matrem per annos DC. Romæ nemo primis temporibus occidit 199
patricida, qui patrem occidit 200
patricida culeo insutus in mare proijciebatur ibid.
De patricidio leges ibid.
patricij cur sacra curare debent, magistratus gerere, & ius dicere 33
patricios, sacris rebus ac ritibus præesse iussit Romulus 16
patroni 114
De patronorum numero lex ibid.
peculatus pecuniaria pœna notabatur 186
peculatus 161

peculatus aliquando capitalis non fuit 191
peculatum ante quinquennium admissum obijci nō oportuit 192
In peculatu & repetundis æstimationes fiebant litium ibid.
pecuniæ ob iudicandum captæ 161
Pediani error 103
Pediani opinio de iudicijs 175.176
pellex ædem Iunonis ne tangito 119
perduellio omnium de maiestate crimen maximum 166
perduellionis ad populum prouocatio ibid.
perduellionis crimen etiam successoribus purgandū fuit 167
perduellio omnis est maiestas, non omnis maiestas perduellio 169
perfugam occidere licuit 193
Petelinus lucus, ferendæ legis locus interdū fuit. 248
Petilia lex de ambitu 39
C. Petilius, & L. Papirius cos. legem de fenore tulerunt 127
Petronia lex de ciuitate 135
Phrygia in duas iurisdictiones diuisa 81
L. Piso Frugi primus de repetūdis rogationē tulit 171
Piso consul legem rogauit 44
plagiarij 215
Plautia lex de iudicum numero 113
Plautia lex de ciuitate 134
Plautiæ, & Lutatiæ legis differentia 183.184
plebeij agros colebant, quęstuarijsq; artibus operam dabant 33
A plebeijs diuina tractari, indecorum 16
plebeius patricium adoptare potuit, non patricius plebeium 94
plebiscitum de prætore vrbis 53
pœna de repetundis dupli fuit 171

pœnas peculatus aut pecuniaria, aut capitalis fuit. 191
pœna diuersa in parricidas 199
pœna capitis cum pecunia non coniungebatur 239
Plotia & Flauia lex de agris plebi diuidendis 93
Plotia lex de iudicibus 108
Plotia lex de vi 159.182
Plotia lege senatores primum cum equitibus Romanis iudicarunt 101
Plutarchi error 99.102
Pompeia lex de iudicijs, & iudicum numero 111
Pompeia lex de iudicum numero 113
Pompeia lex de ambitu 211
Pompeius Magnus quam legem abrogauit, & quas restituit 56
Pompeij Magni lex de prouocatione ibid.
Pompeij Magni lex de magistratibus 58
Pompeius Magnus de quibus triumphauerit 79
Pompeij Magni lex Bithynis & Ponticis data ibid.
Pompeij Magni lex conuenit cum Aurelia de tribus ordinibus 111
Pompeij Magni lex contra patricidas 200
Pont. Max. omnia sacra tum publica, tum priuata à Numa commissa 17
Pontifices octo fuere 20
Pontifices quattuor addidit lex Ogulnia ibid.
Pontifices à Pontificibus creabantur ibid.
Pont. Max. à populo tantum creabatur 21
Pont. Max. quo tempore populi suffragio creari cœpit ibid.
Pontifices ad bellum ibant 27
Pont. verba, cùm virginem Vestalem capit ibid.
Pontus cum Asia vna prouincia facta 79
Popillia lex de ritu capiundæ virginis Vestalis 26
populus coronatus spectabat ludos Apollinis 29
populus de pœna iudicauit 37
populi iussa omnes tenebant 40

popu-

populares leges de comitijs 59
populi iussa 74
populus de capitalibus criminibus iudicabat 153
populus quærebat de incestu 159
De perduellione ibid.
populus exercebat quæstionem de maiestate 160
Porcia lex de iure ac libertate ciuium Rom. 121
Porcia lex pro ciuibus Rom. 149
Porcia lex de sicarijs 193
Porcia lex libertatem ciuium lictori eripuit 196
M. Porcius Læca 47
portoria noua, à C. Graccho constituta 99
portoria sublata 136
posterior lex ferè semper pœnam auxit 172
Prata Flaminia, postea Circus Flaminius, locus feren dæ legis 248
prædam ab hostibus captam surripiens in quadruplũ damnatur 191
prætori duodecim millia æris dabantur ad rem diui nam 29
prætor vnus tantùm creabatur 45
prætorum numerus auctus 46
prætores VI. post IIX. deinde X. 56
prætores XVI. C. Cæsare, & M. Antonio cos. ibid.
prætorum numerus cum vrbis opibus, & ciuium fre quentia auctus ibid.
prætoriæ prouinciæ octo, quæ fuerint 81
prætorij cum iure consulari in prouincias aliquando missi à senatu 83
prætorium edictum de VII. testibus in testamento adhibendis 97
prætor quærebat de vi, & veneficio 159
De repetundis ibid.
De Crimine inter sicarios ibid.
De Ambitu ibid.
De maiestate ibid.
prætor iudex quæstionis dictus ibid.

prætores duo aliquando conuocati 159
prætores sortiebantur, quæ cuiusq; futura esset quæstio ibid.
prætor vrbis non quærebat de aliquo crimine ibid.
prætoris non erat iudicare, sed exequi iudicium, & ius dicere 161
prætor de quibus ius dicere non potuit ibid.
prætor inter peregrinos ibid.
prætor quærebat de veneficio 202
prætores neque in leges iurabant, neque sententias ferebant 203
prætoris edictum annuo spatio terminabatur 258
prætorum ius 118
prætores octo fuerunt 161
prætura plebi communicata 45
prætura quando plebeijs impertita 46
prætura biennio consulatum antecedit 51
prætura geritur anno XL. ibid.
prætura quadriennio à Tribunatu distat 52
Priscus, matre Etrusca, patre in Græcia nato, in Etruria educato, genitus est 13
priuatis hominibus armorum vsu interdictum lege Iulia 182
priuata vis non fuit capitalis ibid.
priuata prior erat locus in suadenda aut dissuadenda lege 234
priuatis concionari non licuit, nisi accepta potestate à magistratu 234.236
priuilegium in quo differat à lege 82
priuilegium P. Clodij iniquissimum 113
proconsulatus, hominis prætorij administratio 183
prodigo bonis interdicebatur 143
promercij, aut libidinis caussa homines castrare, lege cautum fuit 193
promulgatio legis quando, & quomodo 228
promulgatio trinundinum ibid.
prouinciæ quot fuerint in ditiõe populi Romani. 75

prouinciæ modo à consularibus, modò à prætorijs administrabantur 80
prouinciæ octo prætoriæ 181
prouinciæ consulares septem ibid.
in prouincias ibant consulares cum XII. fascibus, vel prætorij cum sex 81
prouinciales magistratus, & vrbani 188
prouocatio à X. viris non fiebat 20
publica Capitalia quæ fuerunt 194. 195
Publilia lex de plebeijs magistratibus 37
Publilia lex 39
Publilia siue Voleronia lex de plebeiorum magistratuum creatione 59
Publilius, & Lætorius tribuni plebis 37
Publilij dictatoris lex pro populo contra senatum. 120

Q.

QVæsitor quis dicebatur inter prætores 160
quæsitoris quod officium erat 206
quæstio publica, & iurisdictio penes quos versabatur 161
quæstio de incestu ex S.C. populo fuit demandata. 238
quæstores quo tempore creati, dubitatio 33
De quæstorum numero lex 42
quæstores 224
quæstores dona, aut xenia accipere non poterant. 179
quæsturæ petendæ legitimus annus erat post XXVI. 49
quæsturam quo tempore licuit petere ibid.
quæstura à duobus Gracchis, Tiberio & Caio, gesta ibidem.
Quinctia lex de censorum creatione 41
quindecim viri 25

R.

REcuperatores iudicabant 161

reges à populo Romano electi 18
Regillus lacus 250
regum iussa præ legibus fuere 13
religione, Principis, publicaq; salus munitur 18
religio diuersa tollit societatem 17
De religione lex vetus 26
religionis neglectæ pœnas dedit P. Licinius Crassus Mutianus Pont. 27
repetundæ, capitale publicum 159
repetundarum crimen an sit capitale 169
repetundarum leges 170
De repetundis damnatus, orationem in concione habere non potuit ibid.
De repetundis primus rogationẽ tulit L. Piso Frugi tribunus pl. 171
repetundarum conuicti ordine senatorio mouebantur Cæsaris lege 181
In repetundis & peculatu æstimationes fiebant litium 192
residuæ sunt pecuniæ priuatim retentæ ex publico ibid.
Restio post latam à se legem foris nunquam cenare voluit 143
reus tres habebat horas ad dicendum, accusator autem duas 184
Rhemnia lex de testibus 117. de accusatoribus 219
rogatio est, cum populus consulitur 227
rogatores, diribitores, tabellarum custodes 139
Romani diutius, quàm Lacedæmonij, floruerunt 9
Romanarum legum origo 13
Romani imperij magnitudo vnde fluxerit 16
Romani veteres magistratum auspicato inibant 65
Roma auspicijs condita 87
Romani imperij descriptio 70
Romanis sinistra læta, dextra Græcis 238
Romani diei prima hora incipiebat à media nocte 256

Romilia lex de sacris 20
Romilia lex de adulterio 214
Romuli lex de augurijs 15.16
Romuli lex de suo imperio ibid.
Romuli lex de vrbis mœnibus ibid.
Romuli lex de dijs peregrinis 17
Romuli lex de fabulosis deorum figmentis 16
Romuli ingenium, tum ad rem bellicam, tum ad religionem accommodatum 17
Romuli lex de nocturnis vigilijs 16
In Romulo temperatum ingenium 17
Romuli lex de sacerdotibus ibid.
Romuli lex de sacris 16.20
Romuli lex de duum virorum creatione 33
Romuli lex de magistratibus ibid.
Romuli lex de tribuno Celerum ibid.
Romuli lex de quæstorum creatione ibid.
Romuli lex de populi maiestate ibid.
Romuli lex de parricidio 199
Romuli lex de coniugio 119
Romuli lex de monstruosis partibus 199
Romulus sexaginta sacerdotes instituit 17
Romulus quid curiatis comitijs tulit 32
Romulus auspicijs iecit fundamenta vrbis 70
Romulus tribus veteres in denas curias diuisit 86
Romulus, Siluiæ gentis pronomen 199
Roscia lex de spectaculis 30
In rostris ferebātur leges sæpius, quā in cāpo. 234
In rostris locis erat auguratus 249
Rubria lex de agris in Africa diuidendis 92
Rulli lex agraria 93

S.

Sacerdotes sexaginta Romulus instituit 17
sacerdotes à Numa prioribus adiecti ibid.
sacerdotia ab absentibus posse peti 21
sacerdotia communicata, & quo tempore 20
sacerdotes à collegijs creandos, sanxit L. Sylla. ibid.

sacerdotiũ Vestaliũ virginũ à Numa institutum. 182
sacra omnia tum publica, tum priuata Pont. Max. à Numa commissa 18
Sacrata lex de plebeijs magistratibus 36
Sacratæ leges quid verant ibid.
Sacrata lex vetus, quid iusſit 40
Sacrata lex de militibus 87
Sacratæ leges de iure ac libertate ciuium Rom. 121
Sacratæ leges abrogabantur 258
sacrificia noctu non facienda 16
sacrificia externa non facienda 17
sacrilegium 191
sacris rebus ac ritibus patricios præesse iusſit Romulus 16
Salios xij. Marci Gradiuo institutos 18
Satura, erat lex multis conferta legibus 261
Scatinia lex cõtra præpositerá venerẽ exercentes. 214
Scatiniam legem satis leuem, Iulia lex capitalem fecit ibid.
sceleratus campus ad portam Collinam 123
scitebatur, vel antiquabatur lex ex maiore tribuum numero 244
scita atque accepta lex omnium ciuium iureiurando confirmabatur 244
Scribonia siue Viaria lex tribunicia de agris 91
Sempronia lege quid decretum 80
Sempronia lex de prouinciarũ administratione 81
Sempronia lex de iudicijs 98
Sempronia lege soli equites iudicarunt 103
Sempronia lex de frumento distribuendo 139
senatores in imis gradibus sedebant ad spectandos ludos 30
senatores, equites, tribuni ærarij, tres ordines appellantur 112
senatorium ordinem amisit, quem populus damnauit, aut cui imperium abrogauit 60
senatorius ordo post equites iudicauit per decem annos

nos 102
senatorum numerus propter discordias ad CCC. re-
ductus ibid.
senatori iudiciũ saluis legib. pfiteri nõ licet. 117. 165
senatus habebat potestatem soluendi legibus 60
senatusconsultum de lege Varia 164
sepeliri magia est antiquum, quàm cremari 125
septem viri 25
de sepulchris leges 182
sepulchrorum iura penes quos 125
ante sepulchrum ara fieri solebat 126
Seruilia lex de equitum ac senatorum iudicijs 108
Seruilia lex de ciuitate 133
Seruilia lex de repetundis 172
Sextia Licinia lex de sacris 20
Sextia Licinia lex tribunicia de sacris ibid.
L. Sextius & C. Licinius Stolo quas leges tuletũt. 128
Siluia lex Romuli regis de monstruosis partibus 199
sinistra Romanis læta, dextra Græcis 238
sitella defertur 233
sodalicia 217
sortitio iudicum ad numerum lxxx. 184
sortitio, & subsortitio 204
sortitio 233
sortitio tribuum aut centuriarum 239
stipulantes debent esse xxv. annorum 114
suffragia 71
suffragia in vtramq; sententiam dinumerabãtur. 244
suffragia dirimere, quid ibid.
suffragiorum numerus punctis notabatur ibid.
suggestus erat in campo Martio 234
sumptuariæ leges 139
L. Sylla duas præclaras leges tulit 43
Syllæ leges 56
L. Syllæ lex, ne quis plus anno prouinciæ præesset 84
Syllæ lex ne numero iudicum 113
Syllæ lex de sumptibus 140

Syllæ dictatoris lex de funerum sumptu ibid.
Syllæ lex de iudicijs 178
Syllæ lex de sicarijs 197
Syllæ lex de corruptis iudicijs 212
Syllæ lex de infamia 265

T.

TAbellariæ leges de suffragijs ferendis 70.71
tabella, tacitæ libertatis vindex ibid.
tabellæ, quibus scisebatur lex, signatæ his litteris, V.R. 232
Tarpeia lex de multa 137
Tarquinij Superbi supplicium de parricidijs 200
tegula, sepulti hominis signum 126
Templum 249
Templum Saturni Opisq; in vico Iugario, ad Capitolij radices 248
Termini 144
testamenta v. testibus fide dignis obsignabãtur, alioqui erant inualida 97
testamenta quæ & qualia à lege infirmabantur. ibid.
testes 116
testimonia falsa 214
Thorius tulit legem, qua agrum publicum vectigali leuauit 92
Titia lex de agris ibid.
Titia lex de alea 220
Titia lex de ludis 31
Trebonia lex sustulit cooptationem 42
Trebonia lex de Gallijs prouincijs 80
tribunicia lex de Sacris 20
tribunatum quo tempore equites R. & senatores petere cœperunt 38
tribunorum pl. corpora sacrosancta 40
tribunum Celerum populus creauit, qui equitibus præerat 33
tribuni pl. quinque creati primum 36
tribuni pl. quare ex plebe creati 38

tribuni, decem numero 41
tribunicia lex de sumptibus in cenas 240
tribunis pl. senatus habendi ius fuit 38
tribuni mil. Rufuli, & Comitiati 223
tribuni pl. inter minores magistratus ibid.
tribuno pl. licuit, cui vellet, manus inijcere 235
tribuno pl. nemo potuit manus inijcere ibid.
tribunus pl. sacrosanctus ibid.
tribuum aut centuriarum sortitio 238
trinundinum erat spatium promulgandæ legis 228
trinundinum, id est, per tres nundinas ibid.
triumphans vrbem ingressus, laurea corona in spectaculis vti potuit 90
triumphantem de curru detrahere, tribuno pl. licebat 235
triumphi impediendi, quæ rationes 89
triumphum senatus decernebat, rogatione à tribuno pl. lata 88
Tullij Hostilij lex 199
Tullia lex de legationibus 59.
Tullia lex de ambitu 39.209
Tumulus, sepulti hominis signum 126
Tutelæ 223

V.

VAleria lex 39
Valeria lex de iure ac libertate ciuium R. 121
Varia lex de maiestate 203.165
Vatinia lex de Gallijs prouincijs 80
Vatinia lex de iudicijs 111
vectigal populi R. de xv. prouincijs 96
Vellcia lex de testamentis tribunicia 95
veneficij leges quo tempore latæ fuerunt 206
Vellcij error 109
Veneficium 200
Vestales virgines 27
Vestalibus licuit in vrbe sepeliri 124
Vestalium virginum sacerdotium, à Numa institutum. 162

vestimentum album addere petitionis caussa non licuit 42
viaticum dabatur in prouincia ituris 85
vicesima manumissorum 91
victoriati nummi, à victoriæ signo 138
victoriati nummi, ex Illyrico aducti ibid.
L. Villius tribunus plebis 48
Villij annales quare sic dicti ibid.
ad vim cõfugitur, vbi legibus subuenire nõ licet. 194
vindicias quomodo dare licebat 144
vino alienigena non licebat vti in conuiuijs 30
vis publica definitur, quę armis infertur: & cõtra. 181
vis priuata non fuit capitalis 182
vis tribunicia 251
Vitellij, & Aquillij patricij Romani damnati 165
vitia noua, nata cum publicis opibus 14
vitia hominum quomodo mulctanda 24
Vlrici Zasij error 65
de vnciario fenore lex 126
Voconia lex de testamentis tribunicia 95
Voconia lex de mulierum hereditatibus ibid.
vrbis mœnia sacrosancta 15
vrbis R. fines intra vij. lapidem includebantur 89
vsucapiones 131
de vxore ducenda lex 139
vxor æqualem possidet hereditatis portionem cum filijs ibid.
vxor impudica, veneficia in liberos, vinum bibens, morte plectitur, aut repudiatur ibid.
vxor viro pecuniarum sacrorumque socia 118

Z.

Zaleucus Locrensibus leges tulit 8
Zamolxis Getis leges tulit ibid.

FINIS LIBRI DE Legibus.

ANTIQVITATVM ROMANARVM PAVLI MANVTII LIBER DE SENATV.

AD ILLVSTRISS. ET EXcellentiſs. D. Iacobum Boncompagnum Ducem Soræ, Marchionem Viniolæ, &c.

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum, ſub Monocerote. M. D. LXXXII.

ILLVSTRISSIMO ET EXCELLENTISS. IACOBO BONCOMPAGNO DVCI SORAE, MARchioni Viniola, &c.

QVIS erga te parẽtis mei amor, dũ viueret, quanta in te obſeruantia, quodnam ſtudium exſtiterit, plerique omnes norũt; omnium illius viri ſimilium amore, obſeruantia, ſtudio digniſſime, Iacobe Boncompagne, Illuſtriſſime; norunt, inquam, ex amicis vtrique veſtrum commnibus fere omnes, itemq; omnes ij, qui eius epiſtolam ad Te, qua ſuum Commentarium in orationem Ciceronis pro Archia Tibi προσφώνησε, legere minime grauati ſunt. Quamobrem hæc pluribus commemorare, probareq; alijs haudqua-

quam neceſſe exiſtimo? Tantum hoc loco illud, non Teipſum, qui mei ſenſum de Te, propenſionemque aduerſus Te animi mirificam minimè ignoras, verùm alios admonitos velim; Si ego patris vt fortunarum, ſic quoque amicitiæ, quæ ei cum pluribus fuit, hereditatem adij, quo iure non parua mihi Tecum coniunctio intercedat neceſſe eſt, ſique hanc coniunctionē tanto mihi vſui, atque ornamento eſſe voluiſti, vt non mihi Mæcenas, (nam id nomen leuius mihi Tuis ſingularibus, ac prope diuinis in me eſſe meritis videatur) verùm, vt Auguſtus Maroni, Deus aliquis appellandus ſis, qui me ab inferis pæne reuocaris, Tua quidem certè ſemper commemoranda liberalitate afflictum excitaris, non ne ingratiſſimus omnium, atque omnis expers humanitatis eſſe videar, ſi, cū Tibi prope quidquid ſum ſecundum Deū Opt. Max. vni acceptum referre debeam, nō me, fortunasque meas, ingenijque mei monumenta, vitamque ipſam dicare velim? Nā, vt ea, quæ mihi abs Te profecta

fecta sunt, quotidieque proficiscuntur commoda, taceam, ex quibus maximã rei familiari, dignitati, ac laudi meæ accessionem fieri sentio, Tu mihi illius omnis auctor otij, quidquid illud est, quod ad litterarum studia confero, vnde hauriam quæ studiosis grata, atq; vtilia futura sint, Tuq; mihi facultatis illius elargitor, qua non meas solum, sed etiam alienas lucubrationes typis mandare, & ad communem omnium vtilitatem in lucem proferre possim. Quod si ego mea, cur non item patris mei monumenta nondũ edita in Tuo nomine prodire, Tibiq; nuncupari velim? qui, mihi Tecum ante institutam amicitiã vt quóad possem officijs tuerer, eaq; mihi nihil carius, nihil honestius, nihil ad omnia mea studia, atque ad omnem vitam præclarius esse ducerem, sępissimè admonebat. Ego igitur, qui illas tantum non postremas voces, præcepta, inquam, illa postremæ eius voluntatis, quæ vt piè, sancteque coli à nobis, ac seruari debeant, tam multa à Sapientibus cauentur, religiose ad hũc

vsque diem seruarim, & coluerim, atque in amicitia, & vnius Tui patrocinio omnia posuerim, in posterũ à me ipso desciscam? Dij meliora. Quid igitur? Interpretatione vsus sum, vt puto, fideli, vt ex verbis patris mentem conijcerem, quænam esset. Cum enim inter quædã eius scripta, quorũ partim ab ipso inchoata, partim etiam affecta, relicta sunt, esset hic de Senatu Ro. libellus; inij consilium eius mandandi typis, iustisque, vt dixi, de caussis Tuo Il. Iustris. nomini nuncupandi. Quod si rem gratam vnquam patris manibus feci, me gratissimam nunc facturum certo scio, qui Te huic commentario, his eius vigilijs, quarum partem maximam Tibi fuisset consecraturus si diutius vixisset, patronum adlegerem. Suscipe igitur munus hoc, quod non solum meo, sed patris ipsius nomine ad Te mitti velim existimes. Quod etsi lõge serius alijs eiusdem argumenti commentarijs, à doctis viris conscriptis, editur, longe tamen prius ab ipso scriptũ scias velim; ne putes, in quibus ipsi

cum

cum alijs conuenit, ea surripuisse ab aliis. in quibus enim aliter sentit, vt nulli suspicioni locus est, sic ego doctorũ relinquam iudicio, cui nam standum sit; atque ipsis, qui patrem semper fecerunt maximi, & in antiquarum rerum Romanarum cognitione permultum ei detulerunt, causſam integram defero. Tu, quod reliquum est, me, vt facis, ames, ac foueas, deprecor: atque Sanctissimo, ac sine controuersia Beatissimo Pontifici GREGORIO, cuius virtute, doctrina, ac sanctimonia si sæculũ vnquam vllum, hoc certè nostrũ AVREVM vocari iure meretur, aliquando meam in Eum singularem obseruantiam in memoriam redigere ne dedigneris. Fortunet Deus Opt. Max. cõsilia Tua. Venetijs, Kal. Ian. M.D.XXC.

Illustris. atque Excellentis. D.T.

Deuinctissimus,

Aldus Manutius.

INDEX.

Proœmium. 1
De origine Senatus. 5
De principe Senatus. 33
De cauſſis amittendi ordinis Senatorij. 36
De loco habendi Senatus. 42
De tempore habendi Senatus. 44
De poteſtate habendi Senatus. 50
De iure referendi. 54
De origine rogandi ſententias. 56
De dicendi ſententia. 61
De Senatuſconſulto. 64

Ex libro de Legibus. fol.30.60.& 99
Ex Comm.in Ep.Cic.Fam. 97
Ex Comm.in Ep.Cic.ad Att. 107
Ex Comm.in Orat.Cic. 112
Ex Obſeruationibus, & varijs Scriptoribus. 118
De veterum dierum ratione. 135
Kalendarij explanatio. 147

DE SENATV ROMANO.

IN omni re, atque in omni sermone, nisi ea, quæ agimus, aut eloquimur, ita componamus, ac digeramus, vt suis singula locis constituatur, nihil vnquam neque venustè, neque pro nostra voluntate perficitur. primùm enim abest decorum illud, quod ex partibus aptè cohærentibus exsistere, elucereq́; videmus: deinde fit, vt, qui nostris cõsilijs propositus est finis eum consequi sine ordine, hoc est, sine ratione, non liceat. quam in re philosophiam, omnium rectè dictorum, rectéq́; factorum parẽtem, satis pro eius merito ac dignitate laudare nemo poterit: quæ nobis eas causas, vnde ordinis origo fluxit, suo lumine patefecit. quod nisi it gesset, & nisi ea duce vteremur, magnis in tenebris, magniq́; in erroribus versari necesse erat. Ego igitur, cùm ad vrbis Romæ institutæ memoriæ prodendæ, quo nullum esse argumentum illustrius intelligebam, animum adiunxissem, feci, quod ab iis, quibus ipsa philosophia magistra fuerat, esse factum animaduerteram: cogitaui primùm ad ipsam rem, de qua scripturus essem: tum ad ordinem, quem in explicanda re sequi conueniret. quod ad rem attinet, occurrebant illa, ei, qui aliquid ita litteris mandet, vt

Cumigitur M. Varro, homo peracutus, & quod illius scripta declarant, in Aristotele versatus, hominem & locum consideraret, hominemque esse loco naturæ posteriorem intelligeret, quia omnis homo est in loco, &, quod aliquâ re continetur, ipsâ re, quæ continet, posterius est, omissa natura, dignitatem secutus est, hominemque loco, natura posteriorem, quia tanquam locatum continetur à loco, dignitate priorem, quia rebus inanimatis animata præstant, antepositum. sequebatur post hominem & locum loci & temporis comparatio. in his, cùm natura potiùs, quàm dignitate, differant: non ad dignitatem, sed ad eam, qua vna differunt, naturam spectari necesse fuit. Patet enim, tempus esse non posse, nisi locus sit: quia tempus est mensura motus, & omnis motus est in loco: locus autem vt cum tempore sit, necesse non esse: quia nihil ad definitionem loci tempus affert. quòd si tempus à loco perdat, locus autem à tempore non item, non tempus loco, sed locum tempore natura priorem esse constat. verùm, quia, vt ante tempus locus esset, non tamen necessariò sequebatur, vt tempus ante rem, (poterat enim ita tempus esse post locum, vt non tamen proximè sequeretur) in his quoq; habita natura ratio est: &, quia non esse res sine tempore, tempus autem sine re esse potest, ex vtriusque natura patuit, ita ante rem constitui tempus oportere, quemadmodum ante tempus locum, & ante locum hominem esse collocandum, ipsa iam antè ratio demonstrauerat. Rectè igitur Varro prius de hominibus, quàm de locis, ex dignitate: & prius de locis, quàm de temporibus, de temporibus,

quàm de rebus, ex natura, sibi agendum putauit: rectè igitur & ipsi fecimus, quod in nostris Romanarum antiquitatum libris eundem, quem Varro probauerat, ordinem secuti sumus, non tàm hominis auctoritate, & exemplo, quàm, vt ostendimus, ipsa ratione, & veritate commoti. Romana Respublica, vt homo ex anima & corpore, sic ipsa è senatu & populo constituta, cæteris rebusp̃ublicis tantùm antecelluit, quantùm homo cæteris animãtibus. sed, quia communis quasi quadam lex est in omnibus rebus, vt ordinem diuturnitas, perturbationẽ interitus consequatur: propterea, quàm diu veteres leges, & institutamaiorum in vrbe Roma viguerunt, tam diu stetit imperij dignitas, neque Rempublicam aut externæ vires affligere, aut vlla debilitare domestica seditio potuit. vbi verò extraordinarijs imperijs locus esse cœpit, & ciuium animos pecuniæ cupiditas infusa corripuit, aut gratia deleniuit: tum, primo quidem de suo statu moueri, ac leuiter quasi nutare Respublica cœpit: deindè, cùm ad eam confirmandam alijs animus, alijs consilium deesset, vehementius labefactata, ad extremum tota corruit. quain cogitatione cùm & diu, & perattentè essem versatus: ipsa mihi ratio facilè persuasit, ordinis & conseruationis causſam à senatu emanâsse, perturbationis & interitus à populo. quare, vt nos quoque ordinem tueamur, qui quãti sit, exemplo magnarum rerum intelligimus, de senatu primum, mox de populo narrabimus: tum, quæ ad explicandam Romanarum rerum notitiam pertinent, reliqua, suo quidque loco, persequemur.

De

De origine Senatus.

ROmulus, primus rex, & creator vrbis, matre Rhea Siluia, virgine Vestali, incerto patre natus, cum Numitori, materno auo, regnum Albæ, cæso eius fratre Amulio, restituisset: magna quadam animo spectans, satis ducentibus ad vrbem condendam cum tribus hominum millibus Alba profectus, in Palatino colle, vbi à Faustulo pastore, eiusque vxore Laurentia fuerat educatus, optimo augurio sedem constituit. Ibi paruæ vrbis, quæ dominæ gentium futura erat, iacto fundamento, cùm se suosq; muro circũducto munijsset: vniuersam multitudinem in tres partes, quas tribus appellauit, distribuit, et vnamquamq; partem in denas, quas curias nominauit: vt ex tribus tribubus triginta omninò fierent curiæ, quæ suum singulæ sacellum, vbi sacra facerent, deosq; colerent, habuerunt: curiæq; & ipsa sacella sunt appellata. post hanc distributionem in partes, aliam rursus in hominum genera fecit. non enim, vt quædam nationes, viribus impetuque corporu freta, in armis omnia posuit: sed ita se ad incrementa regni optimè consulturum arbitratus, si consilium viribus adiumgeret: ex omni ciuium numero centum deligi voluit, qui ætate, atque prudentia cæteros anteirent. in quo sapientissimi regis moderationem & ingenium licet animaduertere: qui neque sorte in senatu instituendo, neque suo tantùm iudicio sibi vtendum censuerit: cùm, maximi momenti rem si sorti committeret, imprudentiæ

prudentia videret esse: si suo vnius iudicio, arrogantiæ. sortem igitur exclusit omninò: iudicium in summo honore mandando & suum esse noluit, & ciuitatis: sed ita, vt ciuitas maiorem, quàm ipse, qui rex erat, ipse maiorem, quàm vnus ciuis, potestatem haberet. ita, cùm ciuium gratia tribueret plurimùm, habuit tamen, quam debuit, sua quoque rationem dignitatis. cùm enim ipse, qui pro regio iure senatores legere omnes posset, vnum modò legisset, in quo præcipuo iure fuit, quia reliquorum ciuium, vt vnus aliquis vnum senatorem legeret, nemini concessit: ciuitati, vt reliquos nonaginta nouè legeret, largitus est. Nam, cùm tres tribus, & ex tribubus triginta curias, vt diximus, fecisset, primùm à singulis tribubus trinos senatores, hoc est, nouem omninò, creari iussit: deindè à singulis curijs item trinos, qui nonaginta fuêre. ita ad nouem, quos tribus legerant, additis nonaginta, quos curiæ creârant, & eo, quem ipse primum legerat, quasi duce adiuncto, centum consiliariorum numerum expleuit. hos ad priuatarum rerum consultationem non adhibebat: sed ita constituit, vt de priuatis iniurijs & ipse sine senatoribus, & senatores sine ipso iudicarent, ipse de maximis, senatores de minimis. at verò, quæ ad regnum spectarent, omnia per eos cognosci, statuiq; voluit: quodq; maior pars censuisset, id vincere. Quod institutum Dionysius Halycarnassæus, vel veritatem secutus, vel ambitiosius in suos, Romulum à Laconibus transtulisse narrat: apud quos non pro sua iure, quidquid vellent, reges peragebant: sed iuris omnis publici penes senatum potestas erat. Hoc quidem

dem aliquandiu Romulus seruauit: mox & diuturna consuetudine regnandi, & multis magnisq; victorijs elatus, cùm ad suum arbitrium reuocare omnia cœpisset, nihil ad senatores referret, non abfuit suspicio, ab iratis ob eam causam ad Capræ paludem fuisse discerptum. Fuit verò senatûs eximia dignitas & ante Reipublicæ tempora, & multò etiam magis post liberam ciuitatem: isq; ordo cæteris ordinibus, publicisq; consilijs omni honore, atque auctoritate semper antecelluit. populo enim, quod aut Liuius, magistratus præerant, magistratibus autem senatus. quod ipsum & Cicero in oratione pro Sextio satis planè significat his verbis: Maiores nostri, cùm regum potestatem non tulissent, ita magistratus annuos creauerunt, vt consilium senatus Reipublicæ præponerent sempiternum. senatum Reipublicæ custodem, præsidem, propugnatorem collocauerunt. huius ordinis auctoritate vti magistratus, & quasi ministros summi consilij esse voluerunt. Patres autem senatores appellati, tum ob honorem, tum vt ciuitatem patria quadam caritate, studioq; complexi, totam suis consilijs, suaq; prudētia fouerent. inde patriciæ familiæ, quæ ab his originem duxêre, nomen acceperunt. Atq; à principio sacra curare magistratus gerere, ius dicere, tantùm ad patricios, id est, ad senatores pertinuit plebeij agros pleriq; colebant: &, vt homines rudes, ciuilibus negotijs abstinebant, rusticare, aut quæstuarijs artibus victum sibi comparantes, ab agris in vrbem veniebant, vel vt magistratus crearent, vel vt leges scisceren, vel vt bella, à rege rogati, suffragijs iuberent. hæc enim tria, cū ce-

tera per senatum omnia curarentur, à populo statuebantur: & hanc illi potestatem Romulus permisit, neque tamen absolutam, sed ita, vt, quod plebs iussisset, id tum demùm ratum esset, si senatus idem approbâsset. Post exactos reges video rationem esse commutatam. non enim de plebiscitis senatus iudicauit: sed ea, quæ senatus decreuerat, populi arbitrio subiecta, tamquàm à domino pendebant, præsertim si aut ad magistratus, aut ad leges, aut ad bellicam rationem spectarent: vt confirmanda potiùs per populum, quæ senatus decreuerat, viderētur, quàm, quæ populus iusserat, per senatum. quod magnis in Republica motibus et contentionibus causſam præbuit. in quem ferè morbum omnes ciuitates delabi necesse est, quæ, ne peregrinis militibus ad bella vtantur, plebem vrbanam armis assuescerè patiuntur. insolescit enim facilè plebs. &, vbi se, quod libeat, intelligit posse: quid liceat, non attendit vi contra consilium, armis contra leges vtitur. ita fit, vt gubernacula Reipublicæ, extorta de manibus optimorum ac sapientissimorum ciuium, improbi & imperiti homines, nullo publico consilio, pro suæ temeritate, libidineque tractent. quod cùm euenit, tùm libertas, quasi recto cursu amisso, fluctuat, & iactatur, non quatenùs conseruari possit, sed vsque eo, vt naufragium passa disperdatur. quæ quia in vtramque partem satis accuratè disputabuntur in eo libro, in quo tres trium ætatum florentissimas Respublicas, Spartanam, Romanam, Venetam, inter se cōparabimus, omisso, quod huius loci non est, argumento, id, quod instituimus, persequamur.

Romulus,

Romulus, vt erat singulari consilio & alta quadam mente praeditus, cùm vereretur, ne quid iniuriæ plebs, per inscitiam circumuenta, à patronis ferret: indeq; concordiam, sine qua diuturnum nihil est, exorta seditio dissolueret: vniuersæ ciuitatis animos quasi quodam necessitudinis vinculo coniunxit. constituit enim clientelas & patrocinia. quod erat huiusmodi, vt plebeij patronum sibi deligerent è senatoribus, quem quisque vellet, Senatores plebeijs in clientelam receptis fidem suam ac studium benignissimè præstarent. Erat autem hac inter vtrosque officiorum vicissitudo, vt patricij plebeios, ab vsu rerum vrbanarum imperitos, consilio erudirent, accusatos defenderent, præsentes, absentes, omni ope tuerentur: contrà, clientes ad collocandas senatorum filias, si parentibus copiæ non suppeterent, de suo conferrent: in æris alieni dissolutionem gratuitam pecuniam erogarent: ab hostibus in bello captos redimerent, in magistratibus & honoribus officiosa sedulitate deducerent, ac reducerent. quod si clientem patronus, aut patronum cliens accusasset, contráue testimonium dixisset, aut suffragiū tulisset, in proditionis lege tenebatur, eumq; qui occidisset, piè fecisse, & inferno Ioui hostiam mactásse putabatur. atque huiusmodi clientelæ quamquā ab initio potissimum vrbanæ plebis causſa sunt institutæ, tamen per ea, quæ consecuta sunt, tempora, aucta iam vrbis ditione, ita sunt amplificatæ, vt non colonia solum, sed gentes etiam, aut bello victæ, aut societate amicitiáq; populo Romano coniunctæ, sese ciuium Romanorum in patrocinia contulerint. sic M. Marcellum

Syracusani, Q. Fabium Allobroges, alios alij à quibus victi fuerant, eosdē post victoriā patronos habuerunt. cuius officij tanquam hereditas etiam ad posteros peruenit. nunquàm enim neq; Siculis Marcellorum, neque Allobrogibus Fabiorum fides officiaq; defuerunt. Factū est autem, vt quàm diu soli patricij senatū tenuerunt, tam diu sub eorum tutela plebeia familia fuerint. vbi verò nō patricijs modò, sed generatim omnibus ciuibus senatoria dignitas patuit: tum, vt cuique magis libuit, patronū sibi, siue patricium, siue plebeium, adoptauit. discrimen enim in deligendo nullum esse potuit: cùm honoribus inter omnes ciues communicatis, æquè plebeij hominis ac patricij polleret auctoritas.

Sed, vt tāquàm in viam, vnde paullulùm diuertit, oratio redeat, qua fuerit in primis senatoribus creandis ratio, ea quæ iam exposuimus, declarant. reliquos senatores, qui deinde ante liberā ciuitatem aut in demortuorum locum suffecti, aut augendi senatus caussa creati sunt, nō populi suffragijs, sed voluntate iudicioq; regis in amplissimō ordine peruenisse existimārim. neq; verò me in hanc opinionem inanis quædam coniectura ducit: sed Liuij sequor auctoritatē, cuius hæc sunt verba libro 4. in concione C. Canuleij trib. pl. Cauent, ne societur sanguis. quid, hoc si polluit nobilitatem istam vestram, quam pleriq; oriundi ex Albanis & Sabinis, non genere, nec sanguine, sed per cooptationem in patres habetis, aut ab regibus lecti, aut post reges exactos iussu populi, sinceram seruare priuatis consilijs non poteratis, nec ducendo ex plebe, neq; vestras filias

sororesq;

sororesq; enubere finendo è patribus? Id & Festus confirmat his verbis: Reges legebant, sublegebantq; quos in consilio publico haberent. Intelligit autem de auctoso senatu, cùm ait, Legebant, cùm verò, Sublegebant; de suffectis in demortuorum locum regno sublato, vtrùm à populo an à censoribus creati senatores sint, absurde nonnulli dubitant. nam, etsi vtrumque legitur, non tamen alterum esse verum, alterũ à veritate dissentire necesse est. omnẽ enim dubitationẽ tollit vna distinctio à regibus electis cooptandorum senatorũ in populus habuit in multos annos, i. donec cẽsores creati sunt. censura nõ illa quidem ob eã causſam est inducta, vt esset magistratus, à quo vno sine populi suffragijs senatores crearentur, sed quod in populo per multos annos incenso neq; differri census poterat, neq; cõsulibus, cùm tot populorũ bella imminerent, temporis fore satis ad id negotiũ videbatur. deinde tanto incremento, vt ait Liuius hic magistratus auctus est, vt morũ disciplinaq; Romana penes eum regimen, senatus equitumq; centuriæ, decorũ dedecorũq; discrimen sub eius ditione, publicorũ ius priuatorumq; sociorum, vectigalia populi Romani sub nutu atq; arbitrio essent. Creauit igitur senatores populus ante censuram institutam, atque etiam post censuram per aliquot annos, vt ex Liuianis verbis, quæ proximè recitaui, facilè colligitur. Censorum deinde potestas fuit in legendo senatu, quod auctoritate veterum confirmare, puto esse superuacaneum. millies enim in historia scriptũ est. at de populo senatores creante, quia nõ ita crebrò exemplo declaratur, ea, quæ sunt in Canuleÿ concione, Liuij verba

huuc

hunc in locum transferre necessarium duximus. quod si quis vno exemplo contentus non est, illa Ciceronis in oratione pro Sextio, quæ sunt apertissima, ad Liuij testimonium adiungat. Maiores, inquit, nostri, cùm regum potestatem non tulissent, ita magistratus annuos creauerunt, vt cõsilium senatus reip præponerent sempiternum, deligerentur autem in id consilium ab vniuerso populo, aditusq; in illum summũ ordinem omnium ciuium industriæ ac virtuti pateret. quibus verbis non modò id, quo de agimus, patet, senatores vniuersi populi suffragijs à principio creatos esse: verùm etiam hoc significatur, honorem illum non solũ patricijs fuisse mandatum, sed, contrà quàm reges instituerant, promiscuè modò patricijs, modò plebeijs, vti maximè consilio, meritisq; erga rempublicam præstarent. quo factum est, vt nunquam viris fortibus, ac sapientia præditis, ciuitas egueri. est enim, vt ille inquit, diuinum bonum honor: & ad præclarè agendum nihil magis, quàm honoris gloriæq; cupiditas, impellit. quod si præmia tolluntur, & debita virtuti merces denegatur, languescit in ciuibus industria, & extinguitur animorum illa vis, atque alacritas, quam etiam in ijs, qui obscuris parentibus nati sunt, proposita merces facilè solet excitare. quocirca reipublicæ rationibus in eo cõsultum est egregiè, quod benè merentibus, si peregrini essent, ciuitas: si ciues, ordo in ciuitate amplissimus præmij loco datus est. sed, vt in re pergamus (paullulum enim extra rem egressa videtur oratio) quæri potest à curiosis hominibus, quibus comitijs à populo senatores crearentur, curiatis ne, an centuriatis, an tributis. hic,

si om-

si omnis nostra cognitio pendet ab exemplis, & nisi veterum testimonio comprobetur, inanis est: sanè, quid dicam, non habeo. valdeq; mihi, quod aiunt, aqua haeret. nomē enim comitiorum, quibus senatoria dignitas ante creatos censores tribuebatur, nulli prorsus docent antiquorum libri. sin autem, vbi exemplorum inopia laboramus, aliqua tamen veritatis inuestiganda spes relinquitur: non deest, quod quærentibus respondeam. puto enim, nec opinor absurdum esse, quod puto, cùm senatorius ordo cæteru ordinibus dignitate præstaret, eos homines, qui in illum ordinem adscripti sunt, ijs comitijs id muneris accepisse, quæ omnium comitiorū præstantissima, ac nobilissima ducerentur ea porrò sine dubio centuriata fuerunt, quibus & maiores magistratus creatos, & maxima bella esse iussa, & leges eas esse latas, quæ maximè è republica viderentur, vetustatis monumenta declarant. Creatis verò censoribus, creatos esse curiatis comitijs senatores, legimus apud Festum: in quo scripta sunt hæc: Tribunitia potestate sancitum est, vt censores ex omni ordine optimū quemque curiatum in senatū legerent. Veius illud Romuli institutū, qui primos senatores curiatis comitijs legi voluit. spectârunt sine dubio tribuni pl. idq; renouandum existimârunt. Injcitur & in eo scrupulus, quòd, exactis regibus, potestatem legendorum senatorum ad populum delatam esse diximus. hoc enim Liuius, & Tacitus, & Festus refellere omninò videntur: qui senatum, quem Tarquinius Superbus cadibus exhausérat, nouis senatoribus repletum ac restitutum à consule prodiderunt. etsi, cùm in re consentiant, diffe-

runt in nomine. nam Liuius, & Tacitus L. Brutum cõsulem nominant, Festus P. Valerium, cui Publicolæ cognomẽ fuit ego etsi, vter fuerit, ad rationem doctrinæ nihil attinet, Liuium tamen, & Tacitum potius, quàm Festum, sequi malim: primùm, quia libentius & duobus, quàm vni, & vetustioribus, quàm recentiori, assentior: deinde, quia, cùm L. Brutus ad constituendã libertatem omnes curas, omniáq; studia intẽderet, vt singularem in eo, maximeq; propriam laudem ferret, qui etiam filios suos, de restituendo Tarquinio rege cogitãtes, interfici iusserit, inter primas illius actiones eam fuisse consentaneum est, quæ ad confirmandam custodiendamq; libertatem momenti plurimùm habere videretur. nam, si sapientium consilio, & consulentium auctoritate ciuitatibus consulitur, consilium in senatu summum fuit, auctoritas verò, etiam regum ætate, maxima. quare, quod è publica re maximè fuit, id nulla interposita mora factum esse verisimile est. vt tria L. Bruti præclara facinora pro inducenda statuendáq; libertate numerentur: vnum, quod & primum, & omnium maximum fuit, regem Tarquinium eijcere: alterum, consules creare, dignitate regia, potestate legibus definita: tertium, senatum constituere, cuius auctoritate consules vterentur. Hac de Consulũ nomine de re ita statuo in eo. quod dixi, de populi potestate in senatoribus legendis, Liuy, & Taciti, & Festi sententiam ab opinione meâ non discrepare. nam senatores illos qui ad explendum trecentorum numerum creati sunt, lectos quidem primùm iudicio consulis existimo, deinde tamen, ipso, qui legerat,

consu-

consule ferente, populi suffragijs esse comprobatos, quam in creandis senatoribus, ante censorum tempora, perpetuam fuisse consuetudinem duco: vt neque consul sine populi consensu Senatorem vllum fecerit: neque populus, nisi de quo rogaretur à Consule, suffragia tulerit. quod si, quod factum deinde non est, vni L. Bruto licuisse velis, vt sine populi suffragijs centum & sexaginta quatuor homines (tot enim fuisse Festus ait) in curiam induxerit, detur hoc vni ex excellentis eximia virtute: vt, quem vindicem, auctoremq; libertatis populus habuerat, eius in restituendo senatu liberum esse iudicium voluerit. Reges igitur primùm senatores creârunt, sed Romulus, quod ex Dionysio liquet, curiatis comitijs, reliqui reges nullo, opinor, comitijs, ipsorum arbitratu: quod à Liuio, ex Canuleij persona, traditum ostendimus. in republica, censoria potestate nondum inducta, creatos à consulibus, aut à tribunis mil. consulari potestate, docet Festus: comitia nulla nominat. ego tamen, quæ non nominat, excludi non puto. sed videlicet id significat, iudicio primùm consulum, aut tribunorum delectos, qui senatoria dignitate honestarentur: deinde, quos illi delegerant, populi suffragijs mox esse comprobatos, etiam si non apertè narrat, licet tamen intelligere: neque dubitationi locum vllum Liuius relinquit, cùm ait in eâdem illa Canuleij concione: Aut ab regibus lecti, aut, post reges exactos, iussu populi nec à Liuio dissentire Ciceronem ostendimus, qui scripserit illa in oratione pro Sextio: Deligerentur in senatum ab vniuerso populo. De numero autem senatorum, quos Romulus legit aut

quos

quos alij reges adscripserunt, difficilis quæstio est: de qua nostram sententiam exponemus: vt moneri tamē, & corrigi, si minus rectè senserim, facilè patiar, atque adeò vehementer cupiam. Romulus, vt Dionysio teste iam probatum est, centum creauit, ex ijs tantum, quos ipse secum adduxerat. posteà, ciuitate Sabinis communicata, totidem adscripsit. quod idem Dionysius, & præterea Plutarchus ostendit. à Romulo ad Hostilium, qui tertius Romæ regnauit, ducenti tantum fuêre. nam Numa senatum non auxit, totus ad res diuinas conuersus. Hostilius, Alba euersa, non plures senatores, sed plures patritias familias fecit, quæ ordinis senatorij possent esse participes. ita quasi seminarium auxit. ita creandorum senatorum, septem patritijs familijs, quas Dionysius, Liuiusq; nominant, adiectis, numerum tamen, qui anteà fuerat, eundem reliquit. Secutus est Ancus Marcius. hic neq; ad senatum, neque, quod traditum sit, ad patritias familias addidit. Quinctus rex Tarquinius Priscus senatores cētum allegit: vt omninò trecenti fuerint. de quo Liuius, Nec minus, inquit, regni sui firmandi, quàm augendæ reip. memor, centum in patres legit: qui deinde minorum gentium sunt appellati. At Cornelius Tacitus lib. 11. familias maiorum gentium à Romulo, minorum à L. Bruto dictas esse narrat. ego hoc nomen commune omnium fuisse crediderim, qui tam à Tarquinio, quàm à L. Bruto, vt ait Liuius, aut, vt Festo Pompeio placet, à P. Valerio Bruti collega, suffecti sunt. sicuti &, patres conscriptos senatores eos dictos esse, crediderim, quicumq; ad veteres patres, quos Romulus scripserat,

vel

vel à Tarquinio, vel à consulibus posti electos reges adscripti sunt. quod tamen haud sanè diuturnum nomen fuit. nam reip. temporibus hac appellatione senatores non distinguebātur, sed omnes aquè modò Patres, modò Patres conscripti dicebantur. Sed de trecentis à Prisco factis magna inter Liuium, & Dionysium, ac Plutarchum videtur esse controuersia. nam Liuius libro 1. centum modò senatores fuisse, cùm Romulus obijt, non dubiè significat his verbis: Timor deinde patres incessit, ne ciuitatem sine imperio, exercitum sine duce, multarum circà ciuitatum irritatis animis, vis aliqua externa adoriretur. & esse igitur aliquod caput placebat: & nemo alteri concedere in animum inducebat. itaq; rem inter se centum patres, decem decurijs factis, singulisq; in singulas decurias creatis, qui summa rerum praessent, consociant. decem imperitabant. vnus cum insignibus imperij, & lictoribus erat. quinque dierum spatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat: annuumq; interuallum regni fuit. id ab re, quod nunc quoq; tenet nomen, interregnum appellatum. fremere deinde plebs multiplicatam seruitutem: centum pro vno dominos factos. centum nominat. de centum è Sabina gente à Romulo creatis nusquàm meminit. At Dionysius libro Romanae historiae 11. & Plutarchus in Romuli vita, ducentos fuisse posti initam cum Sabinis societatem, planè narrant. vtrùm igitur Liuio nostro, an duobus Graecis, habenda fides est? rem perpendere soleo non homines. si consequi veritatem non licet, in re dubia, quod verisimilius est, sequor. veri autē multò similius est, quod

Dionysius, & Plutarchus tradunt, ducentos fuisse Romæ senatores, cùm Romulus interijt. nam si, vt ipse Liuius ait, non modò commune, sed concors etiam Romulo, & Tatio regnum fuit, quis credat, eius ordinis, qui esset in ciuitate amplissimus, expertes Sabinos fuisse? quæ ista inter duos populos communio, quæ concordia fuisset? at hominis in Italia nato Romanas res notiores fuisse quàm Græcis, verisimile est. immò Græcis potius, qui Romæ viuerent, quàm Italo qui Patauij. hoc mihi ita videtur. cupio tamen ab ijs, qui mihi iudicio doctrinaq; præstant, dijudicari. ipse enim me, vt ingenuè fatear, non satis explico. nam si de ducentis senatoribus contra Liuium cum Dionysio, & Plutarcho sentimus, nos quidem, vt diximus, quod ad hanc partem attinet, verisimile sequimur: sed ex altera parte difficilem in nodum incidimus: quia, trecentorum senatorum numerus à quo rege sit explicatus, non facilè statuemus ab Hostilio ne dicemus? at post eum Tarquinius Priscus centum addidit. à Prisco? at Hostilius ante eum ex Albanis familijs, vt cum Liuio Dionysius affirmat, ordinem senatorium auxit. plures igitur, quàm trecenti, videbuntur. dixi equidem, nec mihi omninò dicerem, componi rem ita posse, vt Hostilius non senatum, sed earum familiarum, vnde senatores legi solerent, numerum adauxerit. verùm, quod dixi, vereor vt satis firmum sit. cùm & Liuius libro 1. de senatu ab Hostilio rege aucto manifestè narret: ait enim: Templum ordini ab se aucto curiam fecit, quæ Hostilia vsque ad patrum nostrorum ætatem appellata est: & Dionysius libro 3 familias Albanas ab Hostilio se-

natus

natus participes esse factas, non obscurè dicat quare, vt in dubia caussa, vetus illud, Non liquet, pronunciabimus. Oritur etiam alia dubitatio, cur Plutarchus in Numa, cùm de rege in Romuli locum sufficiendo ageretur, centum & quinquaginta senatores fuisse dicat. in quo neque cum Liuio, & Dionysio consentit, quorum alter, vt ostendi, centum significat fuisse, alter, ducentos Romanis, & Sabinis factos esse, tradit: neque, quod miremur magis, ipse sibi satis constat: qui in Romuli vita, cētum Romanis senatoribus, totidem & Sabino populo adiectos esse, dixit. nam si, à quo tempore ducēti facti sunt, ad interitū Romuli quinquaginta periisse credamus, vt ne plures, quàm centū & quinquaginta, superfuerint: hanc opinionē facilè ratio refellet. quis enim, cùm senator aliquis è vita discederet, neminem à Romulo sufficiendum existimārit? an deminui senatum quotidiè magis, & ad nihilū redigi pateretur? nō est vt credi possit. quare ne hic quidē mihi satis liquet. Quod reliquū est, satis patet, neq; negat quisquā, cùm Tarquinius Superbus regnare cœpit, trecentos omninò fuisse, cùm eiectus est, multò pauciores. qui enim regnū non, vt ante ipsum alij, populi iussu, patribus auctoribus accepisset, sed, socero suo, Tullio rege cæso, per scelus occupāsset, neglecta superiorum regum consuetudine, senatum de publica re nunquàm consuluit, suam voluntatem pro senatu voluit esse, numerumq; senatorū non modò non auxit, verùm etiam quo despectior, atq; infirmior esset is ordo, quem soceri studiosum cognouerat, quotidianis cædibus imminuit. quo deinde Bruti virtute pulso, P. Valerius consul, vt ait Festus, ob

inopiam patriciorum ex plebe allegit in numerum senatorum CLXIIII. vt explerēt numerum senatorum CCC. quæ in re partim consentire eum cum Liuio, partim dissentire video. consentit de plebeijs tunc primū in senatum allectis. nam id sine dubio significat Liuius, cùm ait lib. 2. Mirum, quantum id profuit ad concordiam ciuitatis, iungēdosq; patribus plebis animos. dissentit in eo, quòd Liuius non à P. Valerio, sed ab ipso Bruto expletum esse trecētorum numerum affirmat, his verbis: Brutus prior, concedente collega, fasces habuit. is, omnium primùm, auidum nouæ libertatis populum, ne postmodùm flecti precibus, aut donis regijs posset, iureiurando adegit, neminem Romæ passuros regnare: deinde, quo plus virium in senatu frequentia etiam ordinis faceret, cædibus regis deminutum patrum numerum, primoribus equestris gradus electis, ad trecentorum summam expleuit. Dionysius autē, ab vtroq; dissentiens, neq; à Valerio, neq; à Bruto, sed ab vtroq; simul expletū esse numerū senatorū, neq; CLXIIII. vt Festus, sed C. dūtaxat esse adiectos, in historia sua scriptū reliquit. In hoc tamē omnes consentiunt, ex plebe nouos senatores esse allectos. nam, etsi non de plebe, sed de primoribus equestris ordinis Liuius meminit: nihil tamē obstat, quin de plebe intelligatur: cùm equester ordo patriciorum, & plebeiorum æquè communis esset, in quo quasi suorum verborum interpres ipse Liuius videtur esse: subiungit enim, ad concordiam ciuitatis, iungendosq; patribus plebis animos id maximè profuisse. & Festus duobus in locis modò plebē, modò equestrem ordinē nominat: nec tamen

men facit inconstăter. plebeios enim homines vtrobiq; significat, sed eos, qui, cqueſtrem ordinem adepti, reliquis plebeijs tantum dignitate præſtarent, quãtum reliquis patricijs patricij ſenatores. quòd ſi qua remanet dubitatio, tollitur Dionyſii teſtimonio, qui de ſenatu plebi dato ſatu planè loquitur lib. 5. Ac poteſt fieri, vt ex adſcriptis CLX IIII. quos nominat Feſtus, plebeij fuerint centum, patricij reliqui. ita inter Dionyſium, qui de ſolis centum meminit, eosq; ait fuiſſe plebeios, & Feſtum, qui CLX IIII. nominat, etiam de numero conueniat. Quemadmodum igitur in regno non omnes patricij ſenatores, & nemo tamen ſenator, quin idem patricius: ſic in rep. non omnes ſenatores patricij, ſed tũ ex patricijs, tum ex plebeijs familijs delecti, vt quiſque vel gratia valebat apud conſules, tribunosúe mil. conſulari poteſtate, à quibus, ante creatos cenſores, lectos eſſe, ſublectosq; ſenatores Feſtus docet: vel, poſtquàm creati cenſores ſunt, meritis in remp eminebat. neq; Suetonium audio, ita loquentẽ in Auguſto: Gens Octauia à Tarquinio Priſco rege inter Romanas gẽtes allecta in ſenatũ, mox à Ser. Tullio in patricias traducta. quibus verbis apertè ſignificat, qui patricij nondũ eſſent, ordine ſenatorio donatos. quod eſſe falſum, ac mendoſum, & iam oſtendimus Liuij, Dionyſiiq; teſtimonio, quo quidẽ, curiam plebi nõ niſi poſt expulſos reges patuiſſe, planũ fit: & ex ipſis me herculè Suetonij verbis, ſi quis ea ponderet accuratè, facilè cognoſcitur. quod enim eſt hoc loquẽdi genus? inter Romanas gentes allecta in ſenatũ. quaſi verò, antè quàm allegeretur in ſenatũ, vna de Romanis gẽtibus eſſet Octauia: aut ita

participem senatûs, vt reliquas Romanas gentes, esse faciam. quod vtrumq; absurdum, & inane est: cum neque ante id temporis inter gentes Romanas fuerit Octauia, neq; Romana gentes ordinis senatorij omnes participes. Puto igitur, (vt hic aliqua ratione soluatur nodus) Octauiam gentem primùm ciuitate à Prisco rege donatã, deinde à Seruio in patricias traductã. quod Suetonium quoq; existimo sensisse, & reliquisse scriptum sic: Eagens à Tarquinio Prisco rege inter Romanas gentes allecta, mox à Ser. Tullio in patricias traducta: non, vt est in peruulgatis libris, allecta in senatum. corruptus enim, nisi fallor, ab vs locus est, qui verbum, Allegere, vsurpari tantùm de senatoribus putârunt: nec sententiam, & ordinem attẽderunt, sed praeposterè senatorium ordinem ante genus patriciũ statuerunt: cũ eo tempore primũ ciuitas peregrinis daretur, deinde patricij, postremò senatores fierent: nisi si quis apud regẽ tam ei esset, vt patricius simul & senator fieret. Hoc idem duobus eruditissimis, optimisq; viris, & sine dubio in antiquitatis doctrina primis, Carolo Sigonio, & Onuphrio Panuinio videbatur. Numerus trecentorum, à Prisco constitutus, manfit idem vsq; ad L. Sullæ dictaturam. nam viginti supra trecẽtos, qui Machabæorum lib. 1. nominantur, non puto fuisse senatores, qui à censoribus lecti essent, sed eos, qui iure magistratus, quem gerebãt, ingredi curiam, & cum reliquo senatu de publica re consulere liceret. Sulla, in ordinem senatorium propensus, inimicus plebi, sicuti potestatem tribunitiam imminuit, valdeq; afflixit, ita, senatum vt auxerit, veri simillimum videtur. auxit enim quæstorũ

quoq;

quoq; numerum prætorum, augurum : pomerij etiam terminos, quartus à Romulo protulit : & alia multa in rep. nouauit. quod eò magis existimo, quia non ita multu pòst annis mentionem à Cu erone lib. 1. epist. ad Atticum fieri video CDXV. in oratione autem post reditum in senatu CD. Cæsare dictatore senatores CIↃ. fuisse, legimus in Dione, cùm ex libertorum quoque filijs, & de suis mulitibus multos, & haruspices etiam quosdam ordine senatorio donasset. Post Cæsaris interitum, alij quoque, obscuræ conditionis homines, nullo delectu, in tanta rerum omnium perturbatione, in curiam venerunt : vt, omnino supra mille fuisse, Suetonius tradat. qua indignitate permotus Augustus, victo iam Antonio, senatum ad pristinum modum, & splendorem redegit. Senatores igitur fuêre, qui primò à regibus. deinde à consulibus, tribunisq; mil. consulari potestate, postremò à censoribus in senatum lecti sunt. ac præter hos tamen duo genera hominum in curiam aditum habuêre, qui magistratum gerebãt, etiam si curulis non esset, vt ædiles pl. tribuni pl quæstores, & quitiam gesserant, modò curulis fuisset, vt ædiles cur. prætores, consules. quibus licebat omnibus ingredi senatum, & sententiam dicere : senatores autem neque erant, neque in edicto consulu senatum vocantis dicebantur. de quo Festi Pompeij verba recitare operæ prætium existimo Cùm senatus, inquit, vocatur, senatores adesse iubentur, quibusq; in senatu sententiam dicere licet : quia ij, qui post lustrum conditum ex iunioribus magistratũ cepêre, & in senatu sententiã dicunt, & non vocantur senatores antè, quã in

senioribus sunt censi. Satis igitur constat, qui senatores essent, quiq; in Senatu sententiam dicerent: cùm senatores essent duntaxat ij, qui lecti à censore in senatum essent: sententiam autem dicerent, non ipsi modò senatores, sed etiã ij, qui iure magistratus in senatũ introirent. Illud minimè constat, vtrũ, cùm dixit Festus, qui post lustrum conditum ex iunioribus magistratum cepêre, de omnibus magistratibus, an de curulibus tantũ intellexerit. Ego, etsi Festus omnes potius magistratus communi vocabulo videtur comprehendere: quia tamen huic sententiæ monumenta veterum repugnant, de solis curulibus accipio. quod vt auctoritate cõfirmetur, Liuij verba libro 23. consideremus. Recitato vetere senatu, (loquitur de M. Fabio Buteone, qui dictator legendo senatui creatus erat) inde primùm in demortuorum locum legit, qui post L. Aemilium, C. Flaminium censores, curulem magistratum cepissent, necdum in senatu lecti essent, vt quisque eorum senator primus creatus erat. tum legit qui ædiles, tribuni pl. quæstores ve fuerant. tum ex ijs, qui magistratus nõ cepissent, qui spolia ex hoste fixa domi haberẽt, aut ciuitatem Romanam accepissent. Legit nouum senatum Buteo ex triplici hominum genere. primùm, ex ijs, qui curulem magistratum ceperant: secundo loco, ex ijs, qui magistratum, licèt non curulem, gesserant: (curulis enim magistratus non erat neq; ædilitas pl. neque tribunatus pl. neq; quæstura) postremò ex ijs, qui, magistratum nondum adepti, meritis tamen in rempublicam insignes erãt, è quibus omnibus eos tantũ in senatum anteà introijsse, qui curuli honore vsi erant, Liuius signifi-

significat, cùm ait: Vt quisque eorum senator primus creatus erat, vt enim quisque curulem magistratũ assecutus in senatum primus venerat, & dicendæ etiam post magistratum sententiæ ius adeptus erat, ita eum Buteo primùm legit, eundem ordinem in legendo secutus, quo illi magistratum ceperant, & ex magistratu curiam introierant. ædiles verò, tribunos, quæstores, quia post magistratum non idem ijs licebat, quod curuli honore functis, vt in senatum venirent, & sententiam dicerent, hos non ait Liuius senatores creatos esse. In quo & illud animaduersione dignum est: senatorem creari, & in senatum legi, non idem fuisse: cùm iure & beneficio magistratus crearentur, & fierent senatores, in senatum autem à censore legerentur quanquam, cùm dixit Liuius, Senatores creatos, qui curulem magistratum administrauerant, non videtur, si ad veterem consularis edicti formulam respicias, satis propriè locutus. non enim senatores hi nominabantur: sed, vt à senatoribus distinguerentur, in edicto consulũ his verbis in senatum citabantur: Quibus in senatu sententiam dicere licet. Perpendamus & alium Liuij locum libro 36. Adeò, inquit, in apparatum curamque eius belli ciuitas intenta fuit, vt P. Cornelius consul ediceret, qui senatores essent, quibusq, in senatu sententiam dicere liceret, quiq, minores magistratus essent, ne quis eorum longius ab vrbe Roma abiret, quã vnde eo die redire posset. Et hic minores magistratus distinxit ab ijs, quibus in senatu sententiam dicere licebat. minores autem magistratus intellexit ædiles pleb. tribunos pl. ædiles curules, & alios, de quibus agetur

in libro de magistratibus. distinxit autem non ob eam caussam, quia minoribus magistratibus in senatu sentētiam dicere nō liceret, sed quia potiùs multi sentētiam dicerent, qui neq; magistratum gererent, neq; senatores essēt. licebat enim omnibus magistratibus in senatū introire, post magistratum autem ijs tantū, qui curuli honore vsi erant. quo spectant illa quoq; Ciceronis pro Cluentio: Qui tribunus mil legionibus quatuor primis, quiuè quæstor, tribunus pl. quiue in senatu sententiam dixit, dixerit. Satis apertè significat, ijs, quos nominauit, nō licuisse post magistratum sententiam in senatu dicere. Scripsit etiam M. Varro in satyra Menippea, quam ὑπποκύων inscripsit, equites quosdam Pedarios appellatos: eosq; Gellius putat significari, qui nondū à censore in senatum lecti erant: quos ait senatores quidem non fuisse: sed, quia honoribus populi vsi erant in senatum venisse, et sentētiæ ius habuisse. deindè subiungit hæc: Nam & curulibus magistratibus functi, qui nondum in senatum à censore lecti erant, senatores nō erant: &, quia in postremis scripti erant, nō rogabātur sentētias, sed, quas principes dixerant, in eas discedebant. Hoc significabat edictum, quo nunc quoq; consules, cùm senatores in Curiam vocant, seruandæ consuetudinis caussa translaticio vtuntur: cuius hæc sunt verba: Senatores, quibusq; in senatu sentētiam dicere licet. In eo tamē hæreo, quòd eos, quibus in senatu sententiam licuisse dicere, iam tradidit, eosdem posteà non rogatos esse sentētias subiunxit. nam, si non rogabātur, quo modo dicebant? &, si dicebant, cur nō antè rogatos putemus? non facio libenter, vt ab antiquis dissentiam:

tiam, quia hæc Romanæ vrbis instituta, quæ nos interdùm cõiecturam secuti inuestigamus, vel præsentes videre, vel ex eorum, qui viderãt, libris facilè cognoscere potuerunt. quare, ne Gellium insciti cõdemnemus, quem Varronis libros diligenter euoluisse constat, concedamus, non dixisse sententiam verbis eos, qui beneficio magistratûs administrati in senatum venirent, sed, cùm alienam sententiam vel probare, vel improbare possent, quod discessione faciendæ significabant, pro eo acceptum putemus, ac si sententiam dicerent: quia in hãc vel in illam partem discedẽtes, quodam modo suã sententiam dicere viderentur. Licuit igitur ijs, qui curulem honorem cepissent, in senatum venire: ijs, qui non curulem, non licuit atque hoc tũ ea, quæ diximus, tum historia de Q. Fabio Maximo tradita declarat. nam, cùm senatu egressus in P. Crassum, hominẽ quæstorium, casu incidisset, quasi cum eo, qui in senatu fuisset, loqueretur, ita de rebus in senatu decretis sermonẽ habuit, memoriæ vitio deceptus. putauit enim Crassum, quem triẽnio antè quæstorem fuisse scirct, in senatu affuisse: cum ijs, qui quæsturam gessissent, quæ curulis magistratus non erat, aditum in curiam nõ dari, nisi à censore legerentur, oblitus esset. quo errore virũ grauissimum, summúq; honoribus & in Rempublicã merito insignem, obiurgatum vehementer esse à consulibus, Valerius prodidit. Quod autem in eo loco idem Valerius ait, etiam ijs, qui honores gessissent, vnà ratione curiã patuisse, si à censoribus in ordinẽ senatoriũ legerentur: id videtur non satis verè dictum. siquidem ijs, qui curules magistratus ceperãt, etiã si à censore lecti

in se-

in senatum nõ essent, ingredi curiam licuisse iam ostendimus. quare, si de omnibus magistratibus Valerius significauit, non est, vt verè dictum existimem: sin de solis non curulibus, assentior. Huc addatur: non hos modò priuilegium fuisse ijs, qui curulem honorem ceperant, vt in senatum conuenirent: sed illud etiam, vt cùm à censore senatus legeretur, prateriri non possent. id mihi videor ex eo, quod apud Liuium libro 22. scriptum est, posse conijcere. ait enim sic: XXC. praterea senatores casi, aut qui eos magistratus gessissent, vnde in senatum legi deberẽt. Loquitur de parte senatorum. quòd si de parte, certè de curulibus: quos eò legi in senatũ oporteret, quia veniendi in senatũ potestatem iam haberent, & satis ordine senatorio digni viderentur, quibus curulis honor à populo mandatus esset. hinc, vt opinor, satis patent illa Ciceronis in oratione pro Cluẽtio: Quis, inquit, hoc senator accusauit, vt cùm altiorem gradũ dignitatis beneficio populi Rom. esset consecutus, eo se putaret durioribus legum conditionibus vti oportere? Altiorem gradum dignitatis vocat ordinem senatorium: nec tamen intelligit, quicumque senatores essent, eos à populo creatos: (quod enim ius populi fuit in ijs, qui censoris arbitratu in senatum legebantur?) sed significat, omnes, qui curulem honorẽ populi suffragijs accepissent, beneficio populi senatores esse factos, quia in senatũ à primis cẽsoribus legerẽtur: non enim, quicumq; à censore legebantur, populi beneficio senatores erant: cùm legerentur multi, nondùm curuli honore functi: sed quicumq; curulem honorem ceperant, ij populi beneficio senatoriam dignitatẽ

conse-

consequebantur. Ad eandem sententiam illud refero, quod in eadem oratione paullò post ita scriptum est: Cùm hæc recusarent, et palàm fortissimè atq; honestissimè dicerent, se potuisse iudicio populi Rom. in amplissimum locum peruenire, si sua studia ad honores petendos conferre voluissent. Non obscurè significat, eos in senatum peruenire, qui magistratus adipiscantur, idq; populi beneficio: quia, si magistratum adepti (de curuli loquor) aditus in curiam permittitur, & magistratus à populo datur: certè, qui iure magistratus in senatū eunt, hanc dignitatem populo acceptam referre debēt. Quòd autem multi, curulem magistratum non assecuti, in senatum legerentur, factum id non populi beneficio, sed ex eo potius, quòd ea fuisset eorum vita, ea domi foriſue in Remp. merita, vt eo loco, qui esset in ciuitate amplissimus, dignissimi iudicarentur. nam, cùm per annos multos cōsules, quiq; consulari potestate tribuni mil. fuére, propinquos quisq; suos legere in senatum consueuissent, eosq; primò ex patricijs, deindè ex plebeijs, tribunitia potestas interuenit, qua sancitū est, vt censores curiatim, hoc est, ex omni ordine, plebeio, equestri, senatorio, optimum quemq; in senatum legerent. Licuit præterea flamini Diali in senatum venire. idq; primùm C. Flaminio cum toga pratexta & sella curuli datum est. quam consuetudinem, inertia superiorum flaminum per multos annos intermissam repetijt, & renouauit C. Valerius Flaccus. reliquis sacerdotibus ius in senatū veniendi nō fuit, nisi si aut in senatum lecti à censore essent, aut curulem magistratū accepissent. id videtur Cicero significare in epistola, Si

fortè,

fortè, libro IV. ad Atticum. Habetur, inquit, senatus frequens. adhibentur omnes pontifices, qui erāt senatores. Et in oratione de haruspicū responsis: Cùm omnes pontifices, qui erant huius ordinis, adessent. Venit etiam interdū in mentem suspicari, ne ex condemnatione senatoris locum in senatu cōsequeretur ii, qui accusassent, non ex omni tamen condemnatione, sed ex ea tantùm, qua reus ordinem senatorium amitteret, vt furti, peculatus, captarum pecuniarum crimine. nam, si prætoriam sententiam, & prætextam togam multi accusatores, reo condemnato, legum præmio sunt adepti, quod in oratione pro Balbo scriptum legimus: quātò magis, sententiæ, priuato loco in senatu dicendæ, potestatem accusatoribus propositam fuisse, credibile est? hoc tamen ita suspicor, vt aliorum probata opinione, quàm mea coniectura. stare malim.

Licuit etiam, ante Papirij Prætextati ætatem, prætextatis senatorum liberis in curiam cum patribus introire. qui mos senatusconsulto sublatus est, vniq; Papirio puero, qui matrem de re in senatu acta cupidè rogantē lepido commēto fefellisset, concessum est, vt cum patre in senatum prætextatus ingrederetur: eiq; Prætextati cognomen eiusdem senatus decreto est inditum, ob tacendi, loquendiq; in prætextata ætate prudentiam. sed rursus veterem morem multis pòst annis Augustus renouauit, qui libertinis senatorum permisit, vt, quò celeriùs Reipublicæ assuescerent, protinùs virili togæ latum clauum inducerent, curiæq; interessent. fuit autem latus clauus senatoria tunica. itaq; sæpè veteres ita locuti sunt, vt dicerent: senatori latum clauū

Impera-

Imperator ademit, aut, latum clauum dedit, cùm senatoriam dignitatem aut ademptam, aut datam significare vellent.

Diximus de ijs qui, à censore lecti, senatores essent, de ijs, qui non lecti, tamen in senatum venirent. Reliquum est, vt pauca quædam addantur de ijs, qui, licèt ob eximiam prudẽtiam ac fortitudinem digni summo loco viderentur, aditum tamen in senatum non habuerunt. Placuit, neminem, qui patrem & auũ liberos citare non posset, in senatũ introire. nam, etsi Ap. Claudius Cæcus censor libertinorum filios in senatum legit, quod, vt ait Liuius primus fecit: statim tamen à proximo posteriore cẽsore Q. Fabio eiectos esse à curia, eiusdem Liuij verba significant. vnum habemus exemplum, vnum inquam, & singulare, vt opinor, de Cn. Flauio, libertini hominis filio, ædili curuli creato: cui, vel si lectus in senatum à censore non sit, quod incertum habeo, iure tamen curulis magistratus ingredi senatum licuit. Ciceronis quidem ætate L. Popillium à Cn. Lentulo censore in senatum idcò lectum non esse, quia libertini filius erat, legimus in oratione pro Cluentio. & ab ap. Claudio censore, P. Clodij fratre, Appij Cæci, cuius mentionem proximè fecimus, pronepote, libertinorum filios, qui in curiam irrepserunt, omnes eiectos esse, scripsit Dion libro 40. videlicet hoc dignitatis causſa factum est: ne locus ille, in ciuitate honorificentißimus, ab infimi ordinis hominibus quibus paterna, aut auita seruitus obiici posset, inquinaretur. Etiam illud ordini senatorio maximè fuit honorificum, neminem in senatum legi, nisi cui octingentis millibus, hoc est,

hoc est, scutatorum aureorum XXIV. millibus, census esset. quod etsi tum fieri solitum non existimo, cum aratro terram findentibus magistratus & imperia deferebantur: quo tempore plus virtutis, quàm diuitiarum, Romæ fuit: postremis tamen Reipublicæ temporibus, cùm priuatorum opes vnà cum imperio creuissent, obseruatum esse, Suetonius in Augusto satis planè videtur ostendere, cùm ait: Senatorum censum ampliauit, ac pro octingentorum millium summa duodecies H-S taxauit, suppleuitq; non habentibus. Fuit igitur senatorius census equestri censu duplo maior: cùm eques esse nemo posset, nisi cuius res quadringentibus millibus æstimaretur. de quo Horatius:

Si quadringentis sex septem millia desunt,
Plebs eris.

Et Cicero epist. ad Dolabellam: Res ei familiaris vix equestris est: pro, vix ei census est C D, vix tuetur ordinem equestrem: quia vix tantùm habet, quantum equiti habere necesse est. quòd si quis aut senator, aut eques, non fortunæ culpa, sed suo vitio, ita rem imminuisset, vt ad legitimum censum non peruenire, senator à summo loco deiectus in equestrem ordinem recidebat, si equestri familia, aut patritia, aut plebeia, natus esset: sin familia non equestri, in plebeium, hoc est, eum, qui infra senatorium, & equestrem erat. item eques, equestri censu deminuto, equestrem ordinem amittebat, & ad plebeium, hoc est, infimum, descendebat, ita & bonis moribus, & rei familiari ciues Romani operam æquè dare cogebantur: moribus, vt senatorio loco digni iudicarentur: rei familiari, ne,

quo

quo virtus aditum aperiebat, inde ad inopiam excluderentur.

De principe Senatus.

QVIS in senatu dignitate praestaret, & quis inter senatores, quari potest. in senatu praestabat is, qui summum magistratum gerebat: inter senatores is, quem in recitando senatu censor primùm legerat. ante secundū Punicum bellum, quod Hānibale duce in Italia gestum est, princeps legebatur is, qui primus censor ex iis, qui viuerēt, fuisset. quod cùm censor M. Cornelius Cethegus fieri censeret oportere, ne mos à patribus traditus desereretur: ideoq; T. Manlium Torquatum principem legendum contēderet, alter censor P. Sempronius Tuditanus, cuius lectio erat, se, cui legendi sortem dij dedissent, acturum arbitrio suo dixit, lecturumq; Q. Fabium Maximum, quem tum principem Rom. ciuitatis esse, vel Hannibale iudice victurus esset. ita Fabiū, qui tū erat cōsul, principem in senatu legit. inde manauit cōsuetudo, vt in legendo principe, non, qui inter censorios vetustissimus esset, obseruaretur. sed is de censorijs legeretur vnus, qui sapiētiæ laude, rerumq; gestarum gloria maximè inter omnes emineret. itaq;, vbi res ferret, vt aliquem honoris causſa veteres nominarēt: is, si principem in senatu locum iudicio censorio habuerat, non ab vllo potiùs magistratu, quàm ab hoc titulo significabatur: quia magistratum obtinere multi possent, princeps senatus legi nemo posset, nisi qui & magistratū ita ges-

fisset, & omnia, quæcunque summo ciue digna sunt, ita in omni vita præstitisset, vt in ciuitate non modò anteferri, sed nec iure comparari quisquam videretur. Non dixit Cicero in ea pro Rabirio, M. Aemilius, homo consularis, sed, M. Aemilius, princeps senatus: quia, cùm defensioni suæ auctoritatem quæreret à personis, nominandum in Aemilio, quod in illo maximè fuerat honorificum, existimauit. sic in dissuasione legis agrariæ secundæ, & in 8. in Antonium: Cùm à maioribus vestris P. Lentulus, princeps senatus, in ea loca missus esset: P. Lentulum, principem senatus, compluresq; alios summos viros, &c. Quinctus etiam Fusius Calenus apud Dionem libro 46. cùm in Ciceronem inuehitur, quò plus illi quærat inuidiæ, Illius, inquit, Lentuli nepotem, qui princeps senatus fuit, occidi in carcere iussisti. Hunc honorem P. Scipio Africanus, is, qui Hannibalem pugna vicit, ter consecutus est: M. Aemilius Lepidus, qui pontifex maximus fuit, sexies: quod nemini præterea contigerit. Erat autem non vtriusque censoris lectio, sed alterius tantum, cui sorte contigisset. itaque & censorem ipsum à collega senatum legente principem in senatu lectum inuenio, vt L. Valerium Flaccum à M. Portio Catone, M. Aemilium Lepidum à M. Fuluio Nobiliore. Opinor etiam P. Scipionem Africanum à collega P. Aemilio Pato principem esse lectum. nam, etsi Liuius libro 32. vbi de vtriusque censura mentionem facit, de principe lecto nihil addit: tamen coniectura ductus in hanc opinionem venio, Scipionem à collega primo loco lectum esse. affert autem ipse mihi Liuius coniecturæ causam: scribit

enim

enim sic libro 34. Creati censores Sext. Aelius Patus, & C. Cornelius Cethegus principem Senatus P. Scipionem consulem, quem & priores censores legerant, legerunt. Priores enim censores fuisse video Africanum ipsum, & P. Aemilium Patum. quibus ad Sext. Aelium, & C. Cornelium censores integrum quadriennium interfuit. vt inter vtramque censuram nullis censoribus locus esse potuerit: cùm hic magistratus quarto quoque ineunte anno crearetur. atque hoc eo minus dubito, quòd iam Liuius libro 38. idipsum, quod libro 34. scripserat, confirmat. ait enim P. Scipionem à censoribus T. Quinctio Flaminino, & M. Claudio Marcello principem in senatu tertium esse lectum. quorum locorum obseruatio cùm edocuit me de Scipione à collega principis loci dignitate honestato, tum illud ostendit, corruptum esse locum in ipso Liuio, libro 39. nam, cùm ait: Censoribus, M. Porcio L. Valerio principem senatûs ipsum L. Valerium lectum inuenio, cùm superioribus duobus lustris Africanus fuisset: dissentire videtur à seipso, qui de Scipione principe tertium lecto iam scripserat. quamobrem aut scripsit Liuius, 3. lustris, quod deinde librarij culpa corrupit, & pro 3. factum est 2. aut, si, 2. lustris, ipse tradidit, μνημονικὸν ἁμάρτημα commisit. quod in antiquis nouum non est: cùm Cicero noster in libro de Diuinatione 2. bis in hoc genere peccauerit. nam primùm, quod erat Vlixis, Agamemnoni tribuit, deinde, cùm Vlixem nominare debuerit, meminit Aiacis. legatur Homerus ἐν τῷ τῆς Ἰλιάδος β. καὶ ἐν τῷ ι. quamquam, quòd ad Aiacis mentionem attinet, vereor, ne indiligentia

potiùs, quàm obliuione peccauerit. nam, cùm legisset illum versum, qui est ἐν τῷ ι. Νεῦ σ' αἴας φοίνικι, νόησε δὲ θεῖος ὀδυσσεὺς, *opinatus est ab Aiace potiùs, quàm ab Vlixe, apud Achillem pronunciari ea, quæ sequuntur. qui si deindè legisset, vsq; ad eum locum, vbi Achilles respondet: Vlixem non Aiacem, queri de ferocitate Troianorum cognouisset. respondet enim in eo libro Achilles his verbis:* Διογενὲς λαερτιάδη, πολυμήχανε ὀδυσσεῦ. *Idemq; in 2. libro de gloria obliuione lapsus est. quod Gellius notauit. lib. 15. cap. 6.*

De caussis amittendi ordinis senatorij.

QVINQVE de caussis eiectos è senatu senatores inuenimus: quas deindè omnes exponemus. quacũq; eijcerentur, ignominiosum, & turpe fuit. tametsi præteriti senatores, ait Festus Pompeius, quondam in opprobrio nõ erant: quod, vt reges sibi legebãt sublegebantq;, quos in consilio publico haberẽt, ita, regibus exactis, consules quoq;, & tribuni militum cõsulari potestate coniunctissimos sibi quosq; patriciorum, & deinde plebeiorum legebant, donec tribunicia potestas interuenit: qua sancitum est, vt censores ex omni ordine optimum quemq; curiatim in senatu legerent. quo factum est, vt, qui præteriti essent, et loco moti, haberentur ignominiosi. itaq; & M. Cato censor, is, qui censorius mox appellatus est ob censuram grauiter ac seuerè administratam, hominem consularem è senatu eiecit L. Flaminium, quia, cùm esset consul in Gallia, exor-

exoratus esset in conuiuio à scorto, vt securi feriret aliquem eorum, qui in vinculo essent damnati rei capitalis: & Cn. Lentulus, ac L. Gellius, item censores, C. Antonium, qui posteà cum Cicerone consul fuit, de senatu mouerunt, subscripta caussa, quòd socios diripuisset, quòd iudicium in sua ciuitate cum peregrino recusasset, quòd propter aris alieni magnitudinē prædia mancipasset. quibus exemplis, vt omittam alia, (sunt enim innumerabilia) eos, qui senatu eiecti essent, ideò ignominiosos habitos esse constat. quod, cur eiicerentur, dignam caussam turpis eorum vita præbuisset. omninò enim, si quid turpiter aut flagitiosè senator aliquis commisisset, eum censor in recitando senatu præteribat: præteritus ordinem senatorium continuò amittebat: neque amissum ius recuperabat, nisi aut ab altero censore mox probaretur: quam ob caussam libro 30. Liuius ait: Tres eiecti de senatu: retinuit quosdam Lepidus à collega præteritos. aut aliorum posteà censorum iudicio in curiam reuocaretur. aut ijs criminibus, quæ censores in subscriptionem nominassent, iuratorum iudicum sententijs absolueretur. aut populi Rom. suffragijs censorum iudicium rescinderet. aut denique se ad eos, quos gesserat, honores item petendos retulisset, donec minores magistratus consecutus ad curules peruenire, quorum iure & in senatu sententiam posset dicere, & à primis censoribus legi deberet. hoc tamen seruabatur, vt, qui curules nondùm honores ceperant, ij eos ipsos, quos gesserant, denuò caperent, & deinde ad curules pergerent: qui verò curules gesserant, ijs ad omnes, quos gesserant, redeundum non erat,

sed vnum modò curulem iterùm capere satis erat: vt, quod censoris animaduersione amiserant, iure magistratus recuperarent. vtrumque probatur exemplo Sallustij, historiarum scriptoris, & Lentuli, qui cum Catilina contra patriam consilia iniit. nam Sallustius post quæsturam è senatu ab App. Claudio & L. Pisone censoribus electus, iterùm quæsturam petijt, & adeptus est: post quàm in senatum redijt, non ipsius quæstura beneficio, (nam curulibus tantùm magistratibus, vt dixi, priuilegium hoc erat) sed quòd, Cæsarem ciuili bello secutus, facilè, quod legibus non licebat, à victore per gratiam impetrauit. vnde illud in oratione, quam scripsit in eum nescio quis (nam certè, & ipsum dicendi genus, & qui Græcè dicitur χαρακτὴρ, facilè declarat, eam Cicero non scripsit. Sic igitur est in ea: Tu, C. Sallusti tantidem putas esse, bis quæstorem, & bis senatorem fieri, quanti, bis consularem, & bis triumphalem? At Lentulus, gesto iam consulatu, cùm ob mollitiem, vt ait Plutarchus, è senatu esset electus, iterùm praturam, qui curulis erat magistratus, petijt: quam consecutus, iure magistratus in senatum redijt quod & in Dionis libro 37. legimus. & ob hanc causam Philistus obijcit Ciceroni apud Dionem, quòd Lentulũ hominẽ consularẽ Pratorẽ, indicta causa cõsul occidisset. & Velleius cùm ait libro 1. eum consularem, & pratorem iterùm in carcere necatum, significat de secunda pratura post consulatum, quam ideò petijt, vt dignitatem senatoriam, censorum iudicio amissam, magistratus beneficio reciperet. Fuit etiam, praeter censoriam notionem, amittendæ senatoriæ digni-

dignitatis alia causſa. nam, ſi quis iudicio turpi, exempli gratia furti, peculatus, captarum pecuniarum, pro ſocio, eſſet condemnatus, hic ſtatim poſt condemnationem, non ordine ſolùm ſenatorio, ſed omni prorſus honore priuabatur. eoque grauior erat hæc pœna, quòd non ad tempus ſed in perpetuum irrogabatur: cùm ij, qui à cenſoribus è ſenatu eſſent electi, ea tamen ſpe præſentem dolorem lenirent, quòd recuperare ſuum ius aliquandò poſſent. præterea, locum ſenatorium adimere cenſores poterant, poteſtatem petendi magiſtratus minimè poterant. at infami iudicio damnati, non curia magis, quàm honoribus cunctis excludebantur. quod Cicero in oratione pro Cluentio Auito declarat his verbis: C. Geta, cùm à L. Metello, & Cn. Domitio cenſoribus è ſenatu electus eſſet, cenſor ipſe poſtea eſt factus: &, cuius mores à cenſoribus erant reprehenſi, hic poſtea & populi Romani, & eorum, qui in ipſum animaduerterant, moribus præfuit. quòd ſi illud iudicium putaretur, vt cæteri, turpi iudicio dãnati, in perpetuum omni honore, ac dignitate priuantur, ſic hominibus ignominia notatis neq; ad honorem aditus, neque in curiam reditus eſſet Dixit, Omni honore, ac dignitate: pro, omni magiſtratu, ac ordine ſenatorio, quod ipſe quoque exponit, cùm infert, Neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus. Hæc ſtudioſis hominibus cùm ad intelligentiã, vt opinor, non iucunda eſſe poſſunt, quia Romanarum rerum explicata notitia delectat: tum hoc habent commodi, quòd incurrentibus in obſcura loca, qualia veterum in libris multa ſcimus eſſe, lucem afferunt, efficiũtq;, vt, quòd à multis

sine labore vix perciperetur, id ab omnibus facilè cognoscatur. exempli causſa, Suetonius ait in Tiberio: Ex iuuentute vtriusque ordinis profligatissimus quisque, quò minùs in opera scena, arenaq; edenda senatusconsulto tenerentur, famosi iudicij notam sponte subibāt. Hac satis illustrantur à praedicto. multos enim, qui, quòd senatores erant, operam in scena, aut in arena prabere vetabantur, senatoriam dignitatem amittere maluisse Suetonius significat, quàm in scena non agere, & in arena non pugnare: quorum alterum erat histrionū, alterum gladiatorū: hoc seruile, illud minus honoratum, nec satis libero dignum, sed potiùs libertinis hominibus, quàm ingenuis. concessum: cùm etiam, si quis ingenuus operam in scena prabuisset, nisi si Atellanam egisset, eum tribu motum, Valerius libro 2. scriptum reliquerit. Ergò, (vt ad Suetonium redeam) vt senatorio loco mouerentur, accusatores inducebant, à quibus aliquo turpi crimine in iudicium vocati, volentes damnarentur: vt soluti quasi vinculo senatorio, agerent in scena, pugnarent in arena. hoc autem, quod de senatorū damnatione dicimus, etiam ad equites pertinuisse, indicare videntur duo illa Suetonij verba, Vtriusque ordinis: quibus, & senatorem senatorio loco, & equitem equestri gradu deiectum, si turpi iudicio damnarētur, licet intelligere. nisi si, quod fortaßе verius est, non de senatoribus & equitibus, sed tantùm de senatoribus Suetonius significauit, &, Vtriusq; ordinis, dixit pro, & patricij ordinis, & plebeij: cùm in senatum plebeij pariter & patricij legerentur. atq; huic opinioni (quid alij sentiant, liberum cuique sit) ego quidem

quidem magis acquiesco. Videtur etiam lege Seruilia sanctum, vt, si quis de Latino populo senatorem Romanum accusâsset, & damnâsset, accusator ciuitate Romana donaretur, damnatus loco senatorio moueretur. hoc ego de Ciceronis verbis expressis, quæ sunt in oratione pro Balbo. sunt autem hæc: Lege Seruilia principes viri, ac grauissimi, & sapientissimi ciues hanc Latinis viam ad ciuitatem populi iussu patere passi sunt: neque in hu est hoc reprehen'um Licinia, & Mucia lege: cùm præsertim genus ipsum accusationis, & nomē, & eiusmodi præmium. quod nemo assequi posset, nisi ex senatoris calamitate, neq; senatori, neq; bono cuiquam nimis iucundum esse posset. Non dubito quin, cùm dixit, Ex senatoris calamitate, ordinis amissionē significauerit. quibus autem ex criminibus lex Seruilia Latinu hominibus hoc dederit, quia Cicero nominatim non exponit, obscurum videri potest. mihi tamen dubium non est, quin accipiendum sit de omnibus criminibus, quibus senator damnatus ordinem senatorium amitteret: vt, quem locum reus nocens vacuum reliquisset, eum accusator, quasi diligentiæ suæ præmium, beneficio legis occuparet. crimina verò, quibus senator condemnatus amplissimo loco excluderetur, cùm ea fuerunt, de quibus iam memini, furti, peculatus, captarum pecuniarum, pro socio, tum multò magis ea, quibus qui damnatus erat, ei aqua & igni interdicebatur. quibus de criminibus populus erat iudex. cùm igitur, cui aqua & igni interdiceretur, ei simul & senatu, & omni prorsus re interdici constaret: nominatim tamen in ipsa condemnationis lege addebatur, vt, cui populus

damnato aqua & igni interdixisset, eum ne suo loco censor in senatum legeret. quod cùm Clodius in ea lege, qua Ciceronem vrbe expulit, omisisset, ac ne illud quidem tulisset, vt ei aqua & igni interdiceretur: ideò se, etiam cùm aberat, senatorẽ fuisse. Cicero ait in oratione pro domo sua. Cur, inquit, ego senator tum non fui, cùm neque tuleru, vt mihi aqua & igni interdiceretur, neque cauerũ, ne meo vte loco censor in senatum legeret? quæ, cùm alterutrum satis sit, vtraque tamen ad eripiendam senatori dignitatem in legibus coniunguntur, vt in tua lege venerum fuit. Hæc ferè de Ciceronis verbis in Clodium, elicitur argumentatio. Quatuor causas, cur senatores è senatu eyicerentur, enumeratimus. quinctum genus fuit, cùm populus imperium abrogabat. quibus enim abrogabat, y senatu excludebantur id lege Cassia sanctum Pedianus significat his verbis: L. Cassius, L. F. Longinus trib pl. C. Mario, L. Cassio cos legem tulit, vt, quem populus damnásset, cuiúe imperium abrogâsset, in senatu non esset: vt scilicet inimicum suum, qui ante biennium consul fuerat, Q. Cæcilium Metellum senatu eyceret, quòd ei populus, propter rem aduersus Cimbros malè gestam, imperium abrogauerat.

De loco habendi senatus.

MVLTVM sanè vidisse veteres Romani mihi videntur, qui, nõ vt profanũ in loco, sed vt in sacrũ ædibus senatus haberetur, instituerint. virorum sapientissimi homines id spectâ-

spectârunt, vt senatores, quasi præsentes deos veriti, eâdem religione consilium de republica caperent, qua diuinam rem administrare sacerdotes consueuissent. Habebatur senatus loco per auguria constituto, id est, aut in curijs, aut in deorum templis: tum, aut in vrbe, aut extra vrbem. primus Romulus, senatu creato, vt in templo Vulcani extra vrbem haberetur, instituit. Hostilius rex curiam Hostiliam, quæ erat in vrbe, consultandi locum senatoribus esse voluit. post exactos reges, modò in Iouis, Apollinis, Martis, Bellonæ, Castoris, Concordiæ, Virtutis, Fidei, alia præterea templa, modò in curias, Hostiliam, Pompeiam, Iuliam, senatum conuenisse legimus. erat vtrobique religio par: neque enim minus sacra curiæ, quàm deorum ædes. ideoq; & Hostiliam curiam templum Liuius appellat: & vbicunque senatus haberetur, siue in curia, siue in templo, eum locum curiæ nomine indifferenter veteres significant. Illud attentè considerandum, cur senatum in templo Virtutis habitum esse, Cicero dixerit in oratione pro Sextio: at in eâdem, & pro domo sua, in templo Iouis: cùm de eiusdem diei senatu manifestè loquatur. non enim puto de Virtutis aliqua cella significari posse, quæ in ipsius Iouis templo esset. non enim cella fuit, in quam eo die senatus conuenit, sed templum illud Virtutis, quod C. Marius fecerat. itaq; & in hac pro Sextio, & in de diuinatiõe lib. 1. Mary monumentũ appellatur. Festus etiam, nõ fuisse cellam Virtutis in Iouis templo, sed templum separatũ, & ipsius Virtutis proprium, declarat his verbis: Summissiorem alijs ædem Honoris, & Virtutis C. Marius

fecit:

fecit: ne, si officeret auspicijs publicis, augures eam demoliri cogerent. In vrbe senatus plerumq; habebatur, extra vrbem in æde Bellonæ non nisi duabus de causis, vel, quod ait Festus, & ex historia cognoscitur, vt legati exterarum gentium adesse possent, quibus in vrbe senatum dari mos non fuit, præsertim, vt libro 42. Liuius ostendit, si ab hostibus venirent: vel, quod ipsum ex historia patet, vt adesse liceret ijs, qui cum imperio erant. esse autem cum imperio dicebantur ij, quibus senatus populusq; Romanus exercitum dederat: qui, nisi prius imperium deposuissent, ingredi vrbem legibus vetabantur. Olim tria tantùm cenacula, vbi senatus haberetur, fuisse Romæ, scripsit Nicostratus in libro de senatu: vnum, vbi postea ædes Concordiæ fuit, inter Capitolium, & forum: alterum ad portam Capenam: tertium in æde Bellonæ. Nicostrati liber non exstat: sed quæ nobis ex Nicostrato accepta Festus narrauit, ea renuncianius.

De tempore habendi senatus.

Erant certi dies, quibus haberi senatus posset: item certi, quibus non posset: qui comitiales dicebantur, quasi popularibus comitijs dicati: per eos enim dies agi cum populo licebat. atque hoc, non equidem puto à regibus, cùm nondum tot institutis ciuitas egeret, sed in republica video diligenter obseruatum: nisi si rei magnitudo ferret, vt sine mora referendum ad senatum esset. tunc enim

enim dierum comitialium ratio non habebatur. quod tamen semel factum esse legimus, vt in senatusconsulto, quod est in epistola M. Cœlij, libro 8. Fam. epist. successionem enim prouinciarum primo quoque tempore expediri, vt Cæsar de prouincia Gallia reuocaretur, ipsius Cæsaris inimici cupiebant. Kalendis Ianuarij, quo die magistratum consules ineunt, post sacrificia ritè peracta coacto senatu consules primùm de diuinis rebus, deinde de republica referebant, non vtrique, sed alter, vt inquam, qui priore loco consul creatus esset. seruabatur autem non primo tantùm anni die, sed quotiès haberetur senatus, vt is, qui senatum habiturus esset, antè quàm ingrederetur, sacra faceret, hostijs maioribus in foro ad præconem & ad tibicinem immolatis. reliquis sex, qui kalendas consequuntur, Ianuarij diebus haberi senatum potuisse, biduo excepto comitiali, ex Cæsare cognouimus, libro 1. de bello ciuili. qui tamen inter hos essent duos comitiales dies, quos Cæsar non nominat, non cuius interesse facile est. quod nos, vtpotè qui Romanarum rerum tractatione ita oblectamur, vt nihil, quamuis humile, contemnamus, nō grauabimur ostendere. Ad 7. idus Ianuarij senatum habitum esse Cæsar significat, cùm ait: Hæc senatusconsulta perscribuntur ad 7. idus Ianuarij. & subiungit proximè: Itaque quinque primis diebus, quibus haberi senatus potuit, biduo excepto comitiali, & de imperio Cæsaris, & de amplissimis viris tribunis pl. grauissimè, acerbissimeq; decernitur. His verbis à Kalendis Ianuarij ad 7. idus quinque senatus habendi dies esse demonstrat: vt tamen in his quinq; diebus & Kalēdis ipsa,

ipsa, & 7. idus includantur. cùm igitur de quinque iam habeamus duos, kalendas scilicet, & 7. Idus: reliqui tres qui esse possint, videamus. Nonarum dies, vt opinamur, vnus erit: cùm & inter nefastos, hoc est, festos dies à Macrobio referatur, & eo die senatum esse habitum, illa Ciceronis verba pro Flacco significent: O Nonæ illæ Decembres, quæ me consule fuistis. reliquos duos, quibus haberi senatum licuit, crediderim esse 4. nonas, & 8. idus: 4. nonas, quia comitialis esse non potuit, vt Macrobius Saturnaliorum libro 1. significat: 8. idus, quia ne hic quidem comitialis fuit: sequitur enim post nonas: & post Kalendas, nonas, idus, religiosos dies fuisse, Verrius Flaccus, Liuius, & Festus tradiderunt quos autem religiosos dies Liuius nominat, eos Verrius, Festus, & Macrobius atros appellant: atros autem Macrobius exponit, neque præliares, neque puros, neque comitiales. Iam igitur patet, qui fuerint quinque dies, per quos haberi senatum potuisse Cæsar scripsit fuerunt enim, vt probauimus, Kalendæ Ianuarij, 4. nonas, nonæ, 8 idus, 7. idus. patet igitur simul, quod fuerit biduum comitiale, de quo idem Cæsar meminit. sequitur enim necessariò, vt fuerit 3. nonas, & 2. nonas. itaque in oratione in Pisonem, cùm ait Cicero, Triduo post à P. Clodio lex Aelia & Fufia euersa est. significat diem 2. nonas. nam cùm triduo post Kalendas Ianuarij latam à Clodio eam legem dicat, quæ legem Aeliam & Fufiam euertit, necesse est, vt intellexerit aut de 2. nonas, quo die triduum perficitur, aut de nonis, quæ perfecto & transacto iam triduo sequuntur. de nonis intelligere non potuit,

quia

quia Kalendæ, nonæ, idus habendo senatui legitimos dies fuisse, iam diximus. restat igitur, vt de 2. nonas intellexerit. diem autem 3. nonas, etsi, comitiales fuisse, satis patet: quia, cùm, de primis septem diebus qui fuerint quinque senatorij, demonstrauerim, relinquitur, vt duo reliqui, 3. nonas, 2. nonas, comitiales fuerint: tamen exemplum etiam afferemus ex epistola Ciceronis ad Metellum libro 5. Famil. in qua hæc sunt verba: Ad 3. nonas Ianuarij cùm agere cœpisset, tertio quoque verbo orationis suæ me appellabat. Loquitur de Metello Nepote tribuno pl. qui ad populum acerbè contra Ciceronem agebat. Post 7. idus paucos habuit senatorios dies mensis Ianuarius. tantùm enim ad vsq; 18. Kalendas Februarij senatus haberi potuit. nam post 18. Kalendas Pupia lex haberi senatum vetuit. quod ex duabus Ciceronis epistolis, altera ad P. Lentulum, altera ad Quinctum Fratrem, cognoscitur. scribit enim ad fratrem his verbis: Comitialibus diebus, qui Quirinalia sequuntur, Appius interpretatur nō impediri se lege Pupia, quo minùs habeat senatum. Quòd si post Quirinalia sequuntur comitiales: Quirinalium dies videtur fuisse 18 Kalendas Februarij: quia in epistola ad Lentulum, & fuisse senatum 18. Kalendas, nec deinde futurum ob legem Pupiam significatur. erant enim comitiales dies, quibus haberi senatum per legem Pupiam non potuisse Cicero ad Lentulum scribit. quod ipsum, eadem de Lentulitate, in alia ad fratrē epistola declarat his verbis: Per obstructatores Lētulitates calumnia extracta est, cōfecuti sunt dies comitiales. Atq; hos ipsos comitiales dies, quos Pupia

lex

lex in Ianuario sanxit, significat & in oratione pro Sextio, cùm ait: Consecuti dies pauci omninò Ianuario mense, per quos senatum haberi liceret: sed tamen actum nihil, nisi de me paucos post Kalendas Ianuarij senatorios dies dicit fuisse, quia post 18. Kalendas Februarij omnes erant comitiales. Post 7. igitur idus vsq; ad 18. Kalendas haberi poterat senatus. vtrùm autem hoc toto interuallo omnes essent senatorij dies, nulli comitiales, affirmare difficile est. quod autem me docuit obseruatio, id ego item alios docere possum. itaque primùm illud dicam, 4. idus non fuisse comitialem diem: quia cùm Cannensis illa funesta clades ad 4. nonas Sextiles accepta sit, atri dies, quod iā diximus, omnes quarti ante Kalendas, nonas, idus habiti sunt. Addam & illud, idus, 19 Kalendas, 18. Kalendas non fuisse comitiales: quia per hos tres dies habitum senatum in Cicerone obseruauimus. quod, qui duarum ad Lentulum epistolarum loca contulerit, simulq; considerauerit, facilè cognoscet. Hæc sunt, quæ de Ianuario collegimus: nec dubitamus, quin de senatorijs & comitialibus diebus eadem in reliquis mensibus ratio fuerit: vt scilicet omnes Kalendæ, nonæ, idus, omnes postridiè Kalendas, nonas, idus, omnes ante 4. Kalendas, 4. nonas, 4. idus non comitiales, sed senatorij dies fuerint: item, vt in Ianuario 3. nonas senatorius, 2. nonas comitialis, 8. idus comitialis, 7. idus senatorius, itidem in reliquis mensibus. hoc tamen in Ianuario diuersum, quòd propter Pupia legis interdictum pauciores habuit senatorios dies, quàm reliqui menses: sexdecim enim dies, id est omnes, qui post 18. Kalendas

lendas numerantur, lex auferebat. & quemadmodū Ianuarius pauciores senatorios, sic Februarius pauciores comitiales habuit, quàm omnes reliqui menses. nā, vt ait Pedianus in commentario 3. orationu in Verrem, hoc mense frequens senatus postulatis prouinciarum, legationibus audiendis dabatur. de quo sic in epistola ad Lentulum: Senatus haberi ante Kalendas Februarias per legem Pupiam non potest. neq; mense Februario toto, nisi perfectis, aut reiectis legationibus. quo in loco non & de Ianuario simul, & de Februario lege Pupia sancitum, sed de Ianuario tantùm intelligo. nam de Februario non Pupia, sed Gabinia lex sanxerat, vt ipso Cicerone interprete ostendemus. sic enim in epistola, Risi, libro 2. ad Quinctum Fratrem: Comitialibus diebus qui Quirinalia sequuntur, Appius interpretatur, non impediri se lege Pupia, quo minus habeat senatū, & quod Gabinia sanctū sit, etiam cogi, ex Kalendis Februarijs vsq; ad Kalendas Martias legatis senatum quotidiè dari. Cùm igitur in mense, qui senatorij, quiue comitiales dies fuerint, cōsideretur: rursus in die senatorio, (nam de comitiali proprius erit locus in libro de Comitijs) qua hora in curiam senatores conuenerint, qua discesserint, considerandum videtur. atq; hoc quidem satis apertum est. nam senatores neq; ante solis ortum in curiam conuenisse, neq; post occasum permānisse, ideò verisimile est, quia senatusconsulta, aut ante solis ortum, aut post occasum facta, irrita fuisse, tum apud Gellium legimus, qui Varronis verba recitat, tum ex ipso Cicerone cognouimus, qui Philippica tertia consuli obijcit Antonio de senatusconsulto vespertino. nam

etsi anno ab vrbe condita CCXC. senatusconsultum noctu factum esse constat: tamen est hoc nō consuetudinis, sed necessitatis exemplum: vrgebat enim tū res, & procrastinandi locus nō erat, cum Sp. Furium consulem cum exercitu ab Aequu & Volsco obsideri nunciatum esset. Eadem nunc est in magno nostræ Reipublicæ consilio, quo magistratus creantur, cōsuetudo. nam & meridie ferè in illud amplum, excelsumq; cōclaue, quod magni consilij atriū vocant, omnes patricij conueniunt, neq; post primas tenebras permanent: præsertim in tam frequenti consilio, cùm patricij mille ducenti, interdum etiā plures, de singulis magistratibus suffragium ferant. at in consilio Rogatorum, & in cōsilio Decemuirum diuersa ratio est. sæpè enim in multam noctem pro rei magnitudine consultatio producitur. neque tamen in suffragijs vitium timetur: nō solum, quia minor est senatorum numerus, quàm in magno consilio, et vbi minor numerus, ibi plus ordinis, & rationis: verùm etiā, quia senatores ipsi, qui in hu duobus consilijs de publicare disceptant, hi sunt ferè præter cæteros à malis artibus alieni, ætate temperati, bonitate iusti, religione pij.

De potestate habendi senatus.

IVS habendi senatus non dubium est, quin ad eum magistratum spectauerit, qui summam in vrbe potestatem gerebat. itaq; vocari senatū quandoq; à dictatore, plerunq; à con-

à consule, interdùm etiam à prætore legimus: à dictatore, quia summum erat dictaturæ ius, & libera potestas, nec nisi periculosissimis reipublicæ tẽporibus creabatur: à consule, quia neque superior magistratus, neque par consulibus erat: à prætore, duntaxat eo tempore, cùm consules abessent: absentibus enim consulibus consulare munus sustinebat is, qui dignitate proximus erat, erat autem prætor. illud erat dissimilitudinis, quod consules, quacunque de re videretur, senatum conuocabant, prætor autem nunquàm, nisi ad rem nouam. non enim vetera absentibus consulibus tractari, sed in eorum aduentum reseruari, honestius visum est. at noua, quia moram non ferrent, sed præsenti consilio egerent, ei magistratui, qui absentibus consulibus senatum habebat, qui prætor vrbanus erat, permittebantur. Enimuerò & ab alijs, pro temporum conditione, senatum esse vocatum, ex Gellio cognouimus. is enim hæc: Varro in libris de quæsitis per epistolam, in epistola ad Oppianum scribit, quis fuerint, per quos more maiorum senatus haberi deberet: eosq; nominat, dictatorem, consules, prætores, tribunos plebis, interregem, præfectum vrbi: neque alij, præter hos, ius fuisse dixit facere S.C. quotiesq; vsu venisset, vt omnes isti magistratus eodem tempore Romæ essent, tum, quo suprà ordine scripti essent, qui eorum prior alijs esset, ei potissimùm senatus consulendi ius fuisse. addit deinde, extraordinario iure tribunos quoq; militares, qui proconsules fuissent, item Decemviros, quibus imperium consulare tum esset, item Triumviros reipublicæ cõstituendæ causſa creatos, ius

consulendi senatum habuisse. Posteà scripsit de intercessionibus: dixitq; intercedendū, ne S. C. fieret, ius fuisse ijs solu, qui eadem potestate, quaij, qui S. C. facere vellent, maioreue essent. Tum de locis, in quibus S. C. fieri iure posset, docuit: confirmauitq; nisi in loco per auguria constituto, quod templum appellaretur, S. C. factum esset, iustum id non fuisse: propterea & in curia Hostilia, & in Pompeia, & post in Iulia, cùm profana ea loca fuissent templa esse per auguria constituta. vt in ijs S. C. more maiorum iusta fieri possent. inter quæ id quoque scriptum reliquit, non omnes ades sacras templa esse, ac ne eadem quidem Vesta templum esse. Post hæc deinceps docet, S.C ante exortum solem aut post occasum factum rarum non fuisse: opus etiam censorium fecisse existimatos, per quos eo tempore S. C. factum esset. Docet deinde inibi multa, quibus diebus haberi senatum ius non sit: immolareq; hostiam prius auspicariq; debere, qui senatum habiturus esset. De rebus quoque diuinis prius, quàm humanis, ad senatum referendum esse. Tum porrò referri oportere aut infinitè de republica, aut de singulis rebus finitè: S.q.C. fieri duobus modis, aut per discessionem, si consentirentur, aut, si res dubia esset, per singulorum sententias exquisitas: singulos autem debere consuli gradatim, incipiq; à consulari gradu. ex quo gradu semper quidem anteà primùm rogari solitum, qui princeps in senatu lectus esset: tum autem, cùm hæc scriberet, nouum morem institutum referri per ambitionem gratiamq; vt is primus rogaretur, quē rogare vellet, qui haberet senatum, dum is tamen è

gradu

gradu consulari esset. Praeter haec de pignore quoque capiendo disserit, deq; multa dicenda senatori, qui, cùm in senatum venire deberet, non adesset. vnde illud in 1. Philippica: Quis vnquàm tanto damno senatorem coëgit? aut quid est vltra pignus, aut multam? Ateius autem Capito Tuberonem dicere scribit, nullum S. C. fieri posse non discessione facta, quia in omnibus S. C. etiam in ijs, quae per relationem fierent, discessio esset necessaria. idq; ipse Capito verum esse affirmat. quod Varronis sententiae videtur repugnare. Haec Gellius. de cuius postremis verbis, vtrum à Varrone dissentiat Tubero, infrà videbimus, vbi de senatus consulto agetur. nunc, quo instituimus, ordine pergamus. Ex duobus consulibus, vocandi senatus potestatem is habebat, cuius eo mense fasces erant. quem morem & Decemuiri secuti sunt. quòd si vocari ab vtrisque consulibus senatum interdum legimus: id non communem vtriusque potestatem, sed consentientes vtriusque animos significat. nam alterutrius quidem menstruam fuisse potestatem, ex Dionysio, Liuio, Suetonio, Gellio cognouimus. Senatores primò in curiam à praecone è cenaculo citabantur: qui locus fuit, vbi senatus habebatur: idq; aliquandiu seruatum est, cùm à Romulo esset institutum: nam & à Decemuiris per praconem citatos in curiam patres inuenio. postea, ciuitate aucta, & vrbis pomerio prolato, factum est, vt edicto accerserentur. neque hoc deinde est immutatum. quòd si quis accersitus edicto parere recusaret, ad hunc, vt ab eo pignora caperent, apparitores esse missos, nō solùm Gellius ex Varrone, sed Cicero etiā, Liuius, Dion memoriae

prodiderunt. quod & ipse Cicero Philipica I. significat. patet autem ex quadam libri 4. ad Atticum epistola. non nisi eos senatores, intra pomerium qui essent, edicto vocari solitos. extra vrbem si qui erant, non cogebantur. neque vero senatores tantum edicto consul in curiam vocabat, sed eos etiam, quibus in senatu sententiam dicere liceret. nam re vera senatores & erant, & dicebantur ij, quos censor in senatu legerat. In curiam alij pedibus itabant, alij curru vehebantur. pedibus itabant, qui curulem magistratū nondum gesserant: (erant autem curules magistratus, Aedilitas curulis, Praetura, Consulatus, Censura, Dictatura) qui senatores pedarij dicebantur. qui curulem magistratum gesserant, curru solitos in curiam vehi honoris gratia, C. Bassius in commentarijs suis scriptum reliquit cum in eo curru sella esset, supra quam considerent: quæ ob eam causam curulis appellabatur. erant autem, vt iam dixi, ex his ipsis multi, qui nondum senatores erant: qui tamen ob eos honores sententiæ in senatu dicendæ ius habebant.

De iure referendi.

Referebatur in senatu primùm de diuinis rebus. secundo loco de humanis. referebat autem is, qui senatum habebat, siue is esset consul, siue alius magistratus. habebat autem senatum primo magistratus mense, ideſt, Ianuario, à duobus consulibus is, qui priori loco creatus erat consul.

consul eius enim fasces erant primo mense: itaq; Liuius libro 9. Valerius, inquit, Coruinus interrex consules creauit Q. Publilium Philonem, & L. Papirium cursorem iterum. qui cum eo, quo creati sunt die, magistratum inissent, sollemnibusq; sanctis perfectis, de pace Caudina retulissent: Publilius, penes quem fasces erant, Dic Spuri Postumi, inquit. Ergo & senatum habebat primo mense, & referebat, & sententias rogabat is consul, cuius eo mense fasces erant. quod si, qui senatū habebat, is referre nollet: quod sæpe usu venit: tum tribuni pl. referebant: &, cum retulissent, etiam sententias rogabant. hinc illud in oratione pro Sextio: Princeps P. Lentulus, consul designatus, auctoritate, ac sententia sua, consulibus Pisone, & Gabinio repugnantibus, caussam suscepit. tribunisq; pl. octo de me referentibus, præstantissimam de me sententiam dixit. Et in epistola ad Plancum: Flagitare, inquit, senatus instituit Cornutum, vt referret statim de tuis literis (erat autem hic prætor, & absentibus consulibus senatum conuocauerat) ille se considerare aut velle. cum ei magnum conuicium fieret cuncto à senatu, quinque tribuni pl. retulerunt. patet etiam hoc ex epistola prima libri 2. ad Q. Fratrem, & è secunda libri 1. ad Lentulum: in qua etiam illud cognoscitur: si quando de eâdem re & consul, & tribunus pl. retulissent, moris fuisse, vt ante tribunum pl. discessionem consul faceret, id est, de eo, quod retulisset, per discessionem senatorum iudicium fieri iuberet. non enim, etsi de eâdem re, tamen idem referebant. satis enim vnius relatio fuisset, si in vtriusque relatione nihil esset, quod differret. Sed re-

ferebant eâdem de re non eodē modo: vt in ea, de qua dixi, epistola manifestum est, Lupum tribunum pl. retulisse, vt Pompeius Ptolomæum in regnum reduceret, cùm consules retulissent vtrùm reducendus esset, & si reducendus, à quo. Legimus etiam in 7. Philippica, diuersis de rebus diuersos magistratus eodem die retulisse. sic enim in ea scriptum est: De Appia via, & de Moneta consul. de Lupereis tribunus pl. refert. Notandum & illud: cùm de vtroq; consule referente, aut de pluribus tribunis pl. aut prætoribus legitur, nō re vera omnes retulisse, sed referendi partes vnum sustinuisse, reliquos collegæ relationem comprobâsse. itaq; in 3. Philippica tribunos pl. ait de præsidio consulum & senatûs retulisse: in 4. verò, de eadem relatione verba faciens, Hodierno, inquit, die primùm, referente Marco hoc Seruilio, collegisq; eius, ad spem libertatis exarsimus. Vnum Seruilium populo nominat, principem relationis: cùm in tertia, quam habuit in senatu, bis de tribunis pl. referentibus communiter meminerit. sic in oratione pro domo sua modò senatum ab vtroq; consule, modò ab vno Metello vocatū dicit: quia reuerà vterq; consentiret in vocando senatu, sed propriæ Metelli partes essent, qui, vt opinor, eo mense fasces haberet.

De ordine rogandi sententias.

VETEREM fuisse rogādarum sententiarum morem, & ab ipsis etiam regibus obseruatū, Liuius significat. inde ad rēpublicā ꝓmanauit. Post relationē cōsul, aut magistratus

gistratus ille, qui senatū cōuocauerat, vbi, quod è Republica videretur, id vt quisq; diceret, hortatus erat, ordine sententias rogabat: rogabat autē, vt paullò antè significatum est, non omnes, qui aderant in senatu, sed eos tantùm, qui senatores erant. nam cæteri ita sententias dicebant, vt senatoribus, qui dixerant, assentirentur. Sed ordinem rogandi non eundem fuisse omnibus temporibus animaduerto. aliàs primus rogabatur, qui à censore princeps in senatu lectus erat: quod Varronis ætate fieri desisse, ex ipso Varrone Gellius ostēdit. aliàs, qui designati consules erant: si modò post comitia senatus haberetur: sin antè, consules studio aut necessitudine adducti, quem ijs visum erat, honoris caussa extra ordinem sententiā primùm rogabant. in quo etiam illud obseruatum est, vt ne quis quemquam ex alio, quàm ex consularibus, sententiam primùm rogaret. anno post vrbem conditam 260. dignitatis habitam esse rationem in rogando, Dionysius significat: primùm enim rogatum esse T. Largium Flauum, qui quia dictator primus creatus fuerat, honore omnibus anteire videbatur. & anno deinde proximo seniores consulares ordine rogatos esse, idem Dionysius testatur. ex quo patet, non hoc anno, item vt superiore, primum esse rogatum T. Largium: erant enim alij consulares in senatu, qui ante illum consulatum gesserant, vt M. Valerius Volesus, P. Postumius Tubertus, Menenius Agrippa Lana, Sp. Cassius Viscellinus: qui etiam eo die, præter Cassium, legati ad sedandos plebis animos missi sunt. Sed anno superiore ideò primum rogatum esse Flauiū crediderim, tum, vt dixi, quia dictator primus fuerat, tū

etiam quia, cùm à finitimis populis bellum parari nunciaretur, rei magnitudo ferebat, vt is suam sententiam primus diceret, qui bellorum vsu prater cateros excellebat: quà ipsa de caussa potissimùm & dictator creatus erat. at in sequenti anno, cùm non de bello gerendo, sed de domestica seditione dissoluenda consilium caperetur, iure consularium vetustissimi pro cuiusque ætate deinceps rogati sunt. obseruatum autem illud Suetonius tradit, vt, quem ordinem interrogandi sententias consul Kalendis Ianuarijs instituisset, eum toto anno conseruaret. quam consuetudinem Cæsar, qui ad gratiam, id est, ad potentiam suam, omnia referret, in suo consulatu neglexit. nam, cùm Crassum primùm rogare solitus esset, Cn. Pompeium post Tullia filia nuptias rogare primùm cœpit Hæc Suetonius. quæ si vera sunt, non video, qui sententias rogari primi potuerint consules designati. nam, si quem ordinem in rogando consul Kalendis Ianuarijs instituisset, eum toto anno conseruabat: occupato iam primo loco, designati consules non primi, sed post primos rogabantur. mendax igitur Suetonius? vereor antiquitatem: nec, vt illi detraham, adduci temerè soleo. sed tamen, si quis argueret mendacium, defendendi ratio mihi quidem nō suppetit: nisi si, quod in eo scriptum est, toto anno, accipias non planè pro toto anno, sed pro toto illo tempore, quod ad rogandas sententias liberum consuli daretur, id est, ad vsque designationem consulum, qui ferè designabantur Quinctilis mense: vt post designationem ordine commutato primo rogati sint consules designati. nam, si ad illam coniecturam, tanquam ad arcem

defen-

defensionis, confugeres, de consulibus designatis primo loco rogandis antiquum non fuisse, sed, vt primi rogarentur, post Cæsaris consulatum in consuetudinem venisse, ideoque non esse veritatis expertem Suetonij sententiam, quoniam quidem de ordine rogando, qui seruatus est antè Cæsarem consulē, intellexerit, infirma ratio est: debilitatur enim, & frangitur exemplorum vi. nam consules designatos etiam ante Cæsarem consulem primo loco rogatos animaduerto, vt D. Iulium Silanum in Sallustij & Appiani historijs: quem, ante Cæsarem gessisse consulatum, nemo nescit. itaque haret adhuc dubitatio, neq; tolletur, opinor. (fortasse fallor: sed erudiri, & corrigi facilè patior) nisi si interpretationem illam, de qua iam dixi, sequaris, vt accipias, Toto anno, pro quàm dili liceret, nimirū vsq; eo, dum consularibus comitijs designati consules essent: Nā & P. Lentulus consul Kalendis Ianuarij, cùm ageret de Ciceronis restituendo, cōsulibus insequētis anni nondùm designatis, sententiam primùm rogauit L. Aurelium Cottā, vt est in oratione pro Sextio. at idem Sextili mense, cùm iam designati consules essent, principē rogauit de liberāda Ciceronis domo Cn. Cornelium Lentulum Marcellinum cōsulem designatū, vt est in oratione de haruspicum respōsis. ac de consulibus designatis, primo loco sententiam rogatis, etsi satis apertum est, recitabo tamen ipsius Ciceronis testimonium, quod instar multorum exemplorum erit. is igitur sic in oratione 5. in Antonium: Qui ordo in sententijs rogandis seruari solet, eundem tenebo in viris fortibus honorandis. à Bruto igitur consule designato more maiorum capiamus

pianus exordium. Hunc morem vsque ad Tiberij imperatoru ætatem viguisse, ex Taciti docemur historia. scribit enim libro 3. sic: Tiberius Drusum consulem designatum exemit dicendæ primo loco sententiæ. Sed omittamus imperatores, qui ciuitatem nulla certa ratione, aut lege, sed pro voluntate, vel pro libidine potius administrarunt: nam etiam ante Tiberium Augustus, vt suprà iam diximus, veterem in rogādo consuetudinem neglexit. itaq; continebimus nos intrà Reipublicæ tempora, & ea, quæ à liberis ciuibus in libera ciuitate sunt instituta, persequemur. posteriora eiusmodi fuerunt, si pauca quædam excipias, vt ea præstet ignorare, quàm scire. non enim, vnde libertas abest, ibi adesse potest virtus. neque verò sine virtute quidquam ita geritur, vt exemplo prodesse possit. porrò, quæ legentibus non prosint, aut etiam quæ nocere possint, mandare litteris qui cogitat, vt & otio abuti, & de literis ipsis malè mereri simul cogitat quare, vt apes non, vbicunque consederint, decerpunt. sed pulcherrimos flosculos, & suaue quiddam redolentes aucupantur: sic nos, non quæcunque occurrent ex antiquitate, sed illustria quæq; maximeq; laudabilia colligemus. Mouit me aliquamdiu, quod in 10. Philippica Q. Fufium Calenum, qui nondum consul fuisset, primo tamen loco rogatum sententiam videbam, cōtra Gellij testimonium, qui neminem, nisi consularem, primum sententiam rogatum esse tradit. posteà ex duobus locis eiusdem Ciceronis coniecturam feci. Calenum Pansæ consulis socerum fuisse: vt in rogando plus necessitudini, quàm dignitati, tribuisse consul videatur, prior locus hic est in 8.

Philip-

Philippica: Satis multa cum Fufio ac sine odio omnia, nihil sine dolore. credo autem, qui generi querellam moderatè ferat, æquo animo laturum amici. alter locus est in 10. Loquere inquit, cum sapientissimo homine genere tuo. Alioqui nunquam certè primùm Calenum sententiam consul rogasset, Cicerone ipso, aliisq; consularibus omissis.

De dicenda sententia.

CVM consules, alter amboue retulissent, sententias rogati senatores dicebant. cùm dixissent, consul eas pronunciabat, vt facta discessione voluntas senatûs appareret. erat autem in hoc, sicut in aliis rebus, maxima consulis potestas: qui, si cuius senatoris sententiam improbaret, quòd aut amici hominis rationibus aduersariam, aut inimico honorificam atq; vtilem duceret, veritus, ne in eam senatusconsultum fieret, non pronunciabat. itaq; L. Lentulus consul, qui Pompeio studebat, Cæsaris honori acriter aduersabatur, sententiam Calidij, qui neutram in partem propensus æqua sensérat, se omninò pronunciaturum negauit. Senatoris ius erat, ante quàm de re proposita suam sententiam definiret, alia de re, quidquid vellet, & quoàd vellet dicere. quò factum, vt senatores id, quo de agitur, perfici nolentes, diem dicendo eximerent. fecit hoc in bona causa sæpè P. Clodius, Ciceronis inimicus: in mala M. Cato, ille, qui postea Vticensis est dictus, cùm vterq; cuperet impedire. Cùm aliquis in dicenda sententia duas pluresue res complecteba-

plectebatur: ea si non omnes probabantur, postulabatur, vt diuideret, id est, separatim de rebus singulis referret. neq; erat, Pedianus ait, ei, qui hoc postulabat, oratione longa vtendum, ac ne consurgendū quidem. multi enim sedentes hoc vnum verbum pronunciabāt, Diuide. quo cōmento vsus est in caussa Milonis T. Munatius Plancus tribunus pl. nam, cùm Q. Hortensius in sua sententia dixisset, vt de Milone, qui ob necem P. Clodij in iudicium vocabatur, veteribus legibus extra ordinem quaereretur, Plancus, qui quari sanè extra ordinem vellet, veteribus autem legibus nollet, sed nouā ideò ferri cuperet, vt aduersus Milonē plus inuidiæ conciaretur, qui flagitium noua lege vindicādum patrâsset: Q. Fufium senatorem, Clodianarum partium studiosum, induxit, vt diuisionem ab Hortēsio postularet. quod in concione, quam Pedianus recitat, vt à se excogitatum idem Plancus gloriatus est. futurum enim id, quod euenit, intelligebat, vt, diuisa sententia, caput illud de veteribus legibus irritum fieret, nimirùm cùm ipse, qui tribunus pl. erat, interceßisset, & S.C. fieri vetuisset. nam, quatenùs de extraordinaria quaestione Hortensius dixerat, assensus est. hoc illud est, quod in Miloniana Cicero significat his verbis: Reliqua senatûs auctoritas empta interceßione sublata est: cùm intelligat, senatûs voluntatē fuisse, vt in Hortēsii sententiam S.C. fieret, sed diuisione sententiæ factum esse, vt, quod ad quaestionē extraordinariam attinebat, id quidem nō mutaretur: quod autē de veteribus legibus reliquum erat, quam vocat reliquam senatûs auctoritatem, quia senatus, vt in caput de extraordinaria quaestione,

stione, sic in hoc de veteribus legibus simul cum Hortensio sentiebat, id mercenaria Planci intercessione tolleretur. Dicebant sententias suo quisq; loco. primi sedebant maiores magistratus, consules prætores: quòd si censores essent in senatu, (non enim censura perpetuus magistratus fuit, sed quarto quoq; anno ad censendam ciuitatem creabatur) eos infrà prætores, proximè tamen sedisse crediderim: infrà, quia Messalla in libro de auspicijs, cùm maiores magistratus nominat, consules primùm, deinde prætores, tertio loco censores constituit: proximè, quia, cùm inter maiores magistratus cēsura fuerit, suprà minores magistratus sedisse censores nemo dubitauerit. Sedebāt deinde minores magistratus, ædiles curules, ædiles plebis, quæstores: tum, qui magistratus gesserant, ordinatim, consulares, prætorij, ædilicij, quæstorij: de his autem singulis ordinibus, vt quisq; magistratum primus gesserat inuenio etiam, inter prætorios sedisse, non qui prætoram gessisset, sed qui prætorium hominem accusâsset eo crimine, quo damnatus ordinem senatorium amisisset, locum enim damnati consequebatur: de quo sic in oratione pro Balbo: Obiectum est etiam, quod in tribum Crustuminam peruenerit. quod hic assecutus est legis de ambitu præmio, minùs inuidioso, quàm qui legum præmijs prætoriam sententiam, & prætextam togam consequuntur. Significat enim Cicero, loco prætorio sedisse, et sententiam dixisse, qui prætorium hominem in iudicio conuicisset: neq; hoc solùm, sed, qui designatū magistratum iudicio nocentem probâsset, eum, eo magistratu damnato, prætextā togam, id est, magistratū illum,

illum, quem is, qui damnatus esset, initurus erat, præmij loco cepisse. posuit enim prætextam pro magistratu, quia prætexta toga magistratus vtebantur. sic & pro Cluētioso dixit, Toga prætexta, Sella curulis, cum per togam prætextam communiter omnes magistratus, per sellam curulem curules tantùm, id est, nobiliorem partem, significaret.

De Senatusconsulto.

NON simplex est senatusconsulti, sed varia multiplexque cognitio. quærendum enim, qua ratione fieret, qua impediretur, ne fieret, qua factum tolleretur, quo numero senatorum fieret, quam potestatē daret, vtrùm absolutam, an definitam: si absolutam, vtrùm pluribus, an vni: si definitam, vtrùm ita definitam, vt eam potestatem, quam lex sine S.C. dabat, adæquaret: an ita, vt aliquanto, quàm lex, esset infirmior. quærendum etiā, de publicare tātùm, an etiam de priuata, fieret: item, senatusconsultum, senatus decretum, senatus auctoritas, in quo differant: denique, quale esset id, quod tacitum senatusconsultum appellabatur. qua & separatim singula, & suo quidque loco exponemus. Cùm senatus à Romulo sit institutus, non dubium est, quin eo regnante senatusconsulta multa facta sint. sed exempla desideramus. vnum ponit Dionysius, quod factum est in hanc sententiam, vt Sabinæ mulieres ad gentiles suos, vrbem obsidētes, reconciliationis causa proficiscerentur. post obitum Romuli, primum senatusconsultum fuit

fuit de creandis interregibus, alterum illud, quo patres decreuerunt, vt, cùm populus regem iussisset, id sic ratum esset, si patres auctores fierent. tertium, quò regnum Numæ Pompilio, populo acceptam potestatem ad senatum reiciente, patres detulerunt. alia deinde, vt res tulit. fiebat autem senatusconsultum hoc modo. Consul, aut is, qui cum insignibus imperij, & licioribus erat, conuocato senatu, cùm, qua de caussa conuocâsset, retulisset, sententias rogabat. dictis sentētijs, eam, quam ipse magis è Republica ducebat, primam pronunciabat. tum, vt senatus iudicaret, his verbis vtebatur: Qui hoc sentitis, illuc transite: qui alia omnia, in hanc partem. &, cùm dicebat, Qui alia omnia, omnis videlicet caussa ita loquebatur, ne diceret, Qui contrarium sentitis. quod tamen ipsum significabat. sed, contrarium, vt mali ominis verbum, effugiebat. hinc sapè illa in antiquorum scriptis vsitata locutio, Ire in alia omnia, aut Transire, aut Discedere, pro contrariis sentire. hanc apud Romanos consuetudinem cùm etiam sub regibus fuisse videam, (indicat enim Liuius libro 1.) quis tamen eam primus induxerit, compertum non habeo: sed, quicumque ille fuit, videtur à Spartanis transtulisse. scribit enim Thucydides libro 1. Stenelaidam Ephorum, cùm aduersus Athenienses tanquàm fœderis violatores belli satis acri oratione suasisset, ita pronunciásse: Quicumq; violatum ab Athenensibus fœdus existimant, surgant, & in illam partem eant, qui contra, in hanc. & ait idem Thucydides nouum & apud Spartanos hoc fuisse, primumq; à Stenelaida institutū, cùm anteà sententias elata voce dicere cōsueuissent.

uissent. Ergò senatores Spartano more, cùm ea verba consul pronuntiâsset & in alterutrã partem primus discessionem fecisset, ipsi deindè, quam quisque partem probabat, in eam transibãt: deindè numerabantur, & ex numero voluntas senatûs apparebat. si frequentiores senatores sententiam à consule pronunciatam comprobâssent, in eam senatusconsultũ scribebatur: sin minùs, aut abijciebatur omninò res, aut in aliud tempus reijciebatur. sæpè enim accidit, vt, quod frequenti senatu reiectum fuerat atque improbatum, id interiecto tempore susceptum comprobaretur. Interdùm etiam, non rogatis, neque dictis sententijs, tantummodò per discessionem senatusconsultum fiebat: tumq; senatores pedibus ferre sententiam dicebantur. quod, vt opinor, eo tempore fieri solitum est, cùm de parui ponderis negotio ageretur: nimium enim temporis in re leuiore conterendum non putabant. & appellabatur senatusconsultum per discessionem factam. illud autem, quod fiebat auditis disputatisq; senatorum sententijs, etsi & ipsum discessione senatorum fiebat, tamen simpliciter senatusconsultum dicebatur. quod vtinã Varronis, Tuberonis, Labeonis, Capitonis, Galli, Felicis, Bassi, Nicostrati libros haberemus, paterẽt multa, quæ nunc ex obscura, tenuiq; vmbra vix cognoscimus. Bassi quidem verba Gellius recitat, quæ id, quo de nunc agimus, satis apertè declarant. pedibus, inquit, senatores omnes sententiam ferebant, cùm senatusconsultum per discessionem fiebat: cùm scilicet exquisitæ singulorum sententiæ non essent. quò spectat & illud Ciceronis oratione 3. in Antonium, cùm ait: Effugere festi-

festinans. senatusconsultum de supplicatione per discessionem fecit. quibus uerbis adscripsit illa, Cùm id factum esset antea nunquàm: ob eam caussam, quia moru erat, vt in supplicatione decernenda sententiæ rogarentur à consule. quod ex epistola M. Cœlij, quæ legitur 8. Fam. libro, perspicuum est. Suetonius etiam de Tiberio sic: Cùm senatusconsultum per discessionem fortè fieret, transeuntem eum in alteram partem, in qua pauciores erant, secutus est nemo: dixit, per discessionem, vt distingueret à senatusconsulto, quod exquisitis singulorum sententijs fiebat: quod, vt diximus iã, senatusconsultum vnico verbo dicebatur quam loquendi formulam non videtur Gellius agnouisse, qui libro 14. cap. 7. putat Tuberonem à Varrone dissentire, quia scili. et Varro dixerat in epistola ad Oppianum, senatusconsultum duobus modis fieri, aut per discessionem, si consentiretur: aut, si res dubia esset, per singulorum sententias exquisitas: Tubero autè, nullum senatusconsultum fieri posse non discessione facta, quia in omnibus senatusconsultis, etiam in ijs, quæ per relationem fierent, discessio esset necessaria. in quo neuter aberrauit à vero: neque, vt putat Gellius, sententiæ Varronis repugnat id, quod scripsit Tubero non enim dixit Varro, alia senatusconsulta per discessionem sine sententijs fieri solita, alia per sententias sine discessione: sed hoc significauit, alia per discessionem quidem omissis sententijs, alia verò sententijs exquisitis per discessionem tamen facta. & cùm dixit per singulorũ sententias exquisitas, ideò nõ addidit per discessionẽ, quia nullum senatusconsultũ sine discessione fieri posse notissimum erat:

itaque omisit ut superuacaneum, & obscurum neminī, nisi si quis Romanarū rerum planè rudis esset. Facta discessione, senatusconsultum scribebatur, & scribendo aderant non omnes planè, qui sententiam senatusconsulti probauerant, sed ij potissimùm, qui præter ceteros ita decerni concupierant: qui senatusconsulti auctoritates dicebantur: non tam, quòd ij maximè auctores fuissent, vt ita statueretur, quàm, quòd in eo senatusconsulti posita esset auctoritas, si per claros viros scriptum videretur. video etiam M. Catonem, cùm sua sententia supplicationem Ciceroni non decreuisset, tamen, cùm plures eam decreuissent, scribendo affuisse. quòd autem non omnes, qui pro senatusconsulto senserant, scribendo affuisse dixi, non est, cur in dubium vocari possit. extat enim in ea Cœlij epistola, de qua iam meminimus, integra senatusconsulti formula: quæ perpaucos affuisse scribendo significat, cùm tamen in decernendo plurimi consensissent, illud considerandum, cur in hoc ipso, quod Cœlius recitat, senatusconsulto bis eorum nomina, qui scribendo affuerunt, posita sint. nam, si semel tantùm in singulu senatusconsultis adscribebantur, cur in hoc bis? sin, quot erant in senatusconsulto capita, toties adscribi solebant: cur in hoc, in quo quattuor esse capita manifestè constat, nō quater potiùs, quàm bis? quòd si quis, non quattuor esse senatusconsulti capita, sed quattuor senatusconsulta contenderit: hærebit tamen nihilominùs, magis etiam aliquantò: nam ad quattuor senatusconsulta quater adscribi senatorum nomina debuisse, multò etiam verisimilius est, quàm ad quattuor senatusconsulti partes.

verùm

verùm de pluribus senatusconsultis credere absurdum est:, cùm ne suspicioni quidem Cœlius ipse locum reliquerit, cuius hæc sunt verba: Senatusconsultum, quod tibi misi, factum est. nō enim, cùm dicit, Huic senatusconsulto intercessit C. Cœlius, & cùm iterū tertioq; idem subiungit, plura senatusconsulta significat, sed plures eiusdem senatusc̄osulti partes. quarè hoc satis apertū. magu illa me torquet dubitatio, cur nō aut quater adscriptæ sint auctoritates, vt ad quattuor senatusc̄osulti capita, aut semel tantùm, vt ad vnum senatusconsultum. equidem nō expedio me: quiddam tamen, vt accipiatur, dicam. licet opinari, & ante senatusc̄osultum, & pòst senatorum nomina fuisse perscripta: cùm quidem senatusconsultum erat: nam cùm intercedebatur, non erat senatusconsultum, sed auctoritas senatûs dicebatur. quod si ita est: iure hic ad eam senatusconsulti partem, cui intercessit nemo, quæq; verè senatusc̄osultum fuit, auctoritates appositæ sunt, & in principio, & in extremo: ad illas autem partes, quæ senatusconsulti nomine caruerunt, propterea quòd ijs intercessum est, nullæ sunt adscriptæ auctoritates. hoc eruditi examinent: vel potiùs, quid probabile sit, ipsi comminiscantur. nam hoc nostrum ita diximus, vt in eo non planè conquiescat animus. Formulam senatusconsulti in ea Cœlij epistola licet videre, & in 5. Philippica, & in 10. Scripta senatusconsulta vsque ad Consules L. Valerium, M. Horatium arbitrio consulum supprimebātur, & nunciabantur. ab his consulibus, vt ad ædem Cereris deferrentur, institutum est. posteà tamen ad ærarium video esse delata, vt

ibi asseruarentur, vbi & leges, & pecuniæ populi Romani, & pretiosa quæque custodiebantur. erat autem ærarium in æde Saturni: quasi tutissimũ esse videretur eius dei numine, quo regnante, aureo illo sæculo, nullæ vi illatæ, nullum furtum factum, nihil omninò facinoris esset commissum. Senatusconsulta ad ærarium non delata, rata non erant, & pro infectis habebantur. quod significatione quidem non expressa, nec tamen omninò ambigua. Suetonius ostendit in Augusti vita. Auctor, inquit, est Iulius Marathus, ante paucos, quàm Augustus nasceretur, menses prodigium Romæ factum publicè, quo denunciabatur regem populi Rom. naturam parturire. senatum exterritum censuisse, ne quis illo anno genitus educaretur: eos, qui grauidas vxores haberent, quod ad se quisq; spem traheret, curasse, ne senatusconsultum ad ærarium deferretur. Hanc ipsam de senatusconsultis ad ærarium deferendis consuetudinem non Liuius modò significat libro 39. cùm ait: Quid ab eo consule quemquam nouis exspectare, qui per infrequentiam furtim senatusconsultum factum ad ærarium detulerit? & Cicero oratione 5. in Antonium: verùm etiam Cornelius Tacitus libro 3. nam cùm C. Lutorius Priscus agrotanti Druso Tiberij filio carmen composuisset, quòd, si extinctus esset, magno præmio vulgaretur, adductus in eam spem, quia Germanici obitum celebri carmine defleuerat, & ob id à Tiberio donatus erat: accusatus, et damnatus, in carcere est interfectus. tũ Tiberius (ipsa Taciti verba ponã) solitis sibi ambagibus, id apud senatũ incusauit, cũ extolleret pietatem, quamuis modicas principis iniurias acriter vltiscen-

vlciscentium, deprecaretur tam præcipites reorum pœnas. quo loco mendosè, vt opinor, scriptum est, Verborum pœnas. & paullò pòst: Igitur, inquit, factum senatusconsultum, ne decreta patrum ante diem decimum ad ærarium deferrentur, idq; vitæ spatium damnatis prorogaretur. in quo veterem consuetudinem de senatusconsultis ad ærariũ deferendis indicauit: quo leges quoq; delatas esse, in libro de Populo, qui post hunc proximus sequetur, exemplis ostendemus. Nunc, quandò satis de ratione faciendi senatusconsulti locuti sumus, ordo postulat, vt de impediendi ratione, quæ legendo notauimus, pauca subiungamus. Impedimeto erat, quò minus senatusconsultum fieri posset, aut tribunus pl. aut senator aliquis, aut aliquis etiam nõ senator, aut consul ipse, alius alio modo. tribunus pl. intercedebat: eoquo intercedente fiebat, vt id, quod senatus decreuerat, senatusconsultum esse non posset, sed senatus uuctoritas dicebatur. hanc potestatem sacratæ leges iam ab illo tempore, quò plebẽ tribunicio præsidio munire placuit, tribunis pl. non solùm vniuersis, sed etiam singulis dederãt, atq; vno ex omnibus tribunis pl. intercedente, cæteris collegis cum senatu consentientibus, æquè tamen senatusconsultum tollebatur, ac si tribuni omnes intercessissent. Impedimento senator erat, cùm, Numera senatum, consuli dicebat: nihil enim in senatu decerni poterat, nisi certus senatorum numerus legibus sanctus adesset. Tertia ratio impediendi erat, cùm adesset in senatu aliquis, qui senator non erat: tunc enim decerni nihil poterat, & ob eam causam, vt est in Dionis historia, C. Cato tribunus pl. senatum in-

greſſus eſt: quem vi extrudere, cum ſacroſancta eſſent tribunorum corpora, non licebat. ſed hic oritur dubitatio: ſi C. Cato, quia nondùm eſſet in ſenatum lectus, curiam ingredi non poterat: cur & in epiſtolis ad Lentulum, & in ijs, quæ ſunt ad Quinctium Fratrem, ſæpè hunc ipſum Catonem tribunum pl. in ſenatu adeſſe legitur? diſtingue, & dubitationem ſolues. non poterat, quia ſenator nō erat: poterat, quia tribunus: quis enim ſacroſancto vim afferret? & certè de tribunis in ſenatu ſententiam dicentibus ſæpè legimus. qui ſi tantùm erant tribuni, ideò adeſſe poterant, quin ſacroſanctos pelli non licebat: ſin etiam ſenatores, ideò aderant, quia vt ſenatoribus licebat. vt mirer, quod in Valerio ſcriptum animaduerti, tribunis non licuiſſe curiam intrare, ſed eos ante valuas poſitis ſubſellijs decreta patrum examinâſſe: itaque veteribus ſenatusconſultis T litteram ſubſcribi ſolitam. qua nota ſignificaretur, illa tribunos quoque cenſuiſſe. Hæc ego, vt dixi, miror, cùm tribunos in ſenatu fuiſſe, ita ſæpè legerim, vt exempla recitare putidum propè exiſtimem. num igitur antiquitatis Valerius imperitus? nō eſt, vt credi poſſit: cùm & proximus fuerit Reipublicæ temporibus, ſi quidem, vt ipſe teſtatur, duce Sex. Pōpeio Magni filio militauit: & in hac ipſa re idē, quod Dion, ſentire videatur. ſed ita illius auctoritatē tuebimur, ſi nō de tribunis omnibus generaliter, ſed de ijs duntaxat, qui tribuni, non etiam ſenatores, fuerint, dictum accipiamus. nam, ſi de omnibus planè intelligamus, apertè veterum exemplis refellemur. Erant etiam conſules ipſi ſenatusconſultis impedimento, vt auctor eſt Liuius: cuius

libro

libro 30. hæc sunt verba: Inclinatio omnium ad pacem animis, Cn. Lentulus consul, cui classis prouincia erat, S. C. intercessit. quam intercessionem sublatam mox esse constat, cùm populus iussisset, vt senatus pacem cum Carthaginensibus faciendam decerneret. quod ita senatus decreuit. Idem & libro 42. C. Popillium ait præse tulisse, si quid senatus decerneret, intercessurũ. Scribit etiam Pedianus, Q. Scæuolam consulem, cùm animaduerteret Crasso collegæ suo propter summam eius in republica potentiam ac dignitatem senatum in decernendo triumpho gratificari: maiorem reipublicæ, quàm collegæ, rationem habuisse: ac, ne fieret senatusconsultum, intercessisse: non enim senatusconsulto tribunus pl. tantùm intercedebat, sed omnes, qui eâdem potestate, qua ij, qui senatusconsultum facere vellent, maiore ve essent. quod in ea, cuius ferè sententiam ex Gellio iam recitauimus, ad Oppianam epistola testatur Varro. itaque, si senatusconsultum fiebat à consule, ius intercedendi habebat alter consul: erat enim eâdem potestate: si à prætore, poterat non modo alius prætor, sed consul etiam intercedere: prætor, quia eâdem potestate, consul quia etiam maiore esset. sed huiusmodi intercessiones admodum infrequentes inuenimus. Tribunicia sunt creberrimæ: nam tribunorum pl. proprium erat intercedere: est enim tribunicia potestas non ad inferendam iniuriam, sed ad prohibendam inducta. Hactenus de ratione, qua, ne fieret senatusconsultum, impediretur. at. postea quàm factum esset, tollendi ratio quæ erat? eadem, quæ legis abrogandæ. nam, vt lege lex abrogabatur, sic senatusconsultum

senatusconsulto tollebatur: vt, cùm senatus decreuit, quas ciuitates L. Sulla pecunia accepta ex senatusconsulto liberauisset, eæ rursus vectigales essent, neque ea pecunia, quam pro libertate dederat, restitueretur. quod imperio turpe fuit. piratarum enim, inquit Cicero, melior fides, quàm tum senatus neq; si quid vtile, propterea honestum: seu si honestũ propterea vtile: sic enim interpretatur boni viri. verùm hæc de re. nos autem exemplum quærebamus. quod inuentum recitare satis fuit. sed me res ipsa commouit in exemplo. illud addo. senatusconsultum, nisi senatusconsulto aut lege tolleretur perpetuò valuisse, nullo certo tempore desitum. tametsi scriptum à Dionysio legimus, non perpetuam vim, sed annuã tantummodò habuisse ea, quæ senatus decerneret. quod me quidem eò minus perturbat, quia non ex Dionysii sententia probatum est, sed ex persona consulum: qui aduersus Cn. Genucium tribunum pl. quærentem ex eo senatusconsulto, quod Cassio, Virginioq; consulibus factum erat, publicos agros plebi non distribui, responderunt, decretum id in suo magistratu non esse, sed consulibus Cassio, Virginio: itaq; ad illos eam distributionẽ pertinuisse: se quidem eo senatusconsulto propterea non iuberi, quia, quæ senatus decerneret, vltra anni spatium firma non essent. quod non ex animi sententia. sed, vt aliquid potius quàm nihil responderent, calumniantes afferebant. subterfugere enim id numeris admodum cupiebant, à quo senatus, & patriciorum mentes etiam atque etiam abhorrere intelligebant. Nunc agamus de numero senatorum, qui senatusconsulto necessarius esset. de qua

nihil

nihil equidem affirmare possum: nec enim, quot planè senatores adesse oporteret, expressè significatum inuenio: sed certum tamen numerum lege præfinitum fuisse, Dio, & Festus memoriæ prodiderunt. equidem de ipso quoque numero, quandoquidem in obscuris rebus sæpè coniectura lucem attulit, non nihil dicam. Pedianus in Cornelianæ, quæ non exstat, commentario, C. Cornelium tribunum pl. quo anno C. Calpurnius Piso, M'. Acilius Glabrio consules fuerunt. legem ait promulgâsse, ne quis in senatu legibus solueretur, nisi CC. affuissent: néue quis, cùm solutus esset, intercederet, cùm de ea re ad populum ferretur. eamq́ legem, etsi pro senatus auctoritate esset. tamen inuitis optimatibus esse latam, qui vel pauci senatusconsulta facere solebant, idem Pedianus adscribit. quòd si de aliquo legibus soluendo senatusconsulta fieri à paucis solebant, nimirum non ante id tempus legem fuisse latam de numero senatorum qui senatusconsultis faciundis adesset, manifestum est. nam si lata esset, non hoc senatusconsulti genus, quo quis legibus solueretur, exclusisset, cùm in hoc maximè genere locus esset gratiæ, sed æquè ad omnia senatusconsulta spectâsset. ergo & tulit primus C. Cornelius: &, ne pauciores quā CC. adessent, in ea, quam tulit, lege sanxit. nec tamen Cornelij lex ea fuit, de qua & Dio, & Festus tradiderunt. hæc enim ad ea tantū senatusconsulta, quibus aliquē solui legibus placeret, ea verò, quā illi significârūt, ad omnia pertinuit. nisi si, quod Cornelius de vno tantū genere tulit, id mox in omnibus senatusconsultis obseruatum vela, vt senatores non minus CC. adessent.

legis

legis quidem senatorum numerum communiter ad omnia senatusconsulta statuentu, siue Cornelia fuerit, siue alia, rationem esse habitam consulibus Marcellino, & Philippo, scribit Dio: vt latam esse necesse sit eo tempore interuallo, quod à Pisone, & Glabrione consulibus ad Marcellinum & Philippum consules fuit. nam ante tribunatum Cornely, quem gessit consulibus Pisone, Glabrione, vllam eius modi fuisse legem, tantum abest vt inuenerim, vt etiam, cur contra fuisse nullam putem, argumento, quòd iam posui, facilè persuadear. Pergamus ad alia. Potestatem senatusconsultum dabat modò absolutam, modò definitam: absolutam aut pluribus magistratibus, aut vni: pluribus sic: Dent operam consules, praetores tribuni pl. ne quid Respublica detrimenti capiat. quibus verbis maximam potestatem magistratibus sine populo senatus dabat: licebat enim iis hoc senatusconsulto, exercitum parare, bellum gerere, coërcere omnibus modis socios, atque ciues. aliter sine populi iussu earum rerum ius consulibus non fuisse, Sallustius tradit. quo loco de consulibus tantùm loquitur, quia ferè soli consules in eius modi senatusconsulto nominabãtur, eũ ita decernebat senatus: Dẽt operã cõsules, ne quid Respublica detrimenti patiatur: idq;, quia tuenda Reipublica cura ad consules, qui ceteris magistratibus anteibant, maximè pertinebant. vbi verò maius aliquod instare periculum videretur, tunc non consules modò, sed & praetores, & tribunos pleb. & eos etiam, qui proconsules ad vrbem essent, nominatos inuenio: vt in eo senatusconsulto, quod initio ciuilis belli à Pompeij studiosis contra Caesarẽ factum est: de quo

cum

cùm in epistola ad Tironem, & in oratione pro Deiotaro, & in 2. Philippica meminit hic noster, tum Cæsar ipse libro 1. de bello ciuili quæritur his verbis: quæ, non vt impressa sunt, sed, vt censeo esse corrigenda, recitabo. Decurritur, inquit, ad illud extremum, atque vltimum senatusconsultum, quo, nisi penè in ipso in vrbis incendio, atque desperationes omnium saluti, latorum audacia nunquàm ante dilatum est: Dent operam consules, prætores, tribuni pl. quiq; proconsules ad vrbem sunt, ne quid Respublica detrimenti capiat. Curauit enim Pompeius ita decerni, quò grauior Cæsari, quasi domestica seditionis auctori, quæreretur inuidia. legimus etiam, non vtrique consuli, sed alteri tantùm hanc potestatem fuisse delatam, vt in Gracchano tumultu, cùm decreuit senatus, vt L. Opimius consul videret, ne quid Respublica detrimenti caperet. quod non consuetudinis, sed temporis caussa factũ est: aberat enim alter cõsul Q. Fabius Maximus, vt quidem ego existimo: existimo autem propter eam caussam: quia, quo anno C. Gracchus est interfectus, nullam Fabij consulis actionem vrbanam neque Plutarchus narrat, neque Appianus, neque Asconius, neque omninò quisquam. tantùm de Opimio meminerunt. vt abfuisse magnam anni partem verisimile sit, eoq; magis, quòd Allobroges, & Bituitum & Auernorum regem ab eo cõsule deuictũ esse L. Florus ex Liuio colligit. Vni etiam Pompeio summam potestatem senatusconsulto traditam, quo anno solus ipse consul tertium consulatum gesserit, ex oratione Miloniana cognouimus. quanquàm, cùm senatusconsultum illud est factum,

consulem

consulem nondum fuisse Pompeium, sed proconsulē ad vrbem, Pedianus tradit, neq; vni summum ius esse permissum, sed interregi etiam, & tribunis pl. & sanè, cū creati nondum neq; consules essent, neque prætores, interregem in eo senatusconsulto primùm nominari, deinde tribunos pl. tertio loco ipsum Pompeium, qui proconsul ad vrbem erat, æquum fuit: sicuti factū est. cùm verò consul sine collega creatus Pompeius esset, ad eum potestas illa, vt ad maximum magistratum, trāsferri tota visa est: itaq; & leges tulit. & M. Cœlio tribuno pl. obsistere conanti, arma minatus est, & armatos homines in foro, atque in omnibus templis, quæ circa forum sunt, ad cohibendos Clodiānæ factionis impetus, & omninò ad omnem vim repellendam collocauit. ipse, cùm Milonis iudicium exerceretur, cuius causſa præsidia in foro & ad omnes fori aditus disposuerat, armatis copijs circumfusus pro ærario sedit. vt summam potestatem senatusconsulto permissam vnus administrare videretur. non solùm sine interrege, qui iam nullus erat sed etiam sine tribunis pl. tametsi in illo senatusconsulto nominatim quod in ea oratione Cicero significat. Illud mihi videor animaduertisse, huiusmodi senatusconsulta pæne semper ciuilium discordiarum & intestini dissidij causſa esse facta: cū domesticæ mala, quæ ferè haud paulò plus habēt periculi, quàm externa, hoc maximè remedio sanari posse senatus putaret, si vnico senatusconsulto totam rempublicā consulibus commendaret: vno enim verſiculo, vt ait Cicero, satis armati consules erāt, etiam nullis armis datis. hoc Cicero confirmat in 2. Philippica, cùm ait: In te

M. An-

I. Antoni, decreuit senatus. quod in hostem togatum
decerni est solitum more maiorum. Et in eadem paullò
post, omnes, contra quos id decretum est, interfectos
significat his verbis: Tum illud multis antè tentatis,
necessariò tibi vulnus inflictum, quod paucis ante te,
quorum incolumis fuit nemo. Hanc autem potestatem
Opimio cõsuli primùm esse permissam, Plutarchus tra-
didit. quod si generaliter dictum accipias, falsum est.
nam multis antè annis, atque adeò ætatibus, cùm Her-
nici, Sp. Furium consulem à Veientibus acie fusum,
cum exercitu obsideri nunciassent, tãtum terrorem in-
tulêre patribus, vt, quæ forma senatusconsulti vltima
semper necessitatis habita est, Postumio alteri consuli
negotiũ daretur, videret, ne quid respublica detrimen-
ti caperet. Hæc Liuius. Plutarchum autem sic à men-
dacio tuebimur. primum fuisse Opimium dicemus, cui
aduersus ciues potestas dictatoris data sit. qua ille ita
est vsus, vt non modò C. Sempronium Gracchum tri-
bunum pl. & Q. Fuluium Flaccum consularem, sedi-
tionis auctores, sed omninò ad tria millia ciuium oc-
iderit. Neque verò ciuiles discordiæ, præsertim quæ ad
sanguinem cædemq; peruenerint, ante dictaturam in
republica sunt exortæ, sed ita multò pòst, vt à dictatu-
ra T. Largij Flaui (is enim primus dictator est dictus)
ad Q. Opimium consulem, cui primùm in ciuili se-
ditione senatus commisit, vt videret, ne quid respublica
detrimenti caperet, anni numerentur CCCLXXVII.
quo minus periculi ab externis hostib⁹ esse cœpit, eo plus
inter ciues discordiæ. quæ ferè humanarum rerum ra-
tio, & natura est, vt consistere nunquàm possint. bella

dum

dum geruntur, non facilè seditiones in vrbibus exsistunt: vbi sublata sunt, otium & copia discordiam parit. propterea à quando diu gerendis bellis occupata Roma fuit, non magnoperè seditionibus laborauit. euersa Carthagine, & omni prorsus hostili metu sublato, seditiones illicò sunt exortæ, & eiusmodi quidem, vt ad sanguinem, & ad cædes eruperint, anno demùm ab vrbe condita 621. itaque huiusmodi senatusconsultis serò admodùm Respublica indiguit, tum scilicet, cùm ciuitates aliquam quasi corrupti corporis partem ferro amputãdam iudicaret. vt in homine ex ignauia & nimia cibi copia. sic in Republica ex otio & nimia rerum abundantia gignuntur morbi: quod malum cùm multò antè tanquàm sagax & peritus medicus Scipio Nasica prospiceret, auctor in primis fuit, ne Carthago tolleretur, affirmans ea, quæ mox euentus comprobauit: Romanis nihil esse timendum magis, quàm ne hostes non haberent: cùm primùm ab externis bellis quiescere cœpissent, futurum vt domestici discordijs affligerentur: itaq; non esse delendam eam vrbem, quæ etsi sæpè fœdus frangeret, sæpè bella renouaret, id ipsum tamen esse saluberrimum: quandò, ne per otium Romana virtus hebesceret, exerceri eam assiduè, & tanquàm ad cotem acui necesse esset. O te nimium sapientem, nimium vera prædicentem Scipio Nasica. tu tuis ciuibus, vt Cassandra suis olim, fata concinebas. nec tibi tamen magis, quàm illi, fides habita est. hinc Gracchorum illæ contra senatum acerbissimæ contentiones, quæ iustam extremi senatusconsulti caussam attulerunt: hinc Sullana bella: hinc ad extremum Cæsaris

& Pom-

& Pompeij perniciosa Reipublicæ discordia. Sed longiùs fortasse proiectus sum, quàm res ipsa patitur. quamquàm cur non patitur? an euētasimul cum causis intelligere inutile est? modicè tamen digrediar, nec nisi in ea, quæ connexa ex aliqua parte sum argumento cohærebunt. quod cùm factum, non omninò mihi videbor aberrare. Sed reliqua persequamur. Senatusconsulto potestas vni permittebatur absoluta, cū dictatorem dici senatus iubebat. nam, etsi dictatorem nō senatus ipse creabat, sed is, qui summus erat in vrbe magistratus: tamen, quia dictatorem, qui dicebat, dicēdi potestatem à senatu accipiebat, senatusconsulto dictatorem fuisse dictum possumus intelligere. Summum autem & liberum imperium penes dictatorem fuisse ignorare opinor neminem: neq; tamen est hic narrandi locus. petat hæc, qui cupit à libro de magistratibus inscripto. Videtur etiam, in illis senatusconsultis, quibus leges tollebantur, potestas fuisse, non absoluta quidem ad omnia, vt in illis senatusconsultis, quibus cauere magistratus, ne quid Respublica detrimenti caperet, iubebantur, sed absoluta tamen, quod ad eam rem attinebat, cuius rei causa facta erant. itaque multas leges vno senatusconsulto, atque vno versiculo, vt inquit Cicero de legibus, puncto temporis sublatas esse legimus, vt L. Marcio, Sex. Iulio consulibus eas, quas M. Liuius Drusus tribunus pl. tulerat: decretum est enim, contra auspicia esse latas, neque ijs populum teneri: & Q. Cæcilio, M. Iunio consulibus eas omnes, quæ militiæ stipendia minuebāt, ideò abrogari placere, quia rem militarem impedire. Cuius ferè generis videntur fuisse &

illa senatusconsulta, quæ legibus aliquem soluebant: quodam enim modo tolli leges videntur, cùm aliquid alicui præter leges conceditur: vt, cùm senatus P. Scipionem, aut cum Cn. Pompeium legibus soluit, quo maturius, quàm per leges licebat, consules fieri possent. quamquam & sine senatusconsulto lege ad populum lata solui legibus licebat. qua de re in libro de Legibus agetur. At, quibus senatusconsultis hostis aliquis iudicabatur, non in illis absoluta potestas erat? erat sanè: non enim ij, qui eiusmodi senatusconsulto essent cõdemnati, prouocationem ad vllum magistratum, aut ad populum habebant: nec erat, vt senatus iudicium infirmare possent. de refectione tamen eorundem magistratuum senatusconsulta huius generis leuia & irrita fuisse video, vt, cũ consulibus App. Claudio & L. Quinctio Cincinnato, in reliquum magistratus continuari, & eosdem tribunos ple. reficì senatus vetuit: idq; si fieret, contra rempublicam esse iudicauit. quòd à tribunis neglectum est: qui reclamantibus consulibus refecti sunt. neque tamen propterea senatus vlla grauior actio aut animaduersio fuit: puto, ne plebs irritata perniciosam seditionem excitaret. Quatuor omnino senatusconsulta posuimus: id, quo respublica magistratibus cõmittebatur: id, quo dictator dici iubebatur: id, quo leges tollebantur: id, quo quis ob sceleratè facta hostis iudicabatur. primis duobus absolutam potestatem non ipse sibi senatus assumebat, sed alteri dabat. duobus extremis non dabat, sed assumebat, vel assumpta potius vtebatur. Hac de absoluta senatusconsulti potestate reliquum est, vt deinceps de definita differa-

mus.

mus. Senatusconsultum definitæ potestatis si cum lege iungebatur, suas quasi vires augebat: & quod in eo fuerat definitum, absolutum fiebat: si legis auxilio carebat: vt sæpe accidit, cum voluntas plebis à senatus iudicio discreparet: non solùm minus habebat ponderis, quàm si cum lege coniungeretur, sed minus etiam, quàm lex. itaque C. Flaminius tribunus ple. legem agrariam aliquot annis antè secundum Punicum bellū tulit inuito senatu neque solum tribuni ple. sed consules etiam, qui patroni senatus habebantur, contra senatus voluntatem sine senatusconsulto sæpe leges tulerunt: cuiusmodi fuisse illas constat, quas diuersis temporibus à tribus Valerijs latas, Publio, Lucio, Marco ex Cicerone. Liuio, Dionysio, Plutarcho didicimus. Caius etiam Cæsar, omisso senatusconsulto, lege Vatinia cisalpinam Galliam cum Illyrico administrandam accepit: cùm in lege tantum esse positum intelligeret, vt senatusconsulto non egeret. quod & senatus iudicio, ita esse declaratum est: qui mox & comatam illi Galliam attribuit, veritus, ne, si ipse negasset, populus & hanc daret. Quod si, cur in accipienda prouincia cum Cæsar, tum alij multi legem antepoſuerint senatusconsulto, quærit quispiam: respondetur, quia exeuntibus in prouincias imperium tantum senatusconsulto dabatur, lege autem simul cum imperio sumptus. quis porrò esse aut ita stultus, vt exercitū alere de suo vellet: aut ita opulentus, vt posset? hinc euenit, vt D. Brutus, Galliæ cisalpinæ à senatu præfectus, supra H·S. quadringenties in stipendia militum de suo erogarit: quod ipse in quadam epistola ad Ciceronē queritur. prouinciā enim

habebat non lege curiata, quæ præfectis prouinciarum ad alendos milites stipendia de publico dabat, sed senatusconsulto, quo imperium quidem, sed sine stipendio dabatur. nam, cum senatus Cæsaris interfectoribus faueret, populus ab Antonio concitatus infensus esset: Brutus, iram populi timens, desperata lege curiata, cū eo tantùm imperio, quod à senatu acceperat, in prouinciam properè abiit. lege autem eandem prouinciam non multò post Antonio Cæsaris mortem persequenti populus tradidit. vt eodem tempore eandem prouinciam & Decimus, & Antonius, alter senatusconsulto, alter lege haberet. Omninò prouinciam lege habere nemo potuit qui noluerit. molirem enim rem attingere sine lege, id est, sine pecunia, quam lex dabat, qui liceret? nam, etsi App. Claudius, Publy frater, eius, qui cū Cicerone grauissimas inimicitias gessit, iturum se in prouinciam sine lege suo sumptu confirmabat: (sic enim tribus epistolis, ad Lentulum, ad Atticum, ad fratrem, scripsit Cicero) tamen id, non quia legem contemneret, cogitabat, sed quia vereretur, ne perferri non posset, aliquo sibi inimico tribuno pl. intercedente. nam legu cupidu fuisse, indicant illa verba in epistola ad Lentulum: Sere, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega prouinciam. eoq; clarius id constat. quia, licet Appius iturum se in prouinciam sine lege suo sumptu dictitasset, non iuit tamē, sed lege perlata imperium à populo & pecuniam accepit. vnde cōijcis hoc inquit aliquis? quia reuersus è prouincia triumphum petiit licèt, accusatus à Dolabella, statim triumphi postulationem ad vitandam inuidiam abiecerit in

prouin-

prouinciam autem sine lege profectis, triumphum spe-
rare non licebat. qui probas hoc inquit idem? nimirū
testis locupletis auctoritate huius inquam nostri: sic
enim ad Atticum scribit: Pontinus vult ad IV. Non.
Nou. triumphare huic obuiam Cato, & Seruilius prae-
tores aperte, & Q. Mucius trib. negant enim latum de
imperio: & est latum herculè insulsè. Omnes fere, in
prouincias exituri, ad senatusconsultum legem adiun-
gebant: vt esset, vnde stipendia legionibus persolueret,
quibus non modò socios ab iniuria finitimarum gentī-
um tuerentur, sed ipsas etiam vltro interdum bello
peterent. occasiones enim pugnandi, vt triumphi ma
teriam, multi quarebant Senatusconsulto, praeter da-
tum imperium, etiam regendæ prouinciæ tempus vi-
deo definitum: idemque lege, cùm ex senatusconsul-
to ferretur, confirmatum. Spatium autem illud erat
annuū: de quo vetus lex Sempronia sanxerat. sed Ca-
sari contra legem Gracchi in quinquennium decretæ
primum Gallia est, mox & in alterum quinquennium
senatusconsulto ac lege prorogata. & vt in stipendia
militum ærarij pecuniam senatus elargiri iniussu popu-
li non poterat: sic neque de agris, neque de vrbibus le-
gitimum ius habebat. ideo Thermitanis populus in Si-
cilia, quod semper in amicitia fideq; manssissent, non se-
natus sine populo vrbes, agros, legesq; reddidit, sed
senatus quidem censuit, populus autem iussit. Vecti-
gal etiam victis bello gentibus, non sine populo senatus
imponebat: scriptum est enim, Mamertinos pecuni-
am ex senatusconsulto & lege dissoluisse: & omnes Si-
ciliæ ciuitates frumentū populo Romano singulo an-

nis certo pretio vendere, ex senatusconsulto, itemq; ex lege Terentia, & Cassia esse iussas: & L. Octauio, C. Cotta consulibus senatum legum dicendarum potestatem in locandis vini Siculi, oleiq; vectigalibus ita permisisse, vt populus idem iusserit. quibus locis, & alijs praterea eodem spectantibus, adductus sum, in Verrem lib. III. act. 2. corruptum locum, vt opinor, emendare. legebatur, Cùm ex Sicilia, & ex legibus frumentum ei in cellam sumere liceret. offensus sum, & imprimi iussi, Cùm ex S.C. & ex legibus. quod mendum ab imperitia librariorum originem duxit. veterem enim scribendi morem ignorantes, pro S.C. scribendum putarunt. Sic, dictione contracta, quæ apposito puncto significaret Sicilia. & cum ipsi reposuissent Sic, alij producta dictione scripserunt Sicilia, idem in Pediani libros mendum irrepserat: quod nos impressione nostra sustulimus. legebatur enim in Milonianæ commentario, sic esse factum, pro S.C. esse factum. Redeo vnde diuerti. Largiri de publico senatus sine populo nō poterat: quod contra sine senatu populus poterat itaque Cæsar in cōsulatu suo campum Stellatem, & Campanum sine senatusconsulto plebi diuisit, lege contentus: idemq; publicanos, in conducendis vectigalibus cupiditate prolapsos, tertia debitæ pecuniæ parte non senatusconsulto, sed lege releuauit. feciisset enim, si licuisset. per senatum Cæsar, quod per populum fecit. hac enim fere verba sunt in ea pro Plancio. nec vero huius generis exempla desideramus. nam & P. Clodius, Ciceronis inimicus, etiam regna latis legibus vendidit verius, quàm donauit: & multis iam annis ante Ti. Sempro-

nius

nius Gracchus de diuidendis agris legem tulit senatu non consulto. item frater eius C. Gracchus de coloniis deducendis, de vestibus publice militibus præbendis, de frumento plebi distribuendo, senatu non solum non decernente. sed etiam inuito & aduersante, leges tulit. Illud, quod Plutarchus tradit, primo miratus sum, Tiberio ad diuisionem agrorum profecturo senatum nouenos nummos in singulos dies pro sumptu decreuisse: quasi & senatus distribuendæ publicæ pecuniæ potestatem haberet. sed deinde meam admirationem res ipsa sustulit. nam hoc illi per populum in leui re licuisse, quis miretur? sicuti etiam, cùm exterarum gentium legatis munera dabantur: quod senatus arbitrio fiebat. non enim, vbi quid pecuniæ promi ex ærario oporteret, continuo propter eam caussam legem ferri ex dignitate populi Romani videbatur. In iudicijs etiam constituendis, aut mutandis, & omninò in hoc genere, iacebat senatus voluntas sine populi consensu, id est, senatusconsultum sine lege. lex autem, non solum si senatusconsulto comprobaretur, verùm etsi contra senatus voluntatem lata esset, rata tamen habebatur. itaque quoddam senatusconsultum aduersus eos, quorum opera factum esset, in iudicium publicum corrumperetur, in oratione pro Cluentio Cicero repudiat, & infirmum significat, ob eam caussam, quia postea legē ex eo cousules non tulissent. at verò legem, qua L. Aurelius Cotta iudicia inter tres ordines communicauit, senatum, equites, tribunos ærarios: cùm antea penes vnum ordinem senatorium lege Corneliæ fuissent: hanc inquam legem, qua senatus potentiam admodùm imminuebat,

nuebat, latàm sine senatusconsulto, latam inuito senatu, firmam tamen fuisse, & obseruatam diligenter non solum reipublicæ temporibus, sed aliquandiu etiam ab ipsis imperatoribus, intelliget qui scripta veterum euoluet. nec minus inuito, aut certè non fauente senatu, biennio post C. Cornelius legem tulit, vt prætores ex edicto suo perpetuis ius dicerent: cùm anteà variè ius dicere solerent. potuit igitur etiam in hoc genere populus sine senatu, atque etiam contra senatum leges enim contra senatusconsultum latæ eandem vim habuerunt, quàm, si nullum senatus consultum ante factum esset. habuissent itaque legimus in Plinio: cum senatusconsultum vetus fuisset, ne liceret pantheras Africanas in Italiam aduehere, Cn. Ausidium tribunum pl. contra ad populum tulisse, &, in Circensium ludorum gratiam liceret Africanas importare, lege lata permisisse. Quia verò sæpè contigit, vt cum senatu populus consentiret, ideo, non quia populus sine senatu non posset, sed quia senatus & populus idem vellent, leges ex senatusconsulto latas plerumque licet inuenire. quod si, quod sæpe contigit, minus inter senatum & populum conueniret, aut etiam si senatusconsultum obstaret, vt in tribus legibus, Aurelia, Cornelia, Ausidia, proximè docuimus: nihilo tamen erat imbecillior lex, sed eadē vires habebat, quas habuisset, si ex senatusconsulto perlata esset, aut nullū contra senatusconsultū fuisset. anno quidē post vrbē conditā CCLXIII. nondum vllam legem nisi è senatusconsulto fuisse latā, M. Minucius consul in eo sermone, quem de Coriolani iudicio cum tribunis pl. habuit, affirmat: neque plebem

de

de aliqua re iudicasse, aut suffragia tulisse, nisi senatus eadem re iam consulta auctor fuisset: idq; à regibus institutum, ad eam vsque diem ait constantissime seruatum. quod tamen in Coriolani caussa est omissum, senatu vniuersam eius iudicandi potestatem plebi concedente: ne quam seditionem irata suscitaret sed triēnio post cum tribuni pl. iudicium de Coriolano factum rescindere, & damnationem abrogare lege vellent: senatu contradicente, sine senatusconsulto legem ferre noluerunt. & anno ab vrbe condita CCXCV II. cùm augeri tribunorum numerum, & plebs, & tribuni vehementer cuperent: tamen eam legem non prius ferre sunt aggressi quàm vt eam ferri liceret, senatus decreuit sed post quotidie magu senatus auctoritas est immi nuta: leges q; multæ sine senatusconsulto perlatæ, senatu etiam ægrè ferente, vim tamen habuerunt, & seruatæ sunt. Atque hæc à me dicta sint pro eo, quatenus dici opus fuit de infirmitate senatusconsulti. nunc, vbi valeret, etiam si lege non confirmaretur, exponemus. Multa erant, in quibus ad senatusconsultum lex non adiungebatur: vt cum de cura sartorum tectorum alicui demandanda senatus decernebat, cū de vestitu ob calamitatem aliquā aut mœrorem mutando, cum de supplicationis honore, aut etiam de triumpho concedēdo: cùm de fide aut ei danda, qui alicuius iudicium maleficij dē ferret, aut ei, qui hostis esset: cū de magistratu ante diem deponendo: de comitijs producendis: de annona procuranda: de regibus appellandis, de consulibus ad bellum mittendis, de supplendo exercitu: de aris, quæ dedicatæ essent iniussu populi, tollendis, de

de religionibus tuendis: de salute bene meriti ciuis exteris gentibus commendanda: de iure legationis liberæ tribuendo, aut de legatis legendis: de itinere ab ijs, qui in prouinciam reipublicæ causſa irent, mutando: de laudandis ijs, aut ornandis, qui aliquid pro republica feciſſent: aut, qui contra, puniendis: de feriis Latinis: de legatis exterarum nationum donandis: de curatione viarum, de vſurarum modo: & ſi qua præterea ſunt: ſunt enim multa. neque tamẽ in huiuſmodi rebus propriam fuiſſe, & ſingularem dico ſenatus potentiam, populum nihil iuris habuiſſe: ſed hoc dico, volẽte, & permittente populo inſtitutum, atque obſeruatum, vt per ſenatum ea tranſigerentur. quod tamen quaſi legitimum ius, diuturna conſuetudine confirmatum, aliquãdo populus, per improbum tribunum inductus, arripuit. de quo Vatinium Cicero aſpere & acerbè in oratione exagitat. ſed hoc non magnopere vſitatum, & tanquam extra ordinem fuit. Accidit etiam interdum, vt aliquid ex eo genere, quo de genere multa enumerauimus, neque à ſolo ſenatu cenſeretur: neque à ſolo populo iuberetur: credo, quod momẽti res eſſet paulò maioris, quàm ſoleret: vt extraordinaria poteſtate curanda videretur: ſicuti P. Lentulo, Q. Metello cos. cùm ex ſenatuſconſulto perlata lex eſt, vt Pompeio per quinquennium poteſtas omnis rei frumentariæ toto orbe terrarum traderetur. &, vt hoc extraordinarium fuit, ſic illud, quod in epiſtola ad Q. Ciceronem legimus, pecuniam Pompeio in rem frumentariam ſenatuſconſulto decretam: cùm erogare publicam pecuniam, vt iam diximus, non ſenatus, ſed populus ſoleret.

quod

quod tamen permissu populi factum esse non dubitamus. iam enim ex senatusconsulto perlata lex erat de Pompeio rei frumentariæ præficiendo: in qua ita scriptum licèt opinari, vt ad eam curationem tantum ei daretur pecuniæ, quãtum senatus decreuisset. vt in hac re duo senatusconsulta facta fuerint, alterum ante legem de Pompeio deligendo, ex quo perlata lex est: alterum post legem de pecunia tribuenda, quod ex ipsa lege factum est. Fiebant etiam de priuata re senatusconsulta, raro, sed fiebant tamen. quale illud, quod in heredes C. Vennonij factum fuisse Cicero docet libro XIII. epist. quæ Familiares dicuntur: & illud, quo libera legatio decernebatur: hoc enim genus legationũ non nisi priuatæ rei caussa à ciuibus petebatur. & cum senatus decreuit, vt L. Vettius, quod confessus esset se cum telo fuisse, in vincula conijceretur. Senatusconsultum differre à senatus decreto, & decretum consulti esse particulam quandam putabat Aelius Gallus: sic enim scribit Festus. ego autem existimo equidẽ in vno senatusconsulto multa interdum fuisse capita, & vnũquodque caput decreti nomine appellatum, neque solum decreti, sed etiam consulti: vt in illo senatusconsulto satu manifeste patet, de quo in epistola M. Cœlij descripto supra meminimus: sed hanc tamen distinctionem in historijs, aut omninò in vllo libro nondum obseruaui. neminem enim video ita locutum, vt diceret, in illo senatusconsulti decreto. quin pro ipso senatusconsulto decretum sapissime vsurpatum inuenio. neque ratio repugnat. nihil est enim aliud senatusconsultum, nisi id, quod senatus decernit. itaque & decretum, & sena-

legis quidem senatorum numerum communiter ad omnia senatusconsulta statuentu, siue Cornelia fuerit, siue alia, rationem esse habitam consulibus Marcellino, & Philippo, scribit Dio: vt latam esse necesse sit eo tempore interuallo, quod à Pisone, & Glabrione consulibus ad Marcellinum & Philippum consules fuit. nam ante tribunatum Cornelij, quem gessit consulibus Pisone, Glabrione, vllam eius modi fuisse legem, tantum abest vt inuenerim, vt etiam, cur contra fuisse nullam putem, argumento, quòd iam posui, facilè persuadear. Pergamus ad alia. Potestatem senatusconsultum dabat modò absolutam, modò definitam: absolutam aut pluribus magistratibus, aut vni: pluribus sic: Dent operam consules, praetores, tribuni pl. ne quid Respublica detrimenti capiat. quibus verbis maximam potestatem magistratibus sine populo senatus dabat: licebat enim iis hoc senatusconsulto, exercitum parare, bellum gerere, coërcere omnibus modis socios, atque ciues. aliter sine populi iussu earum rerum ius consulibus non fuisse, Sallustius tradit. quo loco de consulibus tantùm loquitur, quia ferè soli consules in eius modi senatusconsulto nominabãtur, cũ ita decernebat senatus: Dẽt operã cõsules, ne quid Respublica detrimenti patiatur: idq;, quia tuenda Reipublicae cura ad consules, qui ceteris magistratibus anteibant, maximè pertinebant. vbi verò maius aliquod instare periculum videretur, tunc non consules modò, sed & praetores, & tribunos pleb. & eos etiam, qui proconsules ad vrbem essent, nominatos inuenio: vt in eo senatusconsulto, quod initio ciuilis belli à Pompeij studiosis contra Caesarẽ factum est: de quo

cium

cùm in epistola ad Tironem, & in oratione pro Deiotaro, & in 2. Philippica meminit hic noster, tum Cæsar ipse libro 1. de bello ciuili quæritur his verbis: quæ, non vt impressa sunt, sed, vt censeo esse corrigenda, recitabo. Decurritur, inquit, ad illud extremum, atque vltimum senatusconsultum, quo, nisi penè in ipso in vrbis incendio, atque desperationes omnium saluti, latorum audacia nunquàm ante dicti ensum est: Dent operam consules, prætores, tribuni pl. quique proconsules ad vrbem sunt, ne quid Respublica detrimenti capiat. Curauit enim Pompeius ita decerni, quò grauior Cæsari, quasi domesticæ seditionis auctori, quæreretur inuidia. legimus etiam, non vtique consuli, sed alteri tantùm hanc potestatem fuisse delatam, vt in Gracchano tumultu, cùm decreuit senatus, vt L. Opimius consul videret, ne quid Respublica detrimenti caperet. quod non consuetudinis, sed temporis caussa factũ est: aberat enim alter cõsul Q. Fabius Maximus, vt quidem ego existimo: existimo autem propter eam caussam: quia, quo anno C. Gracchus est interfectus, nullam Fabij consulis actionem vrbanam neque Plutarchus narrat, neque Appianus, neque Asconius, neque omninò quisquam. tantùm de Opimio meminerunt. vt abfuisse magnam anni partem verisimile sit, eoque magis, quòd Allobroges, & Bituitum & Auernorum regem ab eo cõsule deuictũ esse L. Florus ex Liuio colligit. Vni etiam Pompeio summam potestatem senatusconsulto traditam, quo anno solus ipse consul tertium consulatum gesserit, ex oratione Miloniana cognouimus. quanquàm, cùm senatusconsultum illud est factum,

consulem

consulem nondum fuisse Pompeium, sed proconsulē ad vrbem, Pedianus tradit, neq; vni summum ius esse permissum, sed interregi etiam, & tribunis pl. & sanè, cū creati nondum neq; consules essent, neque prætores, interregem in eo senatusconsulto primùm nominari, deinde tribunos pl. tertio loco ipsum Pompeium, qui proconsul ad vrbem erat, aquum fuit: sicuti factū est. cùm verò consul sine collega creatus Pompeius esset, ad eum potestas illa, vt ad maximum magistratum, trāsferri tota visa est: itaq; & leges tulit. & M. Cœlio tribuno pl. obsistere conanti, arma minatus est, & armatos homines in foro, atque in omnibus templis, quæ circa forum sunt, ad cohibendos Clodianæ factionis impetus, & omninò ad omnem vim repellendam collocauit, ipse, cùm Milonis iudicium exerceretur, cuius caussa præsidia in foro & ad omnes fori aditus disposuerat, armatis copijs circumfusus pro ærario sedit, vt summam potestatem senatusconsulto permissam vnus administrare videretur, non solium sine interrege, qui iam nullus erat sed etiam sine tribunis pl. tametsi in illo senatusconsulto nominatū quod in ea oratione Cicero significat. Illud mihi videor animaduertisse, huiusmodi senatusconsulta pæne semper ciuilium discordiarum & intestini dissidij caussa esse facta: cū domesticæ mala, quæ ferè haud paulò plus habēt periculi, quàm externa, hoc maximè remedio sanari posse, senatus putaret, si vnico senatusconsulto totam rempublicā consulibus commendaret: vno enim verbo, vt ait Cicero, satis armati consules erāt, etiam nullis armis datis. hoc Cicero confirmat in 2. Philippica, cùm ait: In te

M. An-

M. Antoni, decreuit senatus, quod in hostem togatum decerni est solitum more maiorum. Et in eadem paulò post, omnes, contra quos id decretum est, interfectos significat his verbis: Tum illud multis antè tentatis, necessariò tibi vulnus inflictum, quod paucis ante te, quorum incolumis fuit nemo. Hinc autem potestatem Opimio cōsuli primùm esse permissam, Plutarchus tradidit, quod si generaliter dictum accipias, falsum est. nam multis antè annis, atque adeò aetatibus, cum Hernici, Sp. Furium consulem à Veientibus acie fusum, cum exercitu obsideri nunciassent, tantum terrorem intulere patribus, vt, quæ forma senatusconsulti vltima semper necessitatis habita est. Postumio alteri consuli negotium daretur, videret, ne quid respublica detrimenti caperet. Hæc Liuius. Plutarchum autem sic à mendacio tuebimur. primum fatemur Opimium dicemus, cui aduersus ciues potestas dictatoris data sit. qua tale ius est vsus, vt non modò C. Sempronium Gracchum tribunum pl. & Q. Fuluium Flaccum consularem, seditionis auctores, sed omninò ad tria millia ciuium occiderit. Neque verò ciuiles discordiæ, præsertim quæ ad sanguinem eademq; peruenerint, ante dictaturam in republica sunt exortæ, sed ita multò pòst, vt à dictatura T. Largy Flaui (is enim primus dictator est dictus) ad Q. Opimium consulem, cui primùm in ciuili seditione senatus commisit, vt videret, ne quid respublica detrimenti caperet, anni numerentur CCCLXXVII. quo minus periculi ab externis hostib⁹ esse cœpit, eo plus inter ciues discordiæ. quæ ferè humanarum rerum ratio, & natura est, vt consistere nunquàm possint. bella

dum

dum geruntur, non facilè seditiones in vrbibus exsistunt: vbi sublata sunt, otium & copia discordiam parit. propterea, quamdiu gerendis bellis occupata Roma fuit, non magnoperè seditionibus laborauit. euersa Carthagine, & omni prorsus hostili metu sublato, seditiones illicò sunt exortæ, & eiusmodi quidem, vt ad sanguinem, & ad cædes eruperint, anno demùm ab vrbe condita 621. itaque huiusmodi senatusconsultis serò admodùm Respublica indiguit, tum scilicet, cùm ciuitates aliquam quasi corrupti corporis partem ferro amputãdam iudicaret. vt in homine ex ignauia & nimia cibi copia, sic in Republica ex otio & nimia rerum abundantia gignuntur morbi: quod malum cùm multò antè tanquàm sagax & peritus medicus Scipio Nasica prospiceret, auctor in primis fuit, ne Carthago tolleretur, affirmans ea, quæ mox euentus comprobauit: Romanis nihil esse timendum magis, quàm ne hostes non haberent: cùm primùm ab externo bello quiescere cœpissent, futurum vt domesticis discordijs affligerentur: itaq; non esse delendam eam vrbem, quæ etsi sæpè fœdus frangeret, sæpè bella renouaret, id ipsum tamen esse saluberrimum: quandò, ne per otium Romana virtus hebesceret, exerceri eam assiduè, & tanquàm ad cotem acui necesse esset. O te nimium sapientem, nimium vera prædicentem Scipio Nasica. tu tuis ciuibus, vt Cassandra suis olim, fata concinebas. nec tibi tamen magis, quàm illi, fides habita est. hinc Gracchorum illæ contra senatum acerbissimæ contentiones, quæ iustam extremi senatusconsulti caussam attulerunt: hinc Sullana bella: hinc ad extremum Cæsaris & Pom-

& Pompeij pernicioſa Reipublicæ diſcordia. Sed longiùs fortaſſe prouectus ſum, quàm res ipſa patitur. quamquàm cur non patitur? an euẽta ſimul cum cauſſis intelligere inutile eſt? modicè tamen digrediar, nec niſi in ea, quæ connexa ex aliqua parte cum argumento cohærebunt. quod cùm faciam, non omninò mihi videbor aberrare. Sed reliqua perſequamur. Senatuſcõſulto poteſtas vni permittebatur abſoluta, cũ dictatorem dici ſenatus iubebat. nam, etſi dictatorem nõ ſenatus ipſe creabat, ſed is, qui ſummus erat in vrbe magiſtratus: tamen, quia dictatorem, qui dicebat, dicẽdi poteſtatem à ſenatu accipiebat, ſenatuſconſulto dictatorem fuiſſe dictum poſſumus intelligere. Summum autem & liberum imperium penes dictatorem fuiſſe ignorare opinor neminem: neq; tamen eſt hic narrandi locus. petat hæc, qui cupit à libro de magiſtratibus inſcripto. Videtur etiam, in illis ſenatuſconſultis, quibus leges tollebantur, poteſtas fuiſſe, non abſoluta quidem ad omnia, vt in illis ſenatuſconſultis, quibus cauere magiſtratus, ne quid Reſpublica detrimenti caperet, iubebantur, ſed abſoluta tamen, quod ad eam rem attinebat, cuius rei cauſſa facta erant. itaque multas leges vno ſenatuſconſulto, atque vno verſiculo, vt inquit Cicero de legibus, puncto temporis ſublatas eſſe legimus, vt L. Marcio, Sex. Iulio conſulibus eas, quas M. Liuius Druſus tribunus pl. tulerat: decretum eſt enim, contra auſpicia eſſe latas, neque ijs populum teneri: & Q. Cæcilio, M. Iunio conſulibus eas omnes, quæ militiæ ſtipendia minuebãt, ideò abrogari placere, quia rem militarem impedire. Cuius ferè generis videntur fuiſſe &

illa senatusconsulta, quæ legibus aliquem soluebant: quodam enim modo tolli leges videntur, cùm aliquid alicui præter leges conceditur: vt, cùm senatus P. Scipionem, aut cum Cn. Pompeium legibus soluit, quo maturius, quàm per leges licebat, consules fieri possent. quamquam & sine senatusconsulto lege ad populum lata solui legibus licebat. qua de re in libro de Legibus agetur. At, quibus senatusconsultis hostis aliquis iudicabatur, non in illis absoluta potestas erat? erat sanè: non enim ij, qui eiusmodi senatusconsulto essent cõdemnati, prouocationem ad vllum magistratum, aut ad populum habebant: nec erat, vt senatus iudicium infirmare possent. de refectione tamen eorundem magistratuum senatusconsulta huius generis leuia & irrita fuisse video, vt, cũ consulibus App. Claudio & L. Quinctio Cincinnato, in reliquum magistratus continuari, & eosdem tribunos ple. refici senatus vetuit: idq; si fieret, contra rempublicam esse iudicauit. quòd à tribunis neglectum est: qui reclamantibus consulibus refecti sunt. neque tamen propterea senatus vllagrauior actio aut animaduersio fuit: puto, ne plebs irritata perniciosam seditionem excitaret. Quatuor omnino senatusconsulta posuimus: id, quo respublica magistratibus cõmittebatur: id, quo dictator dici iubebatur: id, quo leges tollebantur: id, quo quis ob sceleratè facta hostis iudicabatur. primis duobus absolutam potestatem non ipse sibi senatus assumebat, sed alteri dabat. duobus extremis non dabat, sed assumebat, vel assumpta potius vtebatur. Hac de absoluta senatusconsulti potestate reliquum est, vt deinceps de definita differamus.

mus. Senatusconsultum definitæ potestatis cum lege iungebatur, suas quasi vires augebat: & quod in eo fuerat definitum, absolutum fiebat: si legis auxilio carebat: vt sæpe accidit, cum voluntas plebis à senatus iudicio discreparet: non solùm minus habebat ponderis, quàm si cum lege coniungeretur, sed minus etiam, quàm lex. itaque C. Flaminius tribunus ple. legem agrariam aliquot annis antè secundum Punicum bellũ tulit inuito senatu neque solum tribuni ple. sed consules etiam, qui patroni senatus habebantur, contra senatus voluntatem sine senatusconsulto sæpe leges tulerunt: cuiusmodi fuisse illas constat, quas diuersis temporibus à tribus Valerijs latas, Publio, Lucio, Marco ex Cicerone, Liuio, Dionysio, Plutarcho diximus. Caius etiam Cæsar, omisso senatusconsulto, lege Vatinia cisalpinam Galliam cum Illyrico administrandam accepit: cùm in lege tantum esse positum intelligeret, vt senatusconsulto non egeret. quod & senatus iudicio, ita esse declaratum est: qui mox & comatam illi Galliam attribuit, veritus, ne, si ipse negasset, populus & hanc daret. Quod si, cur in accipienda prouincia cum Cæsar, tum alij multi legem antepoſuerint senatusconsulto, quærit quispiam: respondetur, quia exeuntibus in prouincias imperium tantum senatusconsulto dabatur, lege autem simul cum imperio sumptus. quis porrò esse aut ita stultus, vt exercitũ alere de suo vellet: aut ita opulentus, vt posset? hinc euenit, vt D. Brutus, Galliæ cisalpinæ à senatu præfectus, supra H·S. quadringenties in stipendia militum de suo erogarit: quod ipse in quadam epistola ad Ciceronẽ queritur. prouinciã enim

prouinciam autem sine lege profectis, triumphum spectare non licebat. qui probas hoc inquit idem? nimirū testis locupletis auctoritate huius inquam nostri: sic enim ad Atticum scribit: Pontinus vult ad IV. Non. Nou. triumphare huic obuiam Cato, & Seruilius praetores aperte, & Q. Mucius trib. negant enim latum de imperio: & est latum hercule injuste. Omnes fere, in prouincias exituri, ad senatusconsultum legem adiungebant: vt esset, vnde stipendia legionibus persolueret, quibus non modò socios ab iniuria finitimarum gentium tuerentur, sed ipsas etiam vltro interdum bello peterent. occasiones enim pugnandi, vt triumphi materiam, multi quarebant Senatusconsulto, praeter datum imperium, etiam regendæ prouinciæ tempus video definitum: idemque lege, cùm ex senatusconsulto ferretur, confirmatum. Spatium autem illud erat annuū: de quo vetus lex Sempronia sanxerat. sed Caesari contra legem Gracchi in quinquennium decreta primum Gallia est, mox & in alterum quinquennium senatusconsulto ac lege prorogata. & vt in stipendia militum aerarij pecuniam senatus elargiri iniussu populi non poterat: sic neque de agris, neque de vrbibus legitimum ius habebat ideo Thermitanis populus in Sicilia, quod semper in amicitia fideque manssissent, non senatus sine populo vrbes, agros, leges que reddidit, sed senatus quidem censuit, populus autem iussit. Vectigal etiam victis bello gentibus, non sine populo senatus imponebat: scriptum est enim, Mamertinos pecuniam ex senatusconsulto & lege dissoluisse: & omnes Siciliæ ciuitates frumentū populo Romano singulis an-

nis certo pretio vendere, ex senatusconsulto, itemq; ex lege Terentia, & Cassia esse iussas: & L. Octauio, C. Cotta consulibus senatum legum dicendarum potestatem in locandis vini Siculi, oleiq; vectigalibus ita permisisse, vt populus idem iusserit. quibus locis, & alijs praterea eodem spectantibus, adductus sum, in Verrem lib. III. act. 2. corruptum locum, vt opinor, emendarē. legebatur, Cùm ex Sicilia, & ex legibus frumentum ei in cellam sumere liceret. offensus sum, & imprimi iussi, Cùm ex S.C. & ex legibus. quod mendum ab imperitia librariorum originem duxit. veterem enim scribendi morem ignorantes. pro S.C. scribendum putarunt. Sic, dictione contracta, quæ appositio puncto significaret Sicilia. & cum ipsi reposuissent Sic, alij producta dictione scripserunt Sicilia, idem in Pediani libros mendum irrepserat: quod nos impressione nostra sustulimus. legebatur enim in Miloniana commentario, sic esse factum, pro S.C. esse factum. Redeo vnde diuerti. Largiri de publico senatus sine populo nō poterat: quod contra sine senatu populus poterat itaque Cæsar in cōsulatu suo campum Stellatem, & Campanum sine senatusconsulto plebi diuisit, lege contentus: idemq; publicanos, in conducendis vectigalibus cupiditate prolapsos, tertia debita pecuniæ parte non senatusconsulto, sed lege releuauit. feciſſet enim, si licuiſſet. per senatum Cæsar, quod per populum fecit. hæc enim fere verba sunt in ea pro Plancio. nec vero huius generis exempla desideramus. nam & P. Clodius, Ciceronis inimicus, etiam regna latis legibus vendidit verius, quàm donauit: & multis iam annis ante Ti. Sempro-

nius

nius Gracchus de diuidendis agris legem tulit senatu non consulto. item frater eius C. Gracchus de coloniis deducendis, de vestibus publice militibus prabendis, de frumento plebi distribuendo, senatu non solum non decernente. sed etiam inuito & aduersante, leges tulit. Illud, quod Plutarchus tradit, primo miratus sum, Tiberio ad diuisionem agrorum profecturo senatum nouenos nummos in singulos dies pro sumptu decreuisse: quasi & senatus distribuendæ publicæ pecuniæ potestatem haberet. sed deinde meam admirationem res ipsa sustulit. nam hoc illi per populum in leui re licuisse, quis miretur? sicuti etiam, cùm exterarum gentium legatis munera dabantur: quod senatus arbitrio fiebat. non enim, vbi quid pecuniæ promi ex ærario oporteret, continuo propter eam caussam legem ferri ex dignitate populi Romani videbatur. In iudicijs etiam constituendis, aut mutandis, & omninò in hoc genere, iacebat senatus voluntas sine populi consensu, id est, senatusconsultum sine lege. lex autem, non solum si senatusconsulto comprobaretur, verùm etsi contra senatus voluntatem lata esset, rata tamen habebatur. itaque quoddam senatusconsultum aduersus eos, quorum opera factum esset, in iudicium publicum corrumperetur, in oratione pro Cluentio Cicero repudiat, & infirmum significat, ob eam caussam, quia postea legē ex eo consules non tulissent. at verò legem, qua L. Aurelius Cotta iudicia inter tres ordines communicauit, senatum, equites, tribunos ærarios: cùm antea penes vnum ordinem senatorium lege Cornelia fuissent: hanc inquam legem, qua senatus potentiam admodùm imminuebat,

nuebat, latam sine senatusconsulto, latam inuito senatu, firmam tamen fuisse, & obseruatam diligenter non solum reipublicæ temporibus, sed aliquandiu etiam ab ipsis imperatoribus, intelliget qui scripta veterum euoluet. nec minus inuito, aut certè non fauente senatu, biennio post C. Cornelius legem tulit, vt pratores ex edicto suo perpetuo ius dicerent: cùm anteà variè ius dicere solerent. potuit igitur etiam in hoc genere populus sine senatu, atque etiam contra senatum leges enim contra senatusconsultum lata eandem vim habuerunt, quàm, si nullum senatus consultum ante factum esset, habuissent. itaque legimus in Plinio: cum senatusconsultum vetus fuisset, ne liceret pantheras Africanas in Italiam aduehere, Cn. Aufidium tribunum pl. contra ad populum tulisse, &, in Circensium ludorum gratiam liceret Africanas importare, lege lata permisisse. Quia verò sæpè contigit, vt cum senatu populus consentiret, ideo, non quia populus sine senatu non posset, sed quia senatus & populus idem vellent, leges ex senatusconsulto latas plerumque licet inuenire. quod si, quod sæpe contigit, minus inter senatum & populum conueniret, aut etiam si senatusconsultum obstaret, vt in tribus legibus, Aurelia, Cornelia, Aufidia, proximè docuimus: nihilo tamen erat imbecillior lex, sed easdē vires habebat, quas habuisset, si ex senatusconsulto perlata esset, aut nullū contra senatusconsultū fuisset. anno quidē post vrbē conditā CCLXIII. nondum vllam legem nisi è senatusconsulto fuisse latā, M. Minucius consul in eo sermone, quem de Coriolani iudicio cum tribunis pl. habuit, affirmat: neque plebem

de

de aliqua re iudicasse, aut suffragia tulisse, nisi senatus eadem re iam consulta auctor fuisset: idq; à regibus institutum, ad eam vsque diem ait constantissime seruatum. quod tamen in Coriolani caussa est omissum, senatu vniuersam eius iudicandi potestatem plebi concedente: ne quam seditionem irata suscitaret sed triennio post cum tribuni pl. iudicium de Coriolano factum rescindere, & damnationem abrogare lege vellent: senatu contradicente, sine senatusconsulto legem ferre noluerunt. & anno ab vrbis initio CCXCVII. cùm augeri tribunorum numerum, & plebs, & tribuni vehementer cuperent: tamen eam legem non prius ferre sunt aggressi quàm vt eam ferri liceret, senatus decreuit sed post quotidie magis senatus auctoritas est immiuta: leges q; multæ sine senatusconsulto perlatæ, senatu etiam ægrè ferente, vim tamen habuerunt, & seruatæ sunt. Atque hæc à me dicta sint pro eo, quatenus dicti opus fuit de infirmitate senatusconsulti. nunc, vbi valeret, etiam si lege non confirmaretur, exponemus. Multa erant, in quibus ad senatusconsultum lex non adiungebatur: vt cum de cura sartorum tectorum alicui demandanda senatus decernebat, cũ de vestitu ob calamitatem aliquã aut mœrorem mutando, cum de supplicationis honore, aut etiam de triumpho concedẽdo: cùm de fide aut ei danda, qui alicuius iudicium maleficij diferret, aut ei, qui hostis esset: cũ de magistratu antè diem deponendo: de comitijs producendis: de annona procuranda: de regibus appellandis, de consulibus ad bellum mittendis, de supplendo exercitu: de aris, quæ dedicatæ essent iniussu populi, tollendis, de

de religionibus tuendis: de salute bene meriti ciuis exteris gentibus commendanda: de iure legationis liberæ tribuendo, aut de legatis legendis: de itinere ab ijs, qui in prouinciam reipublicæ caussa irent, mutando: de laudandis ijs, aut ornandis, qui aliquid pro republica fecissent: aut, qui contra, puniendis: de feriis Latinis: de legatis exterarum nationum donandis: de curatione viarum, de vsurarum modo: & si qua præterea sunt: sunt enim multa. neque tamẽ in huiusmodi rebus propriam fuisse, & singularem dico senatus potentiam, populum nihil iuris habuisse: sed hoc dico, volẽte, & permittente populo institutum, atque obseruatum, vt per senatum ea transigerentur. quod tamen quasi legitimum ius, diuturna consuetudine confirmatum, aliquãdo populus, per improbum tribunum inductus, arripuit. de quo Vatinium Cicero aspere & acerbè in oratione exagitat. sed hoc non magnopere vsitatum, & tanquam extra ordinem fuit. Accidit etiam interdum, vt aliquid ex eo genere, quo de genere multa enumerauimus, neque à solo senatu censeretur: neque à solo populo iuberetur: credo, quod momẽti res esset paulò maioris, quàm soleret: vt extraordinaria potestate curanda videretur: sicuti P. Lentulo, Q. Metello cos. cùm ex senatusconsulto perlata lex est, vt Pompeio per quinquennium potestas omnis rei frumentariæ toto orbe terrarum traderetur. &, vt hoc extraordinarium fuit, sic illud, quod in epistola ad Q. Ciceronem legimus, pecuniam Pompeio in rem frumentariam senatusconsulto decretam: cùm erogare publicam pecuniam, vt iam diximus, non senatus, sed populus soleret.

quod

quod tamen permissu populi factum esse non dubitamus. iam enim ex senatusconsulto perlata lex erat de Pompeio rei frumentariæ præficiendo : in qua ita scriptum licèt opinari, vt ad eam curationem tantum ei daretur pecuniæ, quantum senatus decreuisset. vt in hac re duo senatusconsulta facta fuerint, alterum ante legem de Pompeio deligendo, ex quo perlata lex est : alterum post legem de pecunia tribuendâ, quòd ex ipsa lege factum est. Fiebant etiam de priuata re senatusconsulta, raro, sed fiebant tamen. quale illud, quod in heredes C. Vennonij factum fuisse Cicero docet libro XIII. epist. quæ Familiares dicuntur : & illud, quo libera legatio decernebatur : hoc enim genus legationũ non nisi priuatæ rei caussa à ciuibus petebatur. & cum senatus decreuit, vt L. Vettius, quod confessus esset se cum telo fuisse, in vincula conijceretur. Senatusconsultum differre à senatus decreto, & decretum consulti esse particulam quandam putabat Aelius Gallus : sic enim scribit Festus. ego autem existimo equidẽ in vno senatusconsulto multa interdum fuisse capita, & vnũquodque caput decreti nomine appellatum, neque solum decreti, sed etiam consulti : vt in illo senatusconsulto satis manifestè patet, de quo in epistola M. Cœlij descripto supra meminimus : sed hanc tamen distinctionem in historijs, aut omninò in vllo libro nondum obseruaui. neminem enim video ita locutum, vt diceret, in illo senatusconsulti decreto. quin pro ipso senatusconsulto decretum sæpissime vsurpatum inuenio. neque ratio repugnat. nihil est enim aliud senatusconsultum, nisi id, quod senatus decernit. itaque & decretum, & sena-

senatusconsultum de eadem re Cicero vocat. nam in oratione pro Sextio: Quis, inquit, vnquam consul senatum ipsius decretis parere prohibuit? at in Pisonem: Omitto illud, consulem edicere, vt senatus senatusconsulto ne obtemperet. Est tamen hæc differentia: quod, etsi pro senatusconsulto, non tamen pro quouis senatusconsulto ponitur decretum, sed pro eo tantum, quod aut vnius hominis caussa factum sit, aut, si ad plures pertineat, minimè tamen ad vniuersam rempublicam spectet & vt senatusconsultum sæpius de communi, quàm de priuata re dicitur: sic decretum sæpius de priuata, quàm de communi, vel potius de communi nunquam, semper de priuata. nunquam enim inueniás, senatus decretum de ambitu factum est, aut de iudicijs, aut de creditis pecunijs, quæ generatim ad omnes pertinent: sed senatusconsultum: de. retum autem vel de vno tantùm dici videas, vt in oratione post reditum in senatu, immensum quiddam est, atque infinitum, quod huic ordini debemus, à quo sæpè magnificentissimis decretis sumus honestati. vel de duobus, vt in Suetonio, Senatus decreto tribunus pl. Metellus Nepos, & prætor Cæsar administratione reipublicæ summouentur: vel ita de pluribus, vt particulare sit: vt de Buthrotia ciuitate libro ad Atticũ XVI. Decreta consulũ de Cæsaris acta. erãt enim acta Cæsaris, beneficia aut in hunc & illũ hominem collata, aut in hanc & illam ciuitatẽ. Et ibidem paulò pòst, Decretum consules secundum Buthrocios fecerunt. itaque decretum nunquam de publica re dici, sed aliquanto contractius esse, quàm senatusconsultum, verè diximus: cum tamen se-

natus-

natusconsultum & de priuata re nonnunquam dici supra docuerim. fiebat autem vtrumque per discessionem senatorum: &, quod pluribus visum erat, id aut senatusconsultum aut decretum dicebatur, diuerso nomine, non quod diuerse fierent, sed quod diuersa res esset, cuius caussa fieret: cum senatusconsultum modo de publica, modo etiam de priuata, decretum autem de publica nunquam, sed de priuata semper fieret. Differunt etiam in hoc, quod quemadmodum senatusconsultum, si res, de qua sit, spectatur, latius est quàm decretum. fit enim, vt sæpe iam dixi, tum de publica tum de priuata: cum decretum de priuata tantum fiat: sic si à quibus fiat, consideratur: angustius quodammodo videtur quam decretum. fit enim à senatu tantum senatusconsultum: at decretum & à senatu, & ab alio ordine, neque solum à paucis, sed etiam ab vno: à senatu, vt ex eo loco patet, quem ex oratione post reditum proxime recitauimus: neque plura congerenda sunt exempla: nam in hoc cum senatusconsulto consentit: nos autem id, in quo dissentit, quærimus. ab alio ordine, vt in oratione pro domo sua, cuius sententiæ verba iam posuimus: & ad Atticum lib. IX. Volet, inquit, Augurum decretum: & pro Rex. Roscio, Decurionum decretum fit. vt Decem primi ad Sullam proficiscantur. &, Pontificum decreta, sæpe legimus, ab vno, vt exemplum declarat, ex oratione pro Milone, de Cn. Pompeij decreto: & Philippica I. Ne qua tabula post Idus Martias vllius decreti Cæsaris, aut beneficij figeretur. decretum autem prætorij, millies inuenimus. & apud iurisconsultos: Imperatoris decretum, Principis decre-

decretum, Iudicis decretum. Reliquum est, vt, in quo senatus auctoritas à senatusconsulto differat, ostendamus. Differt autem, vt iã significauimus, in hoc, quia senatusconsultum id erat, cui cum nemo intercessisset, perficiebatur res, qua de scriptum erat. at senatus auctoritas erat illa quidem voluntas, & sententia senatus, sed aliquo intercedente debilitata vim senatusconsulti non habebat: neque enim parebat ei quisquam: neque ei, qui non paruisset, pœna erat. perscribebatur tamen in publicis tabulis: vt, quid eo die senatus censuisset, appareret. nam illud in epistola ad Lentulum, His de rebus senatus auctoritas grauissima intercesserat: cui cum Cato, & Caninius intercessissent: tamen est perscripta: sic est accipiendum, non Catonem, & Caninium tribunos pleb. intercessisse, ne fieret senatusconsulsum: (non enim senatusconsulium fieri solebat de eo, quod propositum frequens senatus improbauerat, sed de eo, quod frequens probauerat: hic autem, cum dicit, Senatus auctoritas grauissima, intelligit sententiam illam Bibuli de tribus legatis, quã frequens senatus improbauerat) sed intercessisse, ne senatus auctoritas perscriberetur. quod cum ipsa verba declarant: tum in alia ad eundem epistola est quadam quasi consentiens significatio, his verbis: Senatusconsultum nullum exstat, quo reductio regis Alexandrini tibi adempta sit: eaq;, qua de ea scripta est, auctoritas, cui scis intercessum esse, tantam vim habet, vt magis iratorum hominum studium, quam constantis senatus consilium esse videatur. dupliciter enim Cicero liberam esse Lentulo reducendi regis potestatem

osten-

ostendit, vno modo, cum reductionem illi nullo senatusconsulto esse ademptam dicit: altero, cum eam ipsam senatus auctoritatem quæ de ea scripta est, vt ne quis omninò regem reduceret, infirmam significat, infirmam inquam non ob eam caussam, quia non senatusconsultum sit, sed senatus auctoritas, (neque enim hæc vna senatus auctoritas, cuius hic mentio fit, hoc habebat proprium, vt senatusconsulti vi careret: sed erat omnibus senatus auctoritatibus communis & æqua conditio, vt ad rem perficiendam ponderis nihil haberent, tantùm ad testificandam senatus sententiam valerèt) verum ideo infirmam, tum quia intercessionem passa sit, tum quia magis iratorum hominum studium, quam constantis senatus consilium præseferat. apparet enim ita senatum censuisse, non consilio adductum, sed iratum, regi, quia nonnullorum animos largitione corrumperet. in quo illud est notandum, intercessionis non eam rationem esse habitam in senatus auctoritate, quæ habebatur in senatusconsulto: siquidem, cùm tribunus pleb. intercedebat ne fieret senatusconsultum, non fiebat: cum intercedebat idem, ne perscriberetur senatus auctoritas: perscribebatur tamen. Et dicebatur Senatus auctoritas, quia voluisset quidē, & auctor fuisset senatus, vt senatusconsultum fieret, sed, intercedente tribuno, non potuisset. neque tamen senatus auctoritas ea sola dicebatur, quæ, cum frequens senatus aliquid probauerat, ob intercessionem senatusconsultum esse non potuerat: sed ea quoque, quæ, frequenti senatu aliquid improbante, omninò, etiam nemine intercedente, senatusconsultum esse non poterat. non enim,

enim, cum proposita sententia improbaretur, sed cum probaretur, senatusconsulta fieri solebant. in hac autem ad Lentulum epistola, de improbata Bibuli sententia, quam de tribus legatis dixerat, nisi me fallit opinio, sermo est.

Ex libro de legibus Romanis vide folio 30. ibi, Quoniam spectandi locum senatores. &c.

Item folio 60. ibi, Item illa C. Cassi. &c.

Item folio 99. ibi, Ac primum, quod. &c. vsque ad folium 118.

EX. COMM. IN. EP. CIC.
LIB. I. EP. I.

Ex Argvmento.

SENATVM haberi per dies comitiales non licuit.

Ibidem:

Senatus voluntas præscripta, quòd impedito S.C. fieri solitum est, vt memoria traderetur, atque exstaret in publicis tabulis, quid senatus, nisi obstitisset intercessio, fieri voluisset. Hac de re sic in ep. 7. Nullum exstat S.C. quo reductio regis Alexandrini tibi adempta sit, eaq;, qua de ea scripta est, auctoritas, cui scio intercessum esse, vt ne quis omninò regem reduceret, tantam vim habet, vt magis iratorum hominum studium, quàm constantis senatûs consilium esse videatur.

Lib. 1. ep. 2.

Cùm senatus legitimus, id est, quo loco, quo die, quo numero, à quo magistratu oporteret, habitus, aliquid vel de publica, vel de priuata re decreuerat, tum si ex collegio tribunorum pl. nemo intercedebat, rata senatus volũtas erat, & S.C. dicebatur, eoqúe nomine inscriptum publicis tabulis consignabatur: sin autem vel senatus non legitimus aliquid decreuerat, vel tribunus pleb. intercesserat, infirmum, ac prorsus irritum decretum illud erat, nec S.C. sed senatûs auctoritas vocabatur: propterea quòd auctoritatem quandam publicis tabulis testata senatûs voluntas habere videbatur. testis Liuius libr. 4. Si quis, inquit, intercedat,

auctoritate perscripta, cùm senatûs decreto intercessum esset, Cicero significet libro 3. de leg. in eo loco: Senatûs decreta rata sunto. aßi ni potestas par, maiórue prohibeßit, perscripta seruanto. Qualicèt exempla satis hunc morem ostendant: vt dubitatio tamen omnis auferatur, adscribemus verba S. C. quod Cœlius inclusum epistolæ ad Ciceronem misit. Si quis huic S. C. intercesserit, senatui placere auctoritatem perscribi & de eare ad senatum, populumqúe referri. Et in alio eiusdem S. C. capite: Si quis huic S. C. intercessisset, auctoritas perscriberetur. Huic opinioni locum aduersari Ciceronis oratione pro Deiotaro, aliquis fortaße dixerit. Cùm audisset Deiotarus, inquit, senatûs consentientis auctoritate arma sumpta, consulibus, prætoribus, tribunis pleb. nobis imperatoribus remp. defendendam datam. Senatûs auctoritatem vocat in eare, de qua S.C esse factum, Cæsar ostendit libro 1. de bel. ciuil. Decurritur, inquit, ad illud extremum, atque vltimum S.C. quò, nisi pane in ipso vrbis incendio, atque desperatione omnium salutis, nunquàm antè descensum est: Dent operam consules, prætores, tribuni pleb. quique proconsules sunt ad vrbem, ne quid respub. detrimenti capiat. Hæc S.C prescribuntur ad 7. Id. Ian. Hoc argumentum duplici ratione refellitur: vel quòd, cùm S. C. illud contra Cæsarem belli ciuilis initio factum esset, nec tribunis pl. ad intercedendum paratis, locus esset, non auderet Cicero, ad Cæsarem, iam omnia tenentem, pro Deiotaro reo suppliciter agens, S. C. appellare: præsertim cùm sciat, si tribunis pl. Antonio, & Cassio intercedere licuisset, quod Pompeia-

modò interuenire, vt hîc, & epist 2 lib. 15. Cùm vestra auctoritas intercessisset, vt ego regẽ Ariobarzanẽ tuerer. Eodem sensu dixit Cœlius ep. 9. libr 8. Significatio vlla si intercesserit, clarius, quàm deceat, aut expediat, fiat. Et in Verrem libr. 2. Cùm imperatoris populi Ro. auctoritas, legatorũ decem dignitas S. C. intercederet. INtercessissent, impedissent, ne S. C. fieret ideò senatûs auctoritas, S. C. impedito, perscripta est. intercedere enim, propriè tribunorum pl. fuit. quanquàm participes eius fuisse potestatis omnes, qui eadem potestate, qua ij, qui S. C. facere vellent, maiores essent, docet Gellius ex Varrone lib. 14. cap. 7.

Lib. 1. ep. 4.

Senatores plures quadringentis in senatu affuisse, bis omninò, vt mea memoria est, legi: 410. in oratione post reditum in senatu, 415. epist. 10. lib. 1. ad Attic.

Lib. 1. ep. 7.

Et stipendium, & legatorum numerum, & supplicationes senatus decernebat sine populi suffragio. quæ Cicero significat in ep. 9. cùm ait, singularibus, & nouis honoribus, ac iudicijs senatûs ornatum esse Cæsarem. idq; exponit apertè in oratione de prouincijs, his verbis: Relatum est ad nos nuper de stipendio exercitus: non decreui solùm, sed etiam, vt vos decerneretis, laborauì: multa dissentientibus respondi: scribendo affui. stipendium autem à senatu impetrare, in tantis angustijs ærarij, non facillimum fuit. quod ex eâdem oratione conieci. dixit enim: In his angustijs ærarij, publicanis tamen subueniatis, necesse est, crudelitate Gabinij pænè afflictis iam, atque euersis. Hæc

de re sic in ea pro Balbo: C. Cæsarem senatus & genere supplicationum amplissimo ornauit, & numero dierum nouo. idem in angustijs ararij, victorem exercitum stipendio affecit : imperatori decem legatos decreuit: lege Sempronia succedendū non censuit. harum ego sententiarum & princeps, & auctor fui.

Lib. 1. ep. 9.

Certus erat Senatorum numerus, quisi non adesset, S.C. fieri leges vetabant. Vnde illud M. Fulvij contra M. Aemilium, libro 39. apud Liuium: Qui per infrequentiam S. C. factum ad ærarium detulerit. Festus, Numera senatum, ait quivis senator consuli, cùm impedimento vult esse, quò minùs faciat S.C. postulatq; vt aut res, quæ afferuntur, diuidantur, aut singuli consulantur: aut, si tot non sint senatores, quo numero liceat prascribi S.C. Legimus etiam apud Pedianum C. Cornelium trib. pl. legem tulisse, ne quis in senatu legibus solueretur, nisi ducenti affuissent. Quòd si quis necessarium S.C. conficiendo senatorum numerum scire velit, Dionem consulat, cuius hæc sunt verba lib. 54. Augustus cùm videret, frequentes non semper conuenire senatores, decreuit, vt à paucioribus, quàm quadringentis, S.C. fieri possent. cùm anteà, nisi quadringenti affuissent, rata non essent.

Lib. 3. ep. 9.

Discedebat senatus Aprili mense, cuius ferè dies omnes vel ludis dabantur, vel festi erant, vel comitiales, quibus haberi senatum non licebat. id quod ex antiquis dierum Fastis, quos à nobis explanatos edidimus, licet intelligere.

Lib. 4. ep. 1.

Senatus appellari non debet, in quo nec senatores multi, nec eorum libera, metuq; soluta voluntas est.

Lib. 4. ep. 4.

Scripsit Varro, teste Gellio, libr. 4. Epistolic. quæstionum, S.C. duobus modis fieri solitum, aut per discessionem, si consentiretur: aut, si res dubia esset, per singulorum sententias exquisitas.

Lib 5. ep. 2.

Quid Præscriptione significetur, communis intelligentia fortasse non assequitur: quod exponere conabimur. Duplex erat in S.C. præscriptio, necessitatis vna, honoris altera: necessitatis, quod infirmum erat S.C. cùm in decernendo certus, ac lege definitus senatorum numerus non affuisset: itaque singulis S.C. vt valerent, præscribebatur, quot senatores affuissent. de quo Festi verba recitabo: Numera senatum, ait quiuis senator consuli, cùm impedimento vult esse, quò minùs faciat S.C. postulatque, vt aut res, quæ afferuntur, dividantur, aut singuli consulantur, aut, si tot non sint senatores, quo numero liceat præscribi S.C. Tulit etiam legem C. Cornelius tribunus pl. quem Cicero defendit, non ille quidem de omnibus S.C. sed de ijs, quibus aliquem solui legibus placeret, vt ita rata essent, si ducenti senatores affuissent. Quod Festi locus, etsi non planè, tamen quodam modo confirmat. Altera, quæ auctoritatem S.C adderet, præscriptio erat, cùm nobilissimi senatores scribendo aderant. qui certus numerus non erat, sed pro eius dignitate, & gratia, cuius de honore in S. C. ageretur. quo de

genere præscriptionis hîc puto significari: & illud infrà, Obscurum esse non posse, sic interpretor, ob eorum claritatem, qui scribendo affuerunt. Et in eo S.C. quod Cœlius Ciceroni misit, ep. 10. libr. 8. legendum opinor, S.C. quod tibi misi, factum est, auctoritates q̃, præscriptæ: non, perscriptæ. nam senatorum nomina, qui affuissent scribendo, S.C. auctoritates dicebantur, & ante S.C. scribebantur. de quo etiam more loquitur in ep. ad Catonem 6. lib. 15. cùm inquit: Hæc S.C. non ignoro ab amicissimis eius, de cuius honore agitur, scribi solere. non quod ij scriberẽt, sed quod scribendo adessent, & fortasse etiam dictarent. Sic in Agraria 2. Collegas suos, adscriptores legis Agrariæ, non repudiabit, à quibus ei locus primus inuidiæ in præscriptione cõcessus est. Et lib. 3. de Or. legitur in antiquo Borromæi libro, In auctoritatibus præscriptis exstãt, vt est in pervulgatis, Perscriptis.

Lib. 6. ep. 18.

Senatores vel coloniarum, vel municipiorum, decuriones vocabantur. & vt Romam ad senatum consules, itẽ in municipijs ad decuriones quattuor viri, in colonijs duûmuiri referebant.

Lib. 8. ep. 8.

Senatus habebatur vel in sacris ædibus, vel in templis non sanctis, vt in curia Hostilia. & ep. 13. lib. 10. Senatus in templis habebatur.

Ibidem:

Adesse scribendo soliti sunt, qui senatusconsultum fieri vellent. Ibidem.

Cùm plura simul ad senatum referebãtur, nõ facilè omnia

omnia senatus maior pars comprobabat. ita sæpè fiebat, vt vna res repudiata reliquas, quæ omninò placerent, impediret. nam, cùm dixisset senator, Diuide sententiam, vt de singulis rebus referretur, orta contentione dies consumebatur, lege permittente senatoribus, qua quisque de re vellet, quamdiu vellet, dicere. itaque Festus inter impedimenta senatus consulti numerat hoc in verbo, Numera, cùm senator diuisionẽ postulabat earum rerum, quæ referebantur.

Ibidem:

Per dies comitiales haberi senatum leges vetabãt. ep. 2. lib. 2. ad Quinctium fr. Consecuti sunt dies comitiales, per quos senatus haberi non poterat. Et eodem libro, epistola Risi: Comitialibus diebus, qui Quirinalia sequuntur, Appius interpretatur, non impediri se lege Pupia, quo minus habeat senatum. Ad Lentulum autem, ep. 4. lib. 1. ijdem dies significantur ijs verbis: Senatus haberi ante Kal. Febr. per legem Pupiã, id quod scis, non potest.

Ibidem:

Dixi iam, tres ordines lege Aurelia, senatum, equites, tribunos ararios iudicásse. Sed omnes senatores, qui iudicabant, à iudicijs in senatum conuenire, ideo senatus noluit, ne per infrequentiam, quod sæpè accidit, fieri S.C. non posset. certum enim senatorum numerum faciendo S.C. lex definiebat. Festus, & Dio; quorum testimonio hac ipsa de re iam vsi sumus. iudicijs autem implicati tenebantur senatores multi: itaque ille, qui scripsit ad C. Cæsarem de rep. ordinanda, cuius exstat epistola, cum Sallustij fragmentis edita:

Duabus, inquit, rebus confirmari posse senatum puto: si numero auctus per tabellam sententiam feret. tabella obtētui erit, quo magis animo libero facere audeat: in multitudine, & præsidij plus, & vsus amplior est. nā ferè, tres tempestatibus, alij iudicijs publicis, alij priuatis suis, atque amicorum negotijs implicati, haud sanè reip. consilijs assuerunt: neq; eos magis occupatio, quā superba imperia, distinuêre. Trecentos autem ordinis senatorij iudices Plutarchus nominat in Graccho: sed hoc tempore trecenti sexaginta, electi à Pompeio tertiùm consule, iudicabant. docet hoc Velleius lib. 2. & Plutarchus in Pompeio itaque miror trecentos duntaxat nominatos. nisi si perfecti numeri potius, quàm imperfecti, placuit appellatio: vt in Pisonem dixit Cicero, Quadraginta annis, pro triginta sex. quo loco Asconius vsitatum ait fuisse Ciceroni, vt, omissa subtiliore annorum computatione, summatim tempus comprehenderet: recitatq; illa in Catilinam, Vigesimum iam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis: cùm octauus decimus dies esset. Aut igitur falsum iudicum numerum hac ratione tueamur: aut deesse LX. censeamus: vt omninò sint, qui à Velleio, & Plutarcho nominantur.

Ibidem:

Si habetur eorum ratio, qui prouincias obtinent, Cilicia consularis est, cùm à viro consulari Cicerone administretur: ideoq; non in hoc S.C. sed in eo, quod de prouincijs consularibus factum est, nominari debuit. verùm, quia fit prætoria, cùm decernat senatus, vt in eam proficiscatur, qui prætor, non qui consul fuerit,

propte-

propterea in hoc S. C. reiecta, sed reliquis prouincijs, quas prætorij obtinebant, aggregatur. erat enim potestas senatui, quos vellet, in prouincias mittēdi, siue consulares, siue prætorios: &, in quas prætorij mittebantur, prætoriæ, in quas consulatu functi, consulares prouinciæ vocabantur. id ex hoc ipso primùm cognoscitur S. C. quo prætorius, non consularis in Ciliciam, cui præerat hoc anno Cicero consularis, mittitur: deinde confirmatur oratione de prouincijs. potuit tamen tribunus pl. hanc potestatem eripere senatui, & consularem prouinciam, lata rogatione, ab homine consulari ad prætorium transferre. quod obijcit Clodio Tullius, factumq; extra ordinem queritur in oratione pro domo. Sed, vt redeam ad Ciliciam, cogitanti mihi, cur prætoria nunc fiat, quæ consularis antea fuerat, administrata per annos aliquot à tribus consularibus, Lentulo, Appio, Cicerone, visum est hoc à Pompeianis astuto consilio factum, vt consularium prouinciarum numerus, vna exempta, fieret angustior, eoq; certior spes esset adimendi Gallias Cæsari: cùm duas tantùm consulares prouincias lege Semproma decerni per senatum oporteret. quod orationes pro domo, & de prouincijs, & Cæsar lib. 1. de bel. ci docet: Consulares autem, id est à consularibus hoc anno administratæ, quatuor essent, Hispania, Cilicia, Gallia, Syria: (nam Macedonia, à quo tempore L. Pisoni consulari Q. Ancharius prætorius successit, prætoria fuit) nec in Hispanias mitti quisquam posset, cùm eas lege Trebonia consul iterum Pompeius in quinquennium, posteaq; tertium consul, altera lege in alterum quinquennium, vt ait

Dio,

Dio, vel, vt Plutarchus, in quadriennium accepisset. reliquæ tres erant: è quibus duas tantùm decerni oportuit lege Sempronia inuenta ratio est, vt ex tribus vna tolleretur: prætoriamq; senatus Ciliciam facere conatus est. Sed tribuni pl. Pompeianorum arte cognita, intercesserunt. Post alterum tamen annum, Lentulo, & Marcello coss. hoc arbitror senatusconsultum, spreta tribunorum pl. intercessione, renouatũ, Ciliciamq; prætoriam esse factam: cùm apud Cæsarem lib. 1. de bel. ci. mentionem fieri videam de prouincys duabus consularibus, Gallia, & Syria, in sortem comitũ, quarum Gallia L. Domitio, Syria Scipioni obuenit. quanquam in eo loco de vna tantùm Gallia vlteriore intelligendum: nam citeriorem senatus prætoriam fecit. id ex ep. 11. ad Tironem lib. 16. cognoui, scribente Cicerone, vlteriorem Domitio Galliam, Considio autem, quem scimus consulem non fuisse, citeriorem obtigisse.

Lib. 9. ep. 21.

Erant regum ætate senatores omnes, siue maiorũ, siue minorum gentium, patricij: &, qui allegabatur in senatum, statim patricius erat.

Ibidem:

Patres dicti centum illi, ex quibus senatum Romulus constituit: qui ingenui fuêre. nam reliquos, qui ab initio vrbis Romæ cum Romulo fuêre, patrem, & auũ liberos ciere non potuisse, Liuij verba lib. 10. significãt. quod Cincius quoque sensisse videtur in libro de Comitijs, qui non exstat, sed eius hæc apud Festum mentio est: Patricios, Cincius ait in libro de Comitijs, eos appellari solitos, qui nunc ingenui vocentur. Et, quia per

annos

annos multos patricijs tantùm gentibus curia patuit, propterea Patres appellat hic Cicero, cùm de patricijs loquatur: licèt eius ætate, atque adeò multis antè seculis, plebeijs etiam familijs senatoria dignitas impertiretur, & ideò patres plebeijs quoque familijs orti dicerentur. respexit igitur ad prisca tempora, cùm aditus in curiam solis patricijs daretur. Suetonius quoque in Iulio, Clodium, inquit, à patribus ad plebem transire conantem, eadem die, horaq; noua traduxit. A patribus, dixit, pro, à patricijs.

Lib. 10. ep. 28.

Antonij fœdissimus discessus explanatur Philip. 3. his verbis: Cùm de rep. relaturus fuisset, allato nuncio de legione quarta, mente concidit, & fugere festinãs, S. C. de supplicatione per discessionem fecit, cùm id factum esset anteà nũquàm. Quæ verò profectio postea? quod iter paludati? qua vitatio oculorum, lucis, vrbis, fori? quàm misera fuga, quàm fœda, quàm turpis? Et Philip. 5. Neque sacrificijs solennibus factis, neque votis nuncupatis, non profectus est, sed profugit paludatus. Item Phil. 13.

Ibidem.

Senatum vocare poterant dictator, consules, prætor, tribuni pl. interrex, præfectus vrbi. Varro apud Gellium.

Lib. 11. ep. 1.

Legationes liberæ priuatarum rerum caussa senatoribus dabantur: tum quòd ijs, nõ permittente senatu, abèsse non licebat: tum etiam, vt essent honoratiores apud exteras nationes, addito legationis nomine.

ep. 18.

ep.18.ad Att.lib 2. & ep.11.lib.15. ad eundem, & in orationibus in Rullum, pro Flacco.

Lib.13.ep.5.

Nemo senator esse poterat, nisi CCCIↃ. millia possideret. Suetonius in Augusto.

EX. COMM. IN. EP. CIC. AD ATT. LIB. I. EP. I.

SENATORI ab vrbe diutius abesse, nisi iure liberæ legationis impetrato, non licebat.

Lib 1.ep.17.

Senatores, qui curules magistratus gessissent, curru in curiam honoris gratia vehebantur: cæteri pedibus ibant: vnde Pedariorum nomen. Gellius libro tertio, cap.18.

Ibidem:

In S. C. adscribebantur eorum nomina, qui, dum scriberentur, affuissent, eaq; dicebantur Senatusconsulti auctoritates in ep.famil. ep.7.lib.8. & in proœmio lib.3.de Oratore.

Lib.2.ep.24.

In senatum ire cum telo lex vetabat. Itaque P. Cornificius in senatu, vt inuidiam Miloni faceret, ferrum

rum dixerat eum habere intra tunicam ad femur alligatum. Pedianus.

Lib. 4 ep. 2.

Iis, qui senatores nō erant, ingredi senatum non licebat. & pontificum collegium apparet non fuisse totum ordinis senatorij: cùm pontificiam dignitatem, etiam qui senator non esset, consequi posset: vt in oratione de haruſp. resp.

Lib. 4. ep. 12.

Cùm senatus vocabatur, senatores, qui erant in vrbe, adesse iubebantur in senatu, qui non erant, iuberi nō poterant: senatoribus autem, qui in vrbe erant, in senatum non venientibus pignora auferebantur. oratione 1. in Antonium.

Lib. 5. ep. 2.

Senatus auctoritas est. Cùm aliquid senatorum maior pars decreuerat, S.C scribebatur, nisi tribunus pl. aliquis intercederet. intercedente, S.C. non erat. sed scribebatur tamen, quod senatus eo die statuisset. eaq; Perscripta auctoritas dicebatur.

Lib. 12. ep. 5.

Mos erat, vt senatus Kalendis haberetur. quod indicat locus ille ep. 26. Circiter Kalendas affuturus videtur. vellem, tardius. & illud ep. 46 lib. 13. Rogat magnoperè, vt sim Kalendis in senatu. Item ep 6 lib. 16 Maximè dolebat me Kalendis Sextilibus in senatu nō fuisse. & ep. 22. lib. 14. alibiq; non apud ipsum modò, sed & apud alios.

Lib. 12 ep. 29.

Post 16. Kalen. Februarij, senatores pleriq; Roma discede-

discedebant: quòd senatus reliquis Ianuarij diebus per legem Pupiam haberi nõ poterat, ac ne Februario quidem toto, nisi perfectis, aut reiectis legationibus. Ad Appium lib. 3. Famil. In ipsum discessum senatûs incidisse credo meas literas.

Lib. 14. ep. 9.

S.C. fuerat, vt, quæ Cæsar egisset, rata manerent, ipso maximè suadente Cicerone. quod & Dio libro 44. & ipse in epist. ad Cassium his verbis: Vlta resp. suas iniurias est per vos interitu tyranni, nihil amplius: ornamenta verò sua quæ recuperauit? an, quod ei mortuo paret, quem viuum ferre non poterat? cuius ara refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus? at enim ita decreuimus. fecimus id quidem temporibus cedentes, quæ valent in rep. plurimùm: sed immoderatè quidam, & ingratè nostra facilitate abutuntur.

EX COMM. IN. ORAT. CIC.

In Orat. pro P. Quinctio:

Senatores cum binis lictoribus liberas legationes obibant.

Ibidem:

Senatorius census erat DCCC. millia.

Ibidem:

Senate-

Senatorum filij senatores non erant, nisi à censoribus lecti essent in senatum. ibidem.

Ibidem:

Senatorũ tunica lato clauo purpureo erat intexta.

Pro Sex. Roscio Amerino:

Senatoria ætas 30. annorum fuit.

Ibidem:

Senatores soli, cùm Cicero Sex. Roscium defendit, iudicabant, lege Sullæ.

Ibidem:

Senator esse non poterat, qui abauum suum ciuem Romanum nominare non posset.

Ibidem:

Senatorium ordinem tribui solitum à veteribus ostendit Suetonius, non ciuium R. pronepotibus, verùm abnepotibus.

Lib. 1. act. 2. in C. Verrem.

Senatorio censu amisso, nemo eum ordinem retinere poterat, vt nec eques Romanus esse quisquam sine equestri censu.

Lib. 2. act. 2. in eundem:

Senatori licebat, quamdiu vellet, dicere. Lib. 3. de Legib. Nec est vnquàm longa oratione vtendum, nisi aut exspectante senatu, quod fit ambitione sæpissimè, cùm, nullo magistratu adiuuante, tolli diem vtile est, aut, &c.

Ibidem:

Docet hic locus, quo ætatis anno Romæ senatores legi possent. cùm enim Halesini de senatu cooptando leges ab senatu Romano petiuerint: non est dubitãdum,

quin ea leges imaginem quãdam Rõmani senatus expresserint. itaq; cum Pompeio, in Africam contra Domitium proscriptum, & Hiarbam regem proficiscenti, cõsulare imperium cum exercitu, adhuc equiti Romano, datum esset, dicente L. Philippo in senatu contra nescio quem, obijcientem, non oportere mitti hominem priuatum pro consule, non se illum sua sententia pro consule, sed pro consulibus mittere, laudauit eum Cicero his verbis in suasione Maniliæ legis: Quid tam præter consuetudinem, quàm homini peradolescenti, cuius à senatorio gradu ætas longè abesset, imperium, atq; exercitum dari?

Lib. 2. act. 2. in eundem:

Propriè splendor equitibus, dignitas senatoribus tribuitur.

Lib. 4. act. 2.

Negotiari licebat equitibus Romanis, senatoribus per leges non licebat. vnde in Parad. Propter auiditatem pecuniæ nullum quæstum turpem putas: cùm illi ordini ne honestus quidem esse possit vllus.

Ibidem:

Senatoria tunica à latis purpureis clauis Latus clauus dicebatur.

Lib. 5. act. 2.

Senatori nec habere, nec mercari quidquam transmare licuit. *Ibidem:*

Senatus sociorum querellas audit, crimina verò iudicibus committit.

Pro lege Manilia:

Senatoribus negotiari non licebat.

Pro

Pro A. Cluentio Habito:

Toga prætexta, sella curulu, fasces, magistratuum, non senatorum, insignia sunt: insignia verò senatorum omnium fuêre latus clauus, calcei lunati.

Ibidem:

Senatores dicuntur, quos censor in senatum legit.

I. in Catilinam:

Senatus in Capitolio, in templo Iouis Statoris habebatur: de quo sic infrà: Magna dijs immortalibus habēda gratia est, atq; huic ipsi Ioui Statori, antiquissimo custodi huius vrbis.

Pro domo sua:

In Capitolio senatus habebatur.

Pro P. Sextio:

Senatum diuersis nominibus appellat, publicū consilium, summum ordinem, amplissimum ordinem, principem ordinem.

Ibidem:

A senatu, non à populo, reges appellabantur. primū igitur in eo peccat Clodius, quòd reges per populum, non per senatum appellat: deinde quòd eos appellat, quos id nunquàm, non modò à populo, sed ne à senatu quidem postulârint.

Ibidem:

Pecunia, & legationes S. C. dabantur, prouincia verò primùm S. C. deinde lege Curiata: nisi si quum, cùm proferri legem Curiatam non liceret, eo imperio, quod senatus lege Cornelia dabat, contentus, suo sumptu in prouinciam vellet ire. quod paucissimi fecerunt.

Ibidem:

Senatus auctoritas dicitur ea, quæ, ne senatusc̄ōsultum esset, tribunorum pl. interceßione factum erat. de quo diximus in libro de Senatu. hic senatus auctoritas est summa voluntas: cùm senatusconsultū de Ciceronis reditu factum cunctus senatus magnoperè vellet.

Ibidem:

Non omnium ordinum hominibus in senatum aditus est, sed ijs tantū, qui neq; libertini sint, & CCCIↃ. millia poßideant. municipibus autem, & rusticis, et negotia gerentibus, de quibus proximè loquitur, patere curiam non dicit: quia municipales in municipijs viuunt, suuq; legibus vtuntur. rustici senatorium cēsum non habent. negotia gerentes, quia quæstum apertè curant, non valdè honorati.

Ibidem:

Non à populo, sed à censoribus, senatores lecti sunt. à populo autem deligebantur consule nominante.

Pro M. Cælio:

Multi senatores ex municipijs erant.

Pro C. Rabirio Postumo:

Ordo senatorius summus erat ciuitatis.

Pro Deiotaro:

S. C. nunquam, nisi extremis reip. temporibus, decerni solebat. de quo quæritur Cæsar lib. 1. bell. ci. Decurritur, inquit, ad illud extremum atq; vltimum S. C. quo, nisi pæne in ipso vrbis incendio, atq; desperatione omnium salutis, latronum audacia, nunquam antè discessum est, Dent operam consules, prætores, tribuni pl. quiq; proconsules sunt ad vrbem, nequid resp. detrimenti

menti capiat. Idem in ep. ad Tironem: Posteaquam senatus consulibus prætoribus, tribunis pl. & nobis, qui proconsules fumus, negotium dederat, vt curaremus, ne quid resp. detrimenti caperet: nunquàm maiore in periculo ciuitas fuit: nunquàm improbi ciues habuerunt paratiorem ducem.

Philippica 1.

Sollennes, & legitimi senatus habendi dies fuêre, Kal. nonæ, idus. quod quidem in antiquorum scriptis obseruauerim sed, interfecto idibus Mart. Cæsare, senatum eo die in posterum haberi non licuit. Suetonius, & Dio.

Ibidem:

Senatoribus, qui in senatum vocati non veniſſent, pignora auferri solebant. infra: Quid est vltra pignus, aut multam?

Philip. 3.

S. C. si vespertina, non præclara, sed turpia, & irrita non enim posti horam decimam referri vlla de re licuit. auctor: seneca lib. 1. de tranquillitate vitæ, c. 14. Et S. C. vel ante ortum solis, vel posti occasum factum, irrita fuisse, docet.

Ibidem:

Patebant valuæ templi, in quo senatus habebatur.

Philipp. 5.

Nunquàm senatus hoc, Ne quid resp. detrimẽti accipiat, nisi difficillimis reip. temporibus decernere solitus est: & cùm decernebat, summum imperium consulibus dabat: neque decretum hoc vnquàm video, quin statim ad arma, vt in præsenti reip. discrimine, ventum

sit. Decretum Opimio consule: quamprimùm C. Gracchus tribunus pl est interfectus. Decretum Cicerone consule: comprehensi illicò, & in carcere necati, qui contra patriam cum Catilina coniurauerãt. quare exponẽda vim eius S. C. Sallustius ostendit hũ verbis: Cicero rem ad senatum refert. itaq;, quod plerunque in atroci negotio solet, senatus decreuit, vt darent operã consules, ne quid resp detrimenti caperet. Ea potestas per senatum more Romano magistratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios, atq; cives, domi militiæq; imperium, atq; iudicium summum habere. aliter sine populi iussu nulli earum rerum consuli ius est. Decretum idem est L. Lentulo, C. Marcello coss. anno primo belli ciuilis Popeiani: quod quæritur Cæsar lib. 1. bel. ci. Decurritur, inquit, ad illud extremum, atq; vltimum S. C. quo, nisi pane in ipso vrbis incendio, atq; desperatione omnium salutis, latronum audacia, nunquam anteà descendium est, Dent operam consules, prætores, tribuni pl. quiq; procoss. sunt ad vrbem, ne quid resp. detrimenti capiat.

PRIMI *sententias in senatu à consule rogabantur consules designati: si modò post consularia comitia senatus haberetur: sin ante, rogabat consul arbitratu suo, non quem vellet ex omni senatorum frequẽtia, sed quem vellet è numero cõsularium. & antiquæ consuetudini dabatur, vt, quem ordinem interrogandi sen-*

tentias

tentias consul Kalendis Ianuarijs instituisset, eum toto anno conseruaret. quo ordine, Cæsar, neglecto, primum Pompeium post affinitatem consul rogare sententiam cœpit, cùm antea Crassum solitus esset. Quoniam autem, cùm designati consules fuissent, ij sententiam primi rogabantur: venit in mentem, quæri posse, vter ex ipsis designatus prior rogaretur. nec difficile est quærenti respõdere. nam me quoq; olim ex ipsa re in eandõ dubitationem adductum, & aliquandiu hærentem, obseruatio vetusti moris expedauit. Sciendum igitur, siue patricius et plebeius, siue duo plebeij designati cõsules essent, qui priore loco declaratus esset cõsul, eum in magistratu priorem quoq; sententiam rogâsse. ideoq; rogauit in re Catilinaria non C. Antonius, sed M. Cicero, quia consul priore loco declaratus: nam genere pares erant, vterq; plebeius. & lib. 1. ep. ad Att. rogat sententiam M. Pupius Piso, consul, ex familia plebeia, M. Valerius Messalla, & si patricius, tamen non rogat. plebeius igitur anteponitur patricio. cur? quia priore loco declaratus consul. Vter in magistratu prior rogaret, ostendi. quo cõgitur, & vter rogaretur, cùm designati essent. Ex nostro commentario in ep. ad Att.

Legitimi habendo senatui dies erant, Kalendæ, nonæ, idus. reliquis diebus, modò comitiales non essent, haberi quidem senatus poterat, sed certus neq; lege, neq; more statutus erat dies. positum id erat in voluntate magistratuum. Ex nostro commentario ad Q. Fr.

Animaduersione dignũ est, quod legendo obseruauimus, qui ex equestri ordine, senatorie dignitatis ad gradum ascendissent, eos inter senatores quidem esse

censos, vt, si quid ordine senatorio minus dignum admisissent senatu mouerentur, verùm eosdem, cùm deinde equitum centuriæ recognoscerentur, inter equites, quandoquidem ipsi quoque equum publicum haberent, citatos esse, vt si flagitium vllum, quod in equite Rom. dedecet, fecissent, equum publicum amitterent. patet hoc apud Liuium duorum censorũ exemplo, Neronis, & Salinatoris: quorum alter alteri, cùm census equitum ageretur, equum ademit: quos tamen ante, cùm senatorum census ageretur, in recitandis senatorum nominibus esse lectos, dubitari non potest. Atque ego huius generis ciues, minimè crediderim, sua manu, vt cæteros equestris ordinis, equum per forum traduxisse. proprius enim eorum census non in equestri, sed in senatorio erat ordine, nec equestris ordinis, sed senatorij dicebantur: nec ideo, quod equestru essent ordinis, quem adepti senatorium amiserant, sed quia equũ publicum haberent, inter equites citabantur. qui verò in senatum, etsi nondũ à censoribus lecti, iure tamen magistratus, quem aut gessissent, aditum haberent, eos video, si equites essent, equum publicum inter cæteros equestris ordinis ciues ante censores per forũ traduxisse, nec inter senatores, cùm tamen irent in senatum, esse lectos: quod de Pompeio, qui posteà cognomentum Magni est adeptus, à Plutarcho traditum obseruauimus. is enim eques adhuc nondum in senatũ lectus, consul ob virtutem ac singularia in remp. merita ante legitimam ætatem creatus (soluebantur enim legibus boni viri) equũ publicũ ipse ad censores adduxit. præclarumq; fuit populo Rom. spectaculum, consulem sua

manu

manu equum publicum ducentem intuenti. Atq; hæc quæ diximus de ciuibus Romanis & ex equestri ordine & ex plebe in senatum lectis, ita tradimus, vt ad reip. tempora spectemus. nam regum ætate solis patricijs curia patuit: cùm tamen, quod Dionysius Halicarnasseus docet, non omnes patricij senatores essent, sed alij senatores, equites, alij de plebe. vt verè diceres, senator est, ergò patricius, non contra, patricius est, ergo senator. &, quamquàm ex familijs tum patricijs, tum plebeijs senatus constaret, veteres tamen ita locutos animaduerti, vt de vniuerso planè senatu nobilitatis nomen vsurparent: quia scilicet summus ordo senatus esset, eúq; adepti prater cateros nobiles esse viderentur: quandoquidem ob virtutem, quæ nos sola nobiles, sola patricios, sola reges verè facit, dignitas illa mandaretur. Ex nostris obseruationibus.

Ex Plutarcho in Pompeio.

LIBERTINOS homines è senatu Fabius Rullus amouit, qui ex eo Maximi cognomen accepit.

Ex Velleio, Lib. 1.

Vide colonias iussu senatus esse ductas. & ibidem de militaribus colonijs.

Ex eodem, Lib. 2.

C. Marius, VI. consul, Glauciam, & Saturninum in Hostilia curia morte mulctauit.

Ex Valerio Maximo, Llib. 2.

Aditus in curiam ijs dabatur quos in ordinem se-

natorum censores elegissent. reliqui, etiam si honores gessissent, excludebantur.

Ex Eodem, eodem lib.

Ante senatus è senaculo citatus in curiam veniebat, non edicto iussus, vt postea seruatum est. Senaculus autem locus fuit, quò prius senatus haberi solitus est.

Ex Sallustio, Catilina:

Maximam potestatem senatus sine populo magistratui permittit, cùm ita decernit, Deut operam consules, ne quid respu detrimenti capiat: quo S. C. licebat ipsis exercitum parare, bellum gerere, coërcere omnibus modis socios, atq; ciues. aliter sine populi iussu eorum rerum ius consuli nullus est.

Ex eodem:

D. Iunius Silanus primus sententiam rogatus, quòd consul designatus erat.

Ex Appiano Alexandrino, lib. 2.

Senatum habituru mos erat, antequam ingrederentur, sacra facere.

Ex Polybio, lib. 6.

Senatus ærarij dominus est, atq; administrator nam & reditus omnes in eius potestate sunt, & eiusdem arbitratu impensæ fiunt. Quæstores enim sine senatus auctoritate, præter ea, quæ cõsules iusserint, ne minimum quidem, cùm opus fuerit, in rem vllam sumptum facere possunt. grauissima autem illi, ac maximæ impensæ, quam censores in quinquennales lustri apparatus faciunt. senatus præsti: ab eoq; auctoritas illa, & facultas his permittitur. iam verò de maleficijs per Italiam commissis, de quibus iudicium publicè fieri debet,

de le-

de legationibus mittendis, fœdere faciendo, rebus repetendis, bello indicendo, senatûs cognitio est: atq; hæc minimè sunt ei cum populo communia.

Ex Eodem, ibidem.

Sine S.C neq; frumentum, neq; vestimenta, neq; obsonia legionibus administrari possunt.

Ex Eodem, ibidem.

Postquàm iis qui prouincias obtinēt, annuum tempus præterierit, senatus potestatem habet aut successores mittendi, aut imperium prorogandi. atq; etiam triumphos neq; ducere, neq; vti decet, apparare cuiquā licet, nisi senatus assensus fuerit, & insumptum, quod opus sit, erogauerit.

Ex Eodem, ibidem:

Si quis ex prouincia decedere velit, populi assensū opus est. nam, vt iam dictum est, quidquid decidendū, componendúmue est, id per populum ratum, irritúmue fieri debet: & omnes, qui cum imperio fuerint, cùm id deponunt, populo rerum gestarum rationem reddere oportet. in maximis autem quæstionibus eorum maleficiorum, quæ contra rem. commissa capite plectuntur, nihil senatus exsequi potest, nisi prius eius auctoritatem populus approbauerit.

Ex Eodem, ibidem:

Si quis ex tribunis pl. intercesserit, nedùm senatus nihil eorum, quæ decreuit, perficere, sed ne sedere quidem, aut omninò in curiam venire, potest.

Ex Eodem, ibidem:

Senatus vectigalibus præest, idemq; potestatem habet diem publicanis proferendi, si quam calamitatem

acceperint, eos reuelandi, aut etiam locationem inducendi.

Digest. Lib. 1. tit. 2. de orig. iuris.

Pomponius Lib. 1. singulari. Enchridij:

Eodem pæne tempore tria hæc iura nata sunt, leges 12. tabularum. ex his fluere cœpit ius ciuile. ex ijsdem legu actiones compositæ sunt. omnium tamen harum, & interpretandi scientia, & actiones apud collegium Pontificum erat: (Cicero 1. de de Orat. & 2. de Leg) ex quibus constituebatur, quis quoque anno præesset priuatis. & ferè populus annis propè 100. hac consuetudine vsus est. Postea, cùm App Claudius proposuisset, & ad formam redegisset has actiones, Cn. Flauius, scriba eius, libertini filius, subreptum librum populo tradidit: & adeò gratum fuit id munus populo, vt tribunus plebis fieret, & senator, & ædilis curulis. Hic liber, qui actiones continet, appellatur Ius ciuile Flauianum, sicut ille, Ius ciuile Papirianum. nam nec Cn. Flauius (Valer. lib. 2 cap 1 Gellius lib. 6. cap. 9. Cic. pro Mur. Plinius libr. 33. cap. 1.) de suo quidquam adiecit libro. Deindè, cùm esset in ciuitate lex 12. tabularum, & ius ciuile, essent & legu actiones, euenit, vt plebs in discordiam cum patribus perueniret, & secederet, sibiq; iura constitueret. quæ iura Plebiscita vocantur mox, cùm reuocata est plebs, quia multæ discordiæ nascebantur de his plebiscitis, pro legibus placuit & ea obseruari, lege Hortensia: (Gel. lib. 15. cap. 27.) & ita factum est, vt inter plebiscita, & legem, species constituendi interesset, potestas autem eadem esset.

Digest. Li. 1. tit. 9. de senatorib. Marcellus. lib. 3. Dig.

Cassius

Cassius Longinus non putat ei permittendū, qui propter turpitudinem senatu motus, nec restitutus est, iudicare, vel testimonium dicere: quia lex Iulia repetundarum hoc fieri vetat.

Ibidem. Modestinus Lib. 6. Regularum:

Senatorem, remotum senatu capite non minui, sed Romæ morari, D. Seuerus, & Antoninus permiserunt.

Ibidem. Vlpianus Lib. 2. de censibus:

Senatores accipiendum est eos, qui à patricijs, & consulibus vsq; ad omnes illustres viros descendunt: quia & hi soli in senatu sententiam dicere possunt.

Digest. Lib. 23. tit. 2. de ritu nuptiarum.

Celsus Lib 30. Digestorum:

Lege Papia cauetur, omnibus ingenuis, præter senatores, eorumq; liberos, libertinam vxorem habere licere.

Ibidem Vlpianus lib. 3. ad l. Iuliam, & Papiam:

Si quis in senatorio ordine agens, libertinam habuerit vxorem, quamuis interim vxor non sit, attamen in ea conditione est, vt, si amiserit dignitatem, vxor esse esse incipiat.

Ibidem. Paullus lib. 1. ad l. Iuliam & Papiam:

Lege Iulia ita cauetur: Qui senator est, quiue filius, nepósue ex filio, pronepósue ex filio nato, cuius eorum est, erit, ne quis eorum sponsam, vxorémue sciens dolo malo habeto libertinam, aut eam, quæ ipsa, cuiúsue pater, matérue artem ludicram facit, fecerit, néue senatoris filia, neptísue ex filio, proneptísue ex filio nato, nata, libertino, eiue, qui ipse, cuiusue pater, matérue

artem

artem ludicram facit, fecerit, sponsa, nuptáue sciens dolo malo esto, néue quis eorum dolo malo sciens sponsam vxorémue eam habeto.

Digest. lib. 48. tit. 7. ad l. Iul. de vi priuata:

Martianus lib. 14. Institutionum:

De vi priuata damnati pars tertia bonorum ex lege Iulia publicatur: & cautum est, ne senator sit, aut decurio, aut vllum honorem capiat, néue in eum ordinem sedeat, néue iudex sit, &c.

Digest. lib. 50. Scauola:

Senatores nauem habere, ex lege Iulia non licet.

Ex Dione lib. 43.

Cæsar adscripsit complures in senatum, nullo in discrimine ponens, siue quis miles esset, siue libertinus, adeò vt summa senatorum CCCC fuerit.

Lib. 48.

In senatum etiam adscripti permulti non modò è socijs, militibúsue, & libertinis, sed serui etiam.

Eodem libro:

Edicto cautum est, ne quis senator dimicaret ludis gladiatorijs, néue quis seruus lictor esset, ac ne mortui intrà duo millia passuum ab vrbe tumularentur.

Lib. 52.

Omnes senatores ex æquo de pleriq; rebus sententiam ferre: sed, vbi quis senator reus agitur, nō omnes, nisi reus, aut senator nondùm sit factus, aut quæstorius adhuc sit. Est enim à ratione alienum, eum, qui nondū tribunus plebis, aut ædilis, de eo, qui hos magistratus obierit, suffragium dicere, aut hos de prætorijs, vel rursum hos de consularibus. Eodem libro:

Edixit

Edixit Augustus, ne quis senator iniussu suo permissúq; extra Italiam abiret, idq; etiã hodie obseruatur, cùm nulli senatori, aliò, quàm in Siciliam, Galliamque Narbonensem, liceat peregrè proficisci: eò autem propter propinquitatem, ac quia pacatæ sunt regiones, armisq; vacant, etiam sine venia impetrata licet quoties velint senatoribus proficisci, iis, qui aliquã ibi locorum habent possessionem.

Liv. 54.

Senatorum delectum instituit, quorum vt magnus ei esse numerus videbatur: ita plerisq; nullius erant eius existimationi pretij, quippe qui non malitiosis modò, sed adulatoribus etiam apertis infensus esset. Et, quoniam neque virtò quisquam (quod antea factum fuerat) dignitate senatoria cedebat: neque ipse solus omnem culpam, si qui ea essent delecti, sustinere volebat: triginta viros optimos (hos enim se delecturum iureiurando affirmat) ex omnibus elegit, eos iuramento eodem adactos iussit in tabellis quinq; virorum nomina, conscribere, ita tamen, vt ne ij cognatos suos inter hos referrent: deindè ex hoc quinario vnum sorte delegit, qui senator esset, pòst alios quinque eadem ratione item q; alios conscribi, ac deligi curauit, donec numerus, triginta senatorum, hoc modo conficeretur: qui verò peregrè aberant, in eorum locum alij sorte suffecti sunt. Hoc primum aliquot ita diebus actum est. Pòst, cùm mala fide quædam acta essent, non amplius quæstoribus tabulas credidit, neq; sorti quinarias ipsius classes commisit: sed ipse reliquos, qui ad explendam senatorum summam deessent, elegit, donec numerus

merus sexcentorum senatorum compleretur. statuerat quidem trecentos tantùm secundum antiquam consuetudinem constituere, abundè contentum esse debere se censens, si tot dignos senatoria maiestate reperisset: sed omnibus hoc ægrè ferentibus (futurum enim erat hac ratione, vt plures senatu mouerentur, quàm in eo remanerent, maiorq; iccirco apud vnumquemq; metus amittendæ dignitatis, quàm spes eius retinendæ erat) CD. senatores collegit.

Eodem libro:

Absente adhuc ab vrbe Augusto, senatusconsultum fuerat factum, vt 20. viri (magistratus hoc nomen est) ex equitibus constituerentur, quorum deindè nullus in senatum est allectus, nisi quem etiam alium magistratum, cuius ratione senator posset fieri, gessisset. Porrò hi viginti viri in locum viginti & sex virorum successerunt, eorum tres ad capitalia iudicia sunt ordinati, alij tres cudendo numismati præsunt, quattuor vias vrbanas curant, decem iudicijs, quæ ad centumuiros sorte deferuntur, præficiuntur: duo enim ij, qui vias extra vrbem curabant, & quattuor in Campaniam mittebantur, tunc abrogati erant.

Eodem libro.

Augustus senatum legit: &, cùm videret non semper frequentes conuenire senatores, S. C etiam à paucioribus, quàm C D. senatoribus vt fieri posset, statuit, cùm antea hunc numerum, vt rata essent, requirerent.

Lib. 55.

Si quandò casu fieret, vt non tot, quot opus erat, conue-

conuenirent, (nam praterquàm quòd imperatore præsente numerus senatorum, qui adessent, accuratè inhibebatur, idem hoc etiam fermè omnibus alijs etiam, quibus senatus habebatur diebus, fiebat) consilium quidem ij capiebant, &, quod statuissent, id præscribebatur: non tamen vim Senatusconsulti obtinebat, sed Auctoritas senatus dicebatur, quæ videlicet ostenderet, quæ fuisset sententia eorum, qui consilio interfuerant, senatorum. Idemq; hoc etiam tum obseruatum est, cùm aut loco, aut tempore alieno, aut nullo legitimo edicto vocati festinato coijssent, aut tribuni aliqui plebis intercessissent. nam hic quoq; cùm senatusconsultum fieri nequiret, tamen sententiam senatus nolebat esse occultam, quæ deindè more Romano rata foret, ac nomen senatusconsulti acciperet. Idq; ab antiquis multo tempore studiosissimè retentum, nostro tempore ferè exoleuit.

Eodem libro:

Pratoribus, cùm indignè ferrent, se, cùm honore tamen tribunos plebis anteirent, in senatu sententiam dicendi ius non habere, Augustus id iuris concessit, quod tamen tempus eis postmodùm abstulit.

Lib. 59.

Tunc enim primùm senatoribus, ne nudis asseribus insiderent, puluinaria subdita.

Eodem libro:

Tyberius quibusdam eorum, qui in ordinem equestrem allegerat, vsum vestis senatoriæ, antequàm magistratum vllum gessissent, quo in senatum aditus

paratur, concessit, vt spem senatoriæ dignitatis haberent adipiscendæ. anteà id solis patricijs permissum.

Dio scribit, ius secundæ relationis Augusto concessum à senatu. Ex quo patet, non licuisse ei, qui semel ad senatum retulisset, iterùm eâdem de re eodē die referre. Hinc illud, quod sæpè animaduertimus, concessum imperatorijs tertiæ vel quartæ relationis.

Vide de consule, priore creato, bellum indicente. Ergò et is prior senatum vocabat, eiusq; potestatis primus mensis, & fasces erant. Seruius ad illud Virg. lib. 7.

-Referat stridentia limina consul:
Ipse vocat pugnas.

Regnante Romulo, senatus in curiam Calabram à rege sacrificulo vocabatur: vt, quoniam adhuc fasti non erant, ludorum, & sacrificiorū prænoscerent dies. Seruius ad illud lib. 8. Romuleoq; recens horrebat regia culmo.

Ex Macrobio Saturn. lib. 1. cap. 16.

Mos antè à senatoribus fuit, in curiam cum prætextatis filijs introire: qui S. C. sublatus est: concessumq; vni Papirio puero, qui matrem, cupidè rogantem de re in senatu actâ, lepido commento fefellit: eiq; & Prætextati cognomentum, eiusdem senatus decreto, inditum, ob tacendi, loquendiq; in prætextata ætate prudentiam.

Ex A. Gellio, lib. 2. cap. 18.

Senatores Pedarij dicebantur, qui magistratu curuli nondum capto, pedibus itabant in curiam. nam, qui curulem magistratum gesserant, curru solitos honoris gratia in curiam vehi, C. Bassus in Commentarijs

suis

suis scriptum reliquit: cùm in eo curru sella esset, suprà quam considerent, qua ob eam caussam curulis appellabatur. Senatores autem erant, qui à censore in senatum lecti erant: cùm senatores multi non essent curulibus magistratibus functi: qui tamen ob eos honores sententia dicenda ius habebant. sententiam tamen hi, scripti in postremis, non rogabantur, sed, quas principes dixerant, in eas descendebant. itaque in edicto, quo senatores in curiam à consulibus vocabantur, hoc erat: Senatores, quibusq; in senatu sententiam dicere licet. pedibus autem senatores omnes sententiam ferebant, cum S. C. per discessionem fiebat.

Lib. 4. cap. 10.

Ordo rogandi sententias in senatu varius fuit. aliàs primus rogabatur, quia à censore princeps in senatum lectus fuerat. aliàs qui designati consules erant. quidã è consulibus, studio, aut necessitudine aliqua adducti, quẽ ijs visum erat, honoris gratia extra ordinẽ sententiam primùm rogabant. obseruatum tamẽ est, cùm extra ordinem fieret, ne quis quemquam ex alio, quã ex consulari loco sententiam primùm rogaret. Et senatori ius erat, vt, sententiam rogatus, diceret ante, quidquid vellet alius rei, & quoad vellet. quò factum est, vt multi senatores rem, qua de ageretur, perfici nolentes, diem dicendo eximerent. Lib. 14. cap. 7.

Varro in libro de Quæsitu per epistolam, in epistola ad Oppianum, scribit, qui fuerint per quos more maiorum senatus haberi deberet, eosq; nominat dictatorem, consules, prætores, tribunos pleb. interregem, præfectum vrbi, neque alij præter hos ius fuisse dixit

facere S.C. quotiesq; vsu venisset, vt omnes isti magistratus eodem tempore Romæ essent, qui eorum prior alijs esset, ei potissimùm senatus consulendi ius fuisse. Addit deindè, extraordinario iure tribunos quoque militares, qui proconsules fuissent, item decemuiros, quibus imperiũ consulare tum esset, item triumuiros reip. constituendæ caussa creatos, ius consulendi senatum habuisse. Posteà scripsit de interceßionibus, dixitq; intercedendi, ne S. C. fieret, ius fuisse ijs solis, qui eadem potestate, qua ij, qui S. C. facere vellent, maioréue essent. Tum de locis, in quibus S. C. fieri iure posset, docuit, confirmauitq; nisi in loco per augures constituto, quod templum appellatur, S. C. factum esset, iustum id non fuisse, propterea & in curia Hostilia, & in Pompeia, & pòst in Iulia, cùm profana ea loca fuissent, templa esse per augures constituta, vt in ijs S.C. more maiorum iusta fieri possent. inter quæ id quoque scriptum reliquit, non omnes ædes sacras templa esse, ac ne ædem quidem Vestæ templum esse. Post hæc, deinceps dicit, S.C. ante exortum, aut post occasum solem factum, ratum non fuisse: opus etiam censorium fecisse existimatos, per quos eo tempore S.C. factum esset. Docet deindè inibi multa, quibus diebus haberi senatum ius non sit: immolareqúe hostiam prius, auspicariq; debere, qui senatum habiturus esset. De rebus quoque diuinis prius, quàm humanis, ad senatum referendum esse. Tùm porrò referri oportere, aut infinitè de republic. aut de singulis rebus finitè: S. que C. fieri duobus modis, aut per disceßionem, si consentiretur, aut, si res dubia esset, per singulorum senten-

sententias exquisitas: singulos autem debere consuli gradatim, incipiqúe à consulari gradu: ex quo gradu semper quidem anteà primum rogari solitum, qui princeps in senatum lectus esset. tum autem, cùm hæc scriberet, nouum morem institutum refert per ambitionem, gratiamq;, vt is primus rogaretur, quem rogare vellet, qui haberet senatum, dū is tamen è gradu consulari esset. Præter hæc de pignore quoq; capiendo disserit, deq; multâ dicenda senatori, qui, cùm in senatum venire deberet, non adesset. Ateius autem Capito Tuberonem dicere scribit, nullum S.C. fieri posse, non discessione facta, quia in omnibus S.C. etiam in ijs, quæ per relationem fierent, discessio esset necessaria. idqúe ipse Capito verum esse affirmat. quod Varronis sententiæ videtur repugnare.

Ex Epitome Liuij, lib. 60.

C. Gracchus tribunus pl. pernicioſas aliquas leges tulit, inter quas frumentariam, vt semisse, & triente frumentum plebi daretur: alteram agrariam, quam frater eius tulerat: tertiam, qua equestrem ordinem cum senatu consentientem corruperat: (trecenti senatores erant, sexcenti equites) vt trecentis senatoribus admiscerētur, id est, vt equester ordo bis tantū virium in senatu haberet: & continuato in alterum annum tribunatu, &c.

Lib. 67.

Marius, triumpho de Iugurtha peracto, triumphali veste in senatum venit: quod nemo ante eum fecerat.

Ire in alia omnia, & Discedere, & Transire, pro dissentire, veteres dicebant. De quo Festus sic: Qui hoc

censetis, illuc transite, qui alia omnia, in hanc partem. His verbis præit, omnino videlicet caussa, ne dicat, Qui non censetis. Sic locutus Cœlius lib. 8. Fam. Cùm prima M. Marcelli sententia pronunciata esset, qui agendum cum trib. pleb. censebat: frequens senatus in alia omnia ijt. Et libr. 10. Cùm gratia effecisset, vt sua sententia prima pronunciaretur: frequens eum senatus reliquit, & in alia omnia discessit. Et lib. 1. ad Q. fr. Ibatur in eam sententiam. Hirtius autem libro 8. de bello Gall. Discessionem faciente Marcello, senatus frequens in alia omnia transiit.

DE

DE VETERVM DIERVM RATIONE.

SI DVO dierum in genera distribui Annum oporteat, multifariam rectè diuidetur, vt sic: Annus constat ex Diebus vel Fastis, vel Nefastis: aut sic, ex Diebus vel Fastis, vel Profestis: aut sic, ex Diebus vel Senatorijs, vel non Senatorijs: aut sic, ex Diebus vel Comitialibus, vel non Comitialibus. harum enim quattuor diuisionum, si separatim singulæ considerentur, totum Annum qualibet complectitur. Nos autem, cùm de Diebus ea, quæ scitu digna censuimus, quæque ad Romanæ historiæ notitiam valde pertinent, breuiter ostendere instituerimus, ex his diuisionibus vtemur eâ, in qua quæ maior pars est, (duas enim partes habent singulæ) ea, cum ea parte quæ in alijs diuisionibus item maior est, comparata, vberior aliquanto esse cognoscitur. incipiemus igitur à nominatis in prima diuisione, Fastis, & Nefastis: quandoquidem Fasti, quæ duarum primæ diuisionis partium plenior est, plures in Anno sunt, quàm quæcunque pars in tribus reliquis diuisionibus latiùs patet, hoc est, quàm vel Profesti, vel non Senatorij, vel non Comitiales. quòd si quis opponat, in Kalendario plures notatos esse dies littera C, quàm littera F, vnde plures significantur Dies Comitiales, quàm Fasti: itaque non rectè me à Fastis, vt à pleriore parte, exordiri: sciat, non à me Fastos modo vocari, quos notatos litera F videmus, sed omnes planè,

quibus fari tria verba, Do, Dico, Addico, Prætori licebat: quorum è numero Comitiales erant, & ij, quos in Kalendario hæ litteræ demonstrãt, EN. NP. Q. REX. C. Q. STDF. P. quibus omnibus cùm fari liceret, etiam si non id semper fieret, qua de causa notati sunt alijs literis potiùs, quàm F, vt indicetur, præter Fari, aliquid etiam fieri licuisse: non absurdè mihi facere videor, si ad Fastos, littera F notatos, qui quidem verè Fasti dici possunt, quòd ijs aliud prorsus nihil fiebat, quo Prætor à iure dicendo impediretur, eos quoque dies aggrego, quibus, Fari semper quidem licebat, non tamen, quod liceret, fieri semper solebat. vt omninò tria essent genera, quibus de singulis agetur suo loco: primùm Fasti ij, quibus fari semper & liceret, & soleret, qui notantur littera F, suntq; omnes 38. hi & propriè erant Fasti, & toti, propriè, quòd per eos, nisi cùm aliquis casus extra ordinem interueniret, nunquã Prætor ius nõ dicebat: toti, quòd Fari, horis omnibus liceret. Alterum genus fuit: Fasti ij, qui & ipsi propriè Fasti erant, sed non toti, quòd ijs quidem omnibus Fari, non tamen horis omnibus, liceret. erant autem hi, EN. NP. F. P. EN. Q. REX. C. Q STD. quas litteras infrà explanabimus. atque hi erant omnes 65. Tertium genus Comitiales fuêre, casu Fasti, non propriè, quia, cùm Comitia non haberentur, tunc Fari solùm Prætor solebat. hi modò toti erant Fasti, cùm nulla scilicet Comitia haberentur, modò ex parte, cùm haberentur illa quidem, sed minimè per totum diem. hi 184. erant. Nos igitur Fastos omnes vocamus, quibuscunque Fari liceret, siue Fasti propriè, siue non

propriè,

propriè, essent. itaque, ab his profecti, paullatim progrediemur diuidēdo, vt, qui nobis propositus est huius narrationis finis, eò perueniamus. Omnes Dies aut Fasti sunt, aut Nefasti: & Fasti, partim Festi, partim Profesti. Festos plerosque partim Fastos, partim Nefastos fuisse, vt Quirinalia, Lupercalia, Terminalia, ex Kalendario cognoscitur. quibus enim Festu diebus adscriptum est NP, ij sunt Nefasti simul & Fasti: Nefasti, priore parte, Fasti, posteriore. Dies Feralia adscriptam habet F. qui festus propriè non fuit, sed gestandæ ad mortuos cenæ dicatus dies. quod quia non hora stata fiebat, sed vt cuiq; commodum erat, ideò totus dies potuit esse Fastus. propterea, vt opinor, littera F notabatur. Festis porrò diebus, non dubito, quin omnibus haberi Senatum licuerit. cuius rei exempla sunt in Antiquorum libris admodum multa. quanquam sollemne hoc non erat, vt semper Diebus Festis Senatus haberetur, sed legitimum, vt haberi posset. sollemne autem illud, ac statum, ex more maiorum, vt Kalendis, Nonis, Idibus, haberetur. itaque in Kalendario neq; Kalendis, neque Nonis, neque Idibus littera C. quæ Comitiales dies significabat, per quos haberi Senatus non poterat, neque diebus omninò vllis Festis adhæret. Profesti dies aut Fasti erāt, aut Nefasti & omnibus Profestis Nefastis haberi Senatum licebat, Profestis autē Fastis non planè omnibus, sed ijs tantùm, qui Comitiales non essent. quibus autem Profestis haberi Senatus poterat, ijs omninò agi cum Populo non poterat. contrà, quibus Profestis haberi Senatum non licebat, ijs agi quidem cum Populo licebat, nec tamen semper

agebatur: cùm eares ex eorum voluntate pōderet, pœnes quos Populi cogendi potestas esset. non enim quod licet, id etiam necesse est. Quòd autem dixi, Comitialibus haberi Senatum non licuisse, declarāt illa verba, in epistola Ciceronis ad fratrem, quæ tertia est lib. 2. Consecuti sunt dies Comitiales, per quos Senatus haberi non poterat. & illam S. C. quod Cœlius ad Ciceronem misit, Epist famil lib. 8. Vtique eius rei caussa per dies Comitiales Senatum haberent, S. Q. C. facerent. Quibus verbis, quod extra ordinem à Senatu eo S. C. decretum est, id omninò fieri solitum non esse, dilucidè constat. ita Senatus Fastis quibusdam haberi poterat, quibusdam non poterat: siquidem Comitiales inter Fastos iam retulimus. Nefastis autem haberi omnibus potuisse iam diximus. Sanè, qui me torqueat, nodus est, mihi quidem perdifficilis, in epistola ad Atticum lib. 1. in quâ, cùm dixisset iam, Nam, cùm dies venisset rogationi ex S. C. ferendæ, paucis pòst versibus subiunxit, Senatus vocatur: quod certè mos maiorum minus ferre videbatur. nam, si Rogationi ferendæ dies est, certè Comitialis est: quòd si Comitialis, haberi Senatum non licet: cuius rei testimonio sunt ea, quæ paullò antè recitauimus, & ex epistola ad fratrem verba Ciceronis, & è S. C. nisi si factum id extra ordinem dicimus, vt Pisonis Consulis iniquissimis conatibus obuiam iretur: qui cùm esset lator rogationis, & eius Rogationis, quam ex S. C. & de religione ferebat, idē tamē erat diffusor. Comitialium magnus erat numerus: eos á fuisse dies Fastos, quod supra dixi, ita existimo, vt mihi videar affirmare posse. non enim inani

quadam

quadam coniectura, sed certa in primis, vt puto, ratione commoueor. nam in Orationibus Ciceronis, in Pisonem, de Prouincijs consularibus, pro Sextio, mentionē video fieri ea de lege, qua P. Clodius Tribunus pl. sanxit, vt omnibus diebus Fastis agi cum Populo liceret. quo fit apertum, Fastu quibusdam non id licuisse, quod vt omnibus liceret, lege Clodia sancitum est. quam tamen legem non fuisse obseruatam, demonstratum est à nobis in libro de Legibus Romanis. Nec verò mirari satis possum, cū, Fastos aliquot fuisse Comitiales, pateat, quî venerit in mentem Macrobio, Fastis, dicere, Lege agi licuisse, cum Populo non licuisse, Comitialibus autē vtrunque licuisse. quorum alterum verè dictum constat, Comitialibus, inquam, & Lege agi, & cum Populo licuisse: quia scilicet Comitiales erāt de numero Fastorum, itaq; & illud, omnium Fastorum commune habebant, vt lege agi posset, & hoc præterea proprium, vt etiam cum Populo posset: Alterum autem de Fastis diebus quibus ait lege agi licuisse, cùm Populo non licuisse, in prima parte verum esse video, in secunda, quî possit non esse falsum, haud facilè reperio. quî enim Fastis agi cū Populo non licet, cùm Comitiales omnes fasti sint, & Comitialibus agi licuisse cum Populo, tam ostenderim? dixisset hoc modo: Fastis omnibus lege agi licet, cū Populo nō omnibus licet: nihil erat, quod reprehenderes: siquidem quod docuimus, quibusdam Fastis agi cum Populo poterat, quibusdam non poterat: quibus poterat, eos si quis Fastos, aut Fastos Comitiales diceret, nō erraret. cùm dies fuerit nullus Comitialis, quin idem & Fastus: sed Comitiales potius, quàm

Fasti,

Fasti, vt à reliquis Fastis proprio nomine distinguerentur, & Comitiales item potiùs, quàm Fasti Comitiales, breuitatis caussa vocabantur. Verùm, quia libenter, quantumin me est, Antiquitatem soleo tueri. Macrobium, à quo multa didici, quasi gratia referenda loco, ita conor excusare: vt, cùm Fastos nominauit, de ijs tantùm intellexerit, qui Fasti vulgò dicebantur, non etiam de ijs, qui, etsi Fasti ipsi quoq; erant, Comitiales tamen appellabantur. spectauit igitur non verbi vim, quæ dies omnes, quibus Prætor tria verba fari posset, siue Comitiales essent, siue non, complectitur, sed consuetudinem loquendi, quòd Fastos nominabãt eos, quibus tantùm lege agi posset, cùm eos, quibus cum Populo posset, Comitiales præcipuo vocabulo mallent appellare. Quæritur hic fortasse cùm Comitiales omnes essent Fasti, ijsq; & cum Populo, & lege agi posset, cum populo, quia Comitiales, lege, quia Fasti, fieret ne simul vtrunq;. Negatur. nam, etsi licebat vtrunque eodem die, non tamen vtrunque poterat eodem tempore. cùm enim Populus in Forum cõuenisset, quid iudicibus, aut litigantibus loci relinqueretur? porrò, si vacaret locus, qui tamen posset Prætor, aut Iudices, in tanto strepitu, quantus coacta in vnum locum multitudine solet esse, eorum, qui caussas agerent, orationes attentis auribus, animisq;, vt par est, excipere. sedata mente diligenter aliquid considerantibus opus est. itaque absurdum est, credere, potuisse eodem tempore & cum populo agi, & iudicijs operam dari: sicuti Fastis ijs, qui Comitiales non erant, eodem quidem die, non tamen eodem tempore, & Lege actum, & Senatum

esse

esse habitum inuenio, sic, vt Lege ageretur primùm, deinde Senatus haberetur. quod cùm ex alijs locis, tũ ex 3. & 12. epistola libri 2. ad Quinctum fratrem intelligitur. Ergo, cùm omnes Comitiales essent Fasti, nõ quia semper Lege ageretur, sed quia semper liceret, si modò cum populo non ageretur, (nec enim vtrunque simul fieri, iam diximus) ita concludemus: Fastos, littera F in Kalendario notatos, iurisdictionem omnes habuisse: Fastu, littera C notatis. & ius dici: & agi cũ populo, eodem tamen tempore, potuisse: ideoq; Fastos eos quoq; fuisse dico, non ex eo quòd fieret, sed ex eo, quòd liceret. Hac de Fastu: supersunt Nefasti. His omninò neq; lege agi, neq; cum populo licebat. cum enim opponantur Fastis, quorum è numero sunt Comitiales, eo iure, quod omnes Fasti, siue Comitiales, siue nõ Comitiales, habent, prorsus careant necesse est. Festus etiam sic: Die nefasto apud Praetorem lege agere, religiosum erat. Caussas tamen agi, & Concionem haberi, & Legem promulgari, licebat. nam neque Caussas agi, est Lege agi: neq; Concionem haberi, aut, Legem promulgari, est cum Populo agi. qua probare singula, magni negotij non est. agitur lege, cùm Prator tria verba fatur, Do, Dico, Addico: qui est vltimus iudicij dies: cùm verò caussis audiendis Prator operam dat, Lege tunc non agitur. quare Fastos esse necesse non est omnes dies, quibus aut pro reo, aut contra reum dicitur: sed Fastum eum quidem esse, necesse est, quo Prator, aut qui iudicio praest, cum consilio iudicum sententiam ferre debet. itaque in epistola 3. libri 2. ad Quinctum fratrem, Ad 3. Idus, inquit, dixi pro Bestia, de

Ambi-

Ambitu, apud Prætorem Cn. Domitium. Quem tamen diē (est autem 3. Idus Februarij) Fastū non fuisse, Kalendariū indicat: notatur iam, vt Nefastus, littera N. nec omninò de octo diebus, qui ab Idibus appellantur, mense Februario Fastus vllus fuit, vltimo tantum die, hoc est, Idibus ipsis, excepto, qui Nefastus priore, Fastus posteriore parte fuit: notatur enim sic, N P. Conciones licet ad Populū haberentur, nō tamen Comitialis tantū die, sed & Fasto, qui Comitialis nō esset, et Nefasto pariter haberi poterāt nolo enim quenquā in eo falli, quia fortasse, agi ad Populum, & agi cum Populo, idē esse videatur: quæ diuersa sunt. nam agebatur ad Populū cùm ad Populum concionē aliquis habebat, vt Gellius docet lib. 13. cap. 5. Agebatur autē cum Populo, vt ait Festus, cùm magistratus ad Cōsilium, aut Comitia, vocabat. quod fieri Comitiali duntaxat die licebat. Concionari autē omnibus æquè diebus licuisse, exempla demonstrant. itaq;, quoties aliquod S. C. erat factum, dimisso Senatu, & S. C. ad populum recitato, magistratus aliquis, aut etiam priuatus Senator, Concione ei à magistratu data, ad Populum verba faciebat. nec tamen vlus erat dies Comitialis. nā Comitialibus fieri S. C. aut omninò Senatum haberi non potuisse, demonstratū est. & Festus hæc apertè distinguit, cùm ait: Forū est, in quo iudicia fieri, cum Populo agi, Conciones haberi, soleant. Quo die igitur, Agi cum Populo, eodem, Agi apud Populum, licebat: quo autem. Agi apud Populū, eodem. Agi cum Populo, non semper licebat. Exempla sibi quisque notet in legendo: quod facillimum est: sunt enim infinita, itaque puto me facere non ineptè, quod

quod ijs recitandis, quæ passim exstant, conterendum mihi tempus esse non existimem. Illud addendum vnum videtur: Cùm aduocabatur Concio, vt Populus aliquid suffragijs, rogante Magistratu, scisceret, tunc actum esse cum Populo, non ad Populum: cùm verò Magistratus, aut etiam priuatus aliquis, magistratu ei Concionem dante, ad Populum verba faciebat, non vt suffragia deinde ferrentur, sed vt aliquid exponeretur, tunc non cum Populo, sed ad Populum actum esse. Aliud est igitur, Habere concionem: aliud, Aduocare Concionem. Habere Concionem, est Agere ad populum: Aduocare concionem, si aduocatur, vt suffragia ferantur, est, Agere cum populo. ideo scriptâ sunt hæc apud Macrobium lib. 1. Sat. Iulius Calar Auspiciorum lib. 6 negat, Nundinis Concionem aduocari posse, id est, cum populo agi: ideoq; Nundinis Romanorum haberi Comitia non posse. Addita enim sunt illa verba, Id est, Cum populo agi, quia non semper, Concione aduocata, cum Populo agebatur, sed interdum ad Populum dumtaxat. Nundinis autem, cum Populo quidem agere, non licuit, ex quo sequebatur, vt Comitia haberi non possent: ad Populum autem agere, hoc est concionem habere, certè licuit. non enim aduersatur illud, quod à Cicerone scriptum est, lib. 4. ad Atticum: Ante diem 10. Kalen. Nundinæ: Concio biduo nulla. Quibus verbis, id quod factum non est, non id, quod non licuit, ostenditur. nam, cùm haberi Nundinis Comitia non possent, quod non ex Macrobio tantùm, verùm etiam ex Plinio libro octauo, cap. 3. cognoscitur, propterea ne concionandum

dum quidem P. Clodius, Appius, Metellus putauerunt, qui proximis diebus, Comitiorum causſa, Conciones habuerant. Supereſt de Lege promulganda id enim de tribus, quæ propoſuimus, erat tertium. Ferendæ Legi, & Promulgandæ non eadem ratio fuit. Ferebatur die tantùm Comitiali, Promulgabatur etiam non Comitiali, ſiue Faſtus, ſiue Nefaſtus eſſet. itaque C. Cato Tribunus pl. rogationem de abrogando Lentulo imperio, die non Comitiali, promulgauit. cùm enim & poſt 4. Nonas Februarij, & ante 8. Idus eiuſdem menſis promulgauerit: quod ex epiſtola 3. libri 2. ad fratrem colligitur, Comitiali die promulgare non potuit, ac ne Feſto quidem. primi enim duodecim Februarij dies Nefaſti omnes fuerunt. Haberi autem Senatum per Nefaſtos omnes licebat: nec per omnes tamen, ſed tantùm, cùm res poſtularet, habebatur, eorum Magiſtratuum, quibus id iuris erat, arbitratu. ita Senatus in hoc præſtare Populo videbatur: quòd agi cum Populo per vnum modò dierum genus, hoc eſt per Comitiales, quæ Faſtorum pars erat, haberi autem Senatum per duo genera, hoc eſt, & per Faſtos eos, qui Comitiales non eſſent, & per Nefaſtos omnes, licebat. Erant præterea Dies aliquot promiſcui, quibus totis lege agi, neque omninò licebat, neq; omninò non licebat. ſed partim Faſti erant, partim Nefaſti. horum tria erant genera: alij, prima & poſtrema diei parte, Nefaſti, media Faſti, qui dicebantur Interciſi, & in Kalendario his duabus litteris notantur, E N. quod eſt, Endotertiſi, pro Interciſi. Veteres enim Endo, pro In, vſurpabant. itaque dixit Cicero lib. 2. de Legibus: Quos endo

calum

cœlum merita vocauerint. Et Festus notat. Endoitium pro, Initium. Varro autē, lib. III. de re Rust. Endo suā domū. Alij priore parte Nefasti, posteriore Fasti: qui notantur ipsi quoq; duabus litteris N P. sed cōiunctis, hoc modo N P. quod valet, Nefastus primo. cuiusmodi fuisse dies fere omnes Festos, in specto Kalendario cognoscitur. Nonnulli, priori parte Fasti, posteriore Nefasti: qui notantur sic, F. P. quod Fastus primo, significat. quo ex genere videmus in Kalendario Vinalia fuisse. Dies eos, qui priore parte aut Fasti erant, aut Nefasti, de veteribus, quod meminerim, nemo nominat. de Fastis aūt media diei parte, hoc est de Intercisis, Varro sic lib. V. de lingua Lat. Intercisi dies sunt, per quos mane & vesperi est nefas: medio tēpore inter hostiā cæsam, & exta porrecta fas: à quo, quod fas tum intercedit, Intercisi dies: aut, quod intercisum nefas. Patet iā, his litteris, quæ sunt in Kalēdario, F. N. C. F. P. N P. E N. sex dierū genera significari, Fastos, Nefastos, Comitiales, Fastos primo, Nefastos primo, Intercisos. Quod si cui veniat in mentē, hac duarū litterarū connexione N P. non significari, quod nos diximus, Nefastus primo, sed potius, Nefas Prætori: huius opinionē argumentū primo è coniectura, vel ex ipsa potius, vt ego sentio, ratione ductū, deinde etiam Historia veteris infirmat auctoritas. argumentū est hoc. Nemo cui pauciora sufficiunt, pluribus vtitur quid opus erat, vt ij Dies, quibus adscriptum videmus N P. Nefasti esse indicarentur, duas potius litteras, quā vnam, apponere? cur N P. inquam, non N? præsertim cū Nefasti dies omnes hac vna littera, N, notentur: sicuti & Fa-

sti. eorum quasi aduersarij, vna littera, F, demonstran tur. Age, dicat aliquis, leue hoc esse, planeq; nugatorium argumentum. quod sanè mihi videtur contra. quid Ciceroni respondebitur? mẽdacij ne, & falsitatis, quasi testem corruptum, aut inscientem, arguemus? non ita vt opinor, quisquam desipiet. Sunt igitur hæc in Epistola, Risi, Ciceronis verba, libro 11. ad fratrem: Cognosce nunc Idus. Decimus erat Cœlio dies. Domitius ad numerum iudices non habuit. Quibus verbis, eũ Idus Februarij, de quibus Cicero loquitur, Fastum ex parte diem fuisse, satis constet: quandoquidem eo die Prætor Domitius, vt de reo cognosceret, sententiamq; ferret, in Forum descendit: sequitur, vt N P. quod Idibus omnium mensium, exceptis iunijs, in Kalendario adscriptum videmus, Nefastus dies omninò significari non posßit. Eodem in libro altera est Epistola, quæ sic incipit, Sextius noster absolutus est ad 11. Idus Mart. quis dies, si eo die Sextius absolutus est, certè Nefastus planè non fuit. fuit autem, cum ei sit adiunctum NP. priore quidem parte Nefastus, posteriore autem Fastus: ficuti & Idus Februarij, de quibus proximè diximus, & omnes dies, quibus in Kalendario NP. appositum animaduertimus. Aggrediamur nunc: quando & de Dierum ratione, & de litteris, eos significantibus, satis multa, atque etiam, vt arbitramur, satis vera dicta: alias, quæ à Kalendario sunt, litteras: aut concisas, eoque obscuriores dictiones interpretari: vt, quos Antiquitas capit, eorum commodo pro nostra virili parte consulamus.

KALEN-

KALENDARII ROMANI EXPLANATIO.

F. Fastus dies.

C. Comitialis.

N. Nefastus. NP.

I A N.

NON. Nonæ.

AGON. Agonalia. Ouidius.

EN. Endotercisus: pro, Intercisus. Varro, & Macrobius.

CAR. Carmentalia: quod sacra tum, & feria Carmentis. Varro.

EID. Idus.

F E B R.

LVPER. Lupercalia: quod in Lupercali Luperci sacra faciunt. Varro.

QVIR. Quirinalia: à Quirino: quod huic deo feria. ad Quinct sr. 2. Ouid. fast. 11.

FERAL. Feralia ab Inferis, & Ferendo, quod ferunt cũ Epulas ad sepulchrũ, quibus ius ibi Parentare.

TER. Terminalia: quod is dies Anni extremus constitutus. duodecimus enim mensis fuit Februarius.

REGIF. Regifugium. Ouidius. quamquam est inter Ouidium, & Kalendarium, de Die Regifugij controuersia. Ille enim assignat ei Februarij diẽ XXIII. in Kalendario autem video ad XXIV. esse appositũ. nec sane, si modo Regifugij dies N fuit, videtur esse potuisse die XXIII. hoc est Terminalibus: qui NP. dies fuit: alioqui dies idem & NP. & N fuisset.

EQ. Equiria. Varro, Festus, Ouidius.

MART.

LIB. Liberalia. Varro.

QVIN. Quinquatrus. Varro.

TVBIL. Tubilustrum quod eo die in Atrio sut orio Sacrorum Tubæ lustrantur. Varro li. V. Ouidius libr. 3. Fast. & 1. & Festus.

Q. REX. C. F. Quando Rex Comitiauit, Fas. Varro Festus. Scaliger in Festi castigationibus.

In Fastis marmoreis, qui exstant Romæ, inuenio bis notatũ hunc diẽ, IX. Kal. April. itẽ IX. Kal. Iunij. Nemo quod sciã, explicauit quis esset mos huius diei, qui ritus, quæ antiquitas. Sciendũ, Regi sacrorũ neq; magistratũ gerere, neq; verba ad populũ habere fas fuisse. propterea in Comitiũ ire illi non licebat, nisi hoc die, qui notatus est in Fastis. Ibat enim in Comitiũ sacrificij causa, quo properanter patrato protinus fuga se è Comitio eripiebat. Plutarchus: Εστὶ γοννῦ τὶς ἐν ἀγορᾷ θυσία τῷ λεγομένῳ γομιτίῳ πάτριος, ἣν θύσας ὁ βασιλεὺς κατὰ τάχος ἄπεισι φεύγων ἐξ ἀγορᾶς. Varro: Dies, qui vocatur sic, Quando Rex comitauit, fas, dictus ab eo, quod eo die Rex sacrificus dicat ad Comitiũ. Si à docto viro quarã, quid sit, Dicere ad Comitiũ,, sane nõ agnoscet Latinũ hoc genus loquẽdi. & profecto ineptũ est. Legendũ enim, Itat ad Comitium. Ita loquitur alibi: Milites appellant, quod itent, vti milites, cum ferro. Quare ob id aliter notas, quæ legebantur in Fastis, interpretabantur: Q. R. C. F. Quando Rex Comitio fugit. Quod Ouidius manifesto nos docet.

Quat-

Quattuor inde notis locus est: quibus ordine lectis,
Vel mos sacrorum, vel fuga Regis inest.

Vtrumque enim complexus est: Quando Rex comitiauit. hic enim est mos sacri, quod faciebat in Comitio. & Quando Rex Comitiō fugit. Tangit enim fugā Regis è Comitio. Plutarchus: ἀπεῖσι φεύγων δὲ ἀγορᾶς. Quid certius hoc testimonio? At Paulus: Quando rex sacrificulus diuinis rebus perfectis in Comitiū venit. immò, quando rebus diuinis perfectis abit è comitio quare eius commenticia caussa in ruderibus Festi ne vestigiū quidem apparet. At, quid aiunt docti viri? Ouidiū ignorasse, quid sibi vellent illæ litteræ singulares. quasi fas sit doctissimum poëtam ignorare, quod formularios, leguleios, litigantes, ac minimos quosque de face Numa scire oportuit. Nam, de Regifugio ipsum nō intellexisse, testis erit ipsemet, qui de eo in mense Februario ante tractauerat,

A P R.

CIRC. *Circenses.*

FORD *Fordicidia: à Fordis bubus. Bos forda, quæ fert in ventre, quod ea die publicè immolantur boues prægnantes in Curijs complures à Fordu cædēdis Fordicidia dicta. Varro l. 5. Ouid. l. 4.*

CER. *Cerialia. Varro.*

PAR. *Parilia: à Pariendo, vt ait Victorinus Afer. Alij, Palilia, à Pale: quod eo die Feriæ ei deæ fiunt. Varro l. 5. Ouidius lib. 15. Fast. Festus in verbo, Pales: &, Parilibus. Tibullus, el. 6. lib. 2. Propertius in 4.*

VIN. *Vinalia: à Vino. Varro.*

ROB. *Robigalia: dicta ab Robigo, secundū segetes. Varro.*

FLOR. Floralia Ouidius, Plinius.

MAI.

COMP. Compitalia.

LEM. Lemuria. Varro, Quidius.

LVD. MART. IN. CIRC. Ludi Marti in Circo. Ouidius.

IVN.

MART. CAR. MONET. Marti, Carnæ Deæ, Monetæ Iunoni. Macrobius, Ouidius.

IN. CAPIT. In Capitolio.

VEST. NEFPR. Vestæ, Nefas Prætori.

MATR. Matri Matutæ. Quidius.

Q. ST. DE. Quando Stercus defertur. Varro, Festus, Ouidius.

IVL.

POPLIF. Poplifugium: pro, Populifudium.

APOLLIN. Apollinares.

MERK. Merkatus.

VICT. CAESAR. Victoriæ Cæsari.

NEPT. Neptunalia.

FVRR. Furinalia.

AVG.

FER. Feralia.

HISP. VIC. Hispaniam vicit.

PORT. Portunalia.

VIN. F. P. Vinalia. Fas Prætori. Varro, Plinius.

CONS. Consualia. Plutarchus.

VOLC. Volcanalia. Varro.

OPIC. Opiconsiua. Varro.

VOLT. Volturnalia. Varro.

H. D. ARA. VICTORIAE. IN. CVRIA. DEDIC. EST. Hac die Ara Victoriæ in Curia dedicata est.

SEPT.

FER. NEP. Feriæ Neptuno.

F. EQVOR. PROB. Feriæ Equorum probandorū. Valerius Max. lib. II.

LVD. CIR. Ludi Circenses, in Augusti die natali. Suetonius, Dio.

OCT.

MEDITR. Meditrinalia, à Meditrina Dea. Varro.

AVGVST. Augustalia.

FONT. Fontinalia. Varro.

ARM. Armilustrum. Varro.

NOV.

EPVL. IN DICT. Epulum indictum.

LVD. PLEB. IN. CIRC. Ludi Plebeij, in Circo. Suetonius.

DEC.

AGON. Aganalia.

SAT. Saturnalia. Macrobius.

OPAL. Opalia. Varro, Macrobius.

DIV. Diualia, Diuæ Angeronæ dies festus. Is dies à Varone lib. V. de ling. Lat. appellatur Angeronalia, ab Angerona, cui sacrificium fit in curia. Macrob. Saturn. I. XII. Kal. Ian. feria sunt diuæ Angeroniæ, cui Pontifices in sacello Volupiæ sacrum faciunt.

LAR. Larentinalia. Varro, Ouidius, Plutarchus.

FINIS.

INDEX IN LIBRVM DE SENATV.

A B nepotibus non pronepotibus ciuium Romanorum senatorius ordo tribui solitus. 113

Accusatores, reis condemnatis, prætoriam sententiam, prætextam togam, atque etiam senatorium ordinem adepti. 30

Accusatores senatorum ciuitate Ro. donabantur. 41

Aedes sacræ non omnes templa. 52.132

Aerarium vbi fuerit. 70

Agere lege, quid. 141

Agi cum populo quibus diebus posset. 137

Agi ad populū, & Agi cū populo, qua re differāt. 142

Aliaomnia sentire, quid. 65

Aliam in partem eundi mos à Spartanis. ibid.

Allegere, quid sit. 22

Anni diuisio, 135

Antonij fœdus dissessus. 109

Apes imitandæ, quæ non vbicunque consederint, decerpunt, sed tantum flosculos suaue redolētes colligunt. 60

Apparitores ad auferendum à senatore pignus missi. 54

App. Claudium Pulchrum in prouinciam, lege perlata, iuisse, probatur, licèt dixerit se sine lege iturum. 84

App, Claud. Pulcher triumphi postulationem abiecit. 84

Aprilis mensis dies, quibus rebus darentur. 102

Athletæ infamia liberati. in lib. de Legib.

Auctoritas senatus dicebatur, cum intercederetur, non Senatusconsultum. 68.72

Auctoritas senatus, vbi nulla intercessionis mentio fit, pro ipso Senatusconsulto accipitur. 100

Auctoritas senatus quando præscriberetur. 97.99. 111.129

Auctóritates S.C. quæ. 68. 114
Auctorum nomina, qui de senatu, deque S.C. scripserunt. 66
Ausidius trib. pl. legem de pantheris aduchēdis tulit. 88
Augustini locus in libris de Ciuitate Dei. 2
Augustus Imp. veterem rogandarum in senatu sententiarum, consuetudinem neglexit. 60
Aurelia, & Ausidia leges quomodo latæ. 88
Aurelij Cottæ lex, de iudicijs. in lib. de Leg.

B.

BElla dum geruntur, nihil seditionis exoritur, bellis sublatis, otium, & opes discordiam pariūt. 80.
Bellum indicere quis poterat. 130

C.

C. Bassi locus. 54.66.130
C. Gracchi leges. 133
C. Gracchus quas leges, senatu consulto, & inuito, tulerit, 87
C. Iulius Cæsar campos lege, sine S.C. diuisit, & publicanos pecunia leuauit. 86
Cæsaris acta vt rata manerent, senatus decreuit suadente Cicerone. 112
Cæsaris locus. 45.76
Calabra curia. 130
Callistrati locus. in lib. de Leg.
Caroli Sigonij laus. 22
Cassia lex. in lib. de Leg.
Censores vbi in senatu sederent. 63
Censorum potestas quatenus pateret; & quam ob caussam maxima fuit. 11
Censu deminuto, ciues Ro. omnes in inferiores ordines decidebant, licèt id, fortunæ, non sua ipsorum culpa contingeret. 32
Censura quare in Remp. Romanam inducta. 11
Censura quarto quoque anno creabatur. 63

Ciceronis loca. 23.26.28.29.31.34.39.41.42.43.46.47. 55.56.59.60.62.66.70.77.78.81.83. locus ex primo Famil. explicatus. 84.94. alter ex epist. ad Atticum cad. locus ex lib. in Verr. emendatus. 86.87
Ciceronis locus ex oratione pro Sextio, de magistratibus, & de senatu. 7
Ciceronis memoriæ errata. 35
Circensium ludorum gratia pantheræ Africanæ in Italiam aduectæ. 88
Ciuium tria millia, præter Gracchum, & Flaccum consularem. ab Opimio consule occisa. 72
Clientelæ à Romulo institutæ. 9
Cn. Aufidius trib. pl. legem de pantheris aduehendis tulit. 88
Cn. Pompeio absoluta potestas proconsuli ad vrbem à senatu tradita: simulque alijs magistratibus, 77
Cn. Pompeius consul M. Cœlio tribuno pl. arma minatus est. 78. armatos homines in foro, & in templis tenuit. cad. armatis circumfusus ad Milonis iudicium pro ærario sedit. cad.
Cœlij locus. 45.67.68
Coloniæ iussu senatus ductæ. 124
Comitia centuriata. 15
Comitiales dies, qui. 44.137. Comitiale biduum post Kal. Ian. quo senatum habere non licuit. 46. Comitiales Ian. dies. 47
Comitialibus diebus senatum haberi non licuit. 105
Comitiales dies nonnulli fasti. 139
Concionari ad populum quibus diebus licuerit. 142
Concionem habere, & Concionem aduocare quomodo differant. 143
Consul in rogandis sententijs plus interdum necessitudini, quam dignitati tribuebat. 60
Consul poterat senatoris alicuius sententiã nõ pronũciare, ne in eam S. C. fieret. 61

Consul prior creatus bellum indicebat. 130
Consulis alterutrius menstrua potestas. 53
Consules coacto senatu quibus de rebus referrent. 45
Consules quando conuocarent. 51
Consules designati vtrum sententias primum rogarent. 59. hic mos vsq; ad Tiberij tempora viguit. ibid.
Consules senatusconsultis intercedebant. 73
Consules vno versiculo, ne Resp. detrimentum caperet, satis armati. 78. contra quos ita decretum, omnes interfecti. ead. Opimio consuli hæc potestas primum permissa aduersus ciues. ead.
Consules, licet patroni senatus, leges nonnullas, inuito senatu, tulerunt. 83
ex Consuiibus vter senatum vocaret. 53. 130
Consulibus fere solis potestatem absolutam iniussu populi senatus dabat. 76. sed, si maius instaret periculum, etiam alijs magistratibus. 76
Contrarij nomen, in rogandis sententijs, vt mali ominis, refugiebatur. 65
Coriolani causa à plebe iudicata, senatu cõcedẽte. 89
de Coriolano factum iudicium trib. pl. rescindere, senatu repugnante, noluerunt. 89
Cornelia lex, de numero senatorum ad facienda S.C. 75
Cornelia lex, de iure à prætoribus dicundo. 88
Cornelia lex contra S.C. lata. 88
Cornelia lex à Sulla lata de Iudicijs. in lib. de Leg.
Cornelij Taciti loca. 14. 16. 60. 70
Curia Calabra. 130
Curiæ singulæ suum sacellum habuerunt, & ipsa sacella Curiæ appellata. 5
Curias denas vnaquæque ex tribus tribubus habuit, quas Romulus constituit. 5
Curiata lex stipendia de publico prouinciarũ rectoribus dabat. 84
Currus, quo senatores in senatum vecti, qualis, & in eo sella, supra quam considebant. 94

Curules magistratis. 54

D.

DAmnati iudicio infami & senatu, & honoris cūctis excluſi. 39.40. quæ ob crimina senatores senatu mouerentur. 41
Damnatos de vi priuata quæ pœna sequeretur. 126
Decemuiri quomodo senatum vocarent. 53
D. Bruti querella. 84
D. Brutus de suo, stipendia militibus erogauit. 84
Decretum pro Senatusconsulto vsurpatum. 91
Decretum senatus quid. 91
Decretum senatus quomodo fieret. 92
Decretum & à senatu, & ab alio ordine fit. 93
Decretum Imperatoris, Principis Iudicis, apud Iurisconsultos. 94
Decuriones qui essent 104
Dictator quo modo crearetur. 81
Dictator primus Q. Opimius. 79
Dictator summum, & liberum imperium habuit. 81
Dies, nefasti. 46. religiosi, atri. ead.
Dies senatorij in omnibus mensibus qui fuerint. 46
Dies nonnulli promiscui partim fasti, partim nefasti. 144
Dignitas naturam in ordine vincit. 2
Dignitas senatoribus tributa. 115
Dignitatem Cicero pro ordine senatario dixit. 39
Dionis loca. 23.31.34.38.71.75.76
Dionysius Halicarnassēus citatur de locorum senatu 6.16.17 58.64. Dionysij locus expositus. 74.83
Discedere in aliorum sententiam in senatu, quid sit, & à quibus fieret. 26
Discedere in alia omnia. 65.133
Discessio in S.C. faciendo, quid esset. 53. 61.66
Discordiæ ciuiles quando exortæ. 80. qua de causſa excitatæ, & à Scipione Nasica prædictæ. ead.
Diualia dies. 151
Diuide, dicebant, sedentes, qui de singulis rebus, vt

referretur, postulabant. 62
Diuidere sententiam, quid. 62
Diuisio sententiæ in senatu, qualis fuerit, & quomodo fieret. 105
Diuisione sententiæ aliquando efficiebatur, vt altera sententiæ pars tolleretur, cum ei tribunus pleb. intercederet. 62
Do, dico, addico, verba prætoris. 136
Drusi lex, de Iudicijs. In lib. de Leg.

E.

Endotercici dies. 144
Equester ordo ex patricijs, & plebeijs. 20
Equestris census. 32
Equites pedarij. 26
Equites quē spectandi locū habuerint. in lib. de Leg.
Equites soli rē iudiciariā administrarūt. in lib. de leg.
Equites nunquam cum senatoribus iudicauerūt ante bellum Italicum. in lib. de Leg.
Equitibus Romanis negotiari licuit, non senatoribus. 115
Euenta cum caussis intelligere, longe vtilissimū. 81
Eximere diem dicendo. 62

F.

Fasti dies. 135. in Kal. & 137
Februarij dies. 49. Februarius postulatis prouinciarum, & legationibus audiendis dabatur. 49
Feralia dies, cuius generis fuerit. 137. 147
Festi dies. 137
Festi locus de suffectis senatoribus. 11. 19. 43. 46. 75. de comitijs. 13. de sententijs in senatu dicendis. 23
Flamini Diali in senatum venire licuit. 29
Fordicidia dies qui, Forda bos. 149

G.

Gabinia lex. 49
Galliæ C. Iulio Cæsari contra legem Semproniā in duo quinquennia mandatæ. 85

Gellij locus. 47. 50. 51 67 Gellius falso putauit Varronem, & Tuberonem de S. C. faciendo dissentire. 67. 73
Gracchi lex, de trecentis equitibus, qui cum trecentis senatoribus iudicarent, quomodo intelligenda, in lib. de Leg.
Gracchorum interitus. 77

H.

Historici, ne dū oratores, interdū id sibi iuris arrogarunt, vt à veritate discederent. in lib. de Leg.
Homo loco natura posterior, sed dignitate prior. 3
Honestum, quid. 74
Honor diuinum bonum. 12
Honorem Cicero pro magistratu dixit. 39
Hora, qua in senatum senatores ingrediebantur. 49
Horatij locus. 51
Hostes ex S. C. iudicabantur. 82. ad nullum magistratum prouocationem habebant. eod.

I.

Ianuarij dies, per quos senatum haberi liceret. 45. 46. Ianuario mense vter ex consulibus senatum haberet. 55
Idus Februarij, dies Fastus ex parte. 146
Imperatores ciuitatem nulla certa lege, sed pro libidine administrarunt. 60
Imperatores legem, vigente rep. ad populum latam obseruarunt. 87
cum Imperio esse, quis diceretur. 44. quomodo Imperium mandatum. 83
Imperium quibus abrogatum, ij senatu moti. 42
Indicij profiteri senatori leges vetabāt. in lib. de leg.
Iniurias principū acriter vlciscendas Tiberius Imp. dixit. 70.
Intercedendi S. C. ius qui habuerint. 50. 70. habuerūt trib. pl. à legibus sacratis. 50
Intercessio propria trib. pl. 73
Intercedendi ius, qui haberent. 100

Intercedere S.C. non tantum tribuni pl. poterát, sed omnes, qui eadem potestate, maioreue essent, quam ij qui S.C. facere vellent. 73
Intercedere, quid significet. 100
Intercessio tribunorum pl. plerunque effecit, ne altera sententiæ pars in senatu statueretur, licet Reip. conduceret. 62
Interregnum, quid, & quando esse cœperit. 18
Interrex. 78
Ire in alia omnia. 65. 133
Iudices senatorij quot, & quo tempore fuerint. 105
de Iudicijs sine populo senatus non decernebat. 87
Iudicum numerus, ex legibus quis fuerit. in lib. de Legib.
Iulia lex, de Iudicijs. in lib. de Leg.
Iura & leges Romanorum vnde ortæ, & quo modo immutatæ. 124
de Iure dicundo populus sine senatu, & contra senatum statuere potuit. 89
Ius variè à prætoribus primo dictũ, postea lege Cornelia ex perpetuis suis edictis. 87

K.

Kalendis haberi senatum mos fuit. 111

L.

LAtus clauus, & Latum clauum dare, quid. 75
Latus claus, tunica senatoris. 113. 115
Legatio libera, quæ esset, & cuius rei caussa daretur. 109. 110. senatores cum binis lictoribus liberas legationes obibant. 112
Legationes senatus consulto dabantur. 115
Lege agi quibus diebus licuerit 139. in Kal.
Lege proditionis qui tenerentur. 9
Legem promulgare, & ferre quibus diebus licuerit. 115. in Kal.
Legere senatores, quid. 11
Leges cum senatus consultis ad ærarium delatæ. 71
Leges latæ inuito senatu. 83

Leges de agris diuidendis, de regnis donandis, de colonijs, de vestibus, de frumento distribuendo, senatu non consulto, latæ. 86
Leges omnes ex S.C. latæ vsque ad annum post vrbē conditam CCLXIII. 88
Leges contra senatusconsultum latæ quam vim habuerint. 88. eandem habuerunt, quam si ex S. C. per latæ essent. ead. quando ferri cœptæ sine S.C. & senatu ægre ferente. ead.
Leges senatusconsultis sublatæ. 81
Legibus solui nemo potuit, nisi CC. senatores ad S. C. ea de re faciendum adessent 75. aliter tamen, optimatibus inuitis, factum est. ead.
Legibus solutus aliquis ex senatusconsulto. 81
Lex alia lege abrogabatur. 74
Lex Cottæ, de Iudicijs inter tres ordines communicatis, etsi inuito senatu lata, firma mansit. 87
Lex Cornelia, de iure à prætoribus dicundo. 88
Lex curiata prouinciarum rectoribus stipendia dabat. 84
Lex de tribunorum numero augendo non prius lata, quam id senatus decreuisset. 89
Lex etiam contra senatus voluntatem, rata. 87
Libertas vbi abest, virtus adesse non potest. 60
Libertinam vxorem habere quibus licuerit. 125
Libertini filius Cn. Flauius solus senatū ingressus. 31
Libertini è senatu moti. 121
Libertinorum filij quando in senatum lecti. 31. quando eiecti. 32
Liuia lex. de Iudicijs. 80
Liuij locus citatus. 7.11.24.28.37.46.55.70
Liuius improprie locutus. 25. Liuij erratum me. & eius loca. 35.43
ad Loci definitionem nihil tempus affert. 3
Locus natura prior tempore. 3
Locus vt cum tempore sit, necesse non est. 3
L. Bruti tria facinora pro statuenda libertate. 14

L. Brutus CLXIV. homines senatores creauit. 25
L. Flori locus. 77
Luperçalia. 149

M.

ex MAchabæorum libro locus. 22
Macrobius excusatus, & expositus. 140
Magistratus minores qui. 25
Magistratus omnes in senatum introibant, & post magistratum omnes, qui curuli honore vsi erant. 27
Magistratus curules. 54
Magistratus maiores, & minores, quo loco in senatu sederent. 63
Magistratum curulem qui ceperat, à censore in senatu legendo præteriri non poterat. 28
Magistratus refecti à tribunis, spreto S.C. 82
Magistratum designatum qui nocentem probasset, magistratum illum assequebatur. 63
Magistratuum insignia, quæ fuerint. 115
Manilia lex. in lib. de Leg.
Minucij consulis sermo. 88
M. Varro, quem ordinem in explicanda rerum humanarum, diuinarumque notitia secutus sit: & quibus de caussis. 3
M. Varro, acutus, & in Aristotele versatus. 3
M. Varronem secutus Manutius, quod ad ordinem attinet, in Romanarum Antiquitatum libris. 4
M. Varronis locus. 27. 51. 73
Meditrinalia dies. 151
Messallæ in libro de Auspicijs locus. 63
Motus omnis est in loco. 3

N.

NEfasti dies. 46. religiosi, atri. ead.
Nefasti dies. 137
Nefastis diebus omnibus senatus haberi potuit. 139. 144
Nefastis diebus neque lege agi, neque cum populo licuit

cuit. 141
Nicostrati locus. 44
Numerabantur in senatu senatores, qui in hanc, & in illam partem transiissent, & ex numero voluntas senatus apparebat. 65
Numera senatum, vox senatoris, qui impediebat, ne senatusconsultum fieret ob senatorum paucitatē. 71.102.105
Numeri integri apud scriptores antiquos magis vsitati, quam cum exigui numeri additione. 106
Nundinis comitia haberi non potuerunt. 144

O.

OCtauia gens quo tempore Romæ fuerit. 28
Onuphrij Panuinij laus. 22
Ordines tres fuerunt, senatores, equites, tribuni ærarij, non duo. in lib. de Leg.
Ordinis originem Philosophia patefecit. 1
Ordinis ratio, vbi pluribus de rebus tractamus, tum à natura, tum à dignitate petitur. 2
Ordo quantum venustatis, quantumque adiumenti vel ad agendum, vel ad eloquendum afferat. 1
Ordo, quem in explicanda re sequi conueniat, post rem ipsam inuentam, considerandus. 2
Ouidij locus. 149

P.

PAntheræ Africanæ, vt in Italiam aduehi possent, quando decretum. 88
Papirius Prætextatus. 30.130
Paria quæ sunt, dignitatis habita ratione disponuntur. 2
Parilia dies qui. 149
Patres cur appellati senatores. 7.16
Patres conscripti cur dicti senatores. 16
Patres, qui dicti. 108
Patriciæ familiæ, quæ à patribus, id est, senatoribus, nomen acceperunt. 7

Patri-

Patritij, qui appellati, & vnde nomen sumpserint. 108
Patriciorum munera. 8
Patrocinia à Romulo instituta. 9
Patronorum, siue patriciorum, siue plebeiorum discrimen vnde ortum. 10
Pauli Manutij liber de Magistratibus. 81. de Legibus. 82. de tribus Rebuspublicis. 84
Pecunia ex senatusconsulto dabatur. 115
Pedarij senatores. 54. 110 130
Pediani locus. 49 61. 73. 75. 78. 74. emendatus. 86
Pedibus ferre sententiam, quid. 65. 66
Philosophia ordinis originem patefecit. 1
Pignus quando senatori auferretur. 53
Plebeiorum munera. 7
Plebs, vbi, quod libet, potest, facilè insolescit, & interitus Reip. causſam præbet. 8
Plebs de nulla re iudicauit, neque suffragia tulit, nisi ex auctoritate senatus vsque ad annum CCLX. IIII. 88
Plinij locus. 98
Plotia lex, de Iudicijs, in lib. de Leg.
Plutarchi locus. 16. 17. 38. 77. 79. 83. 87. 149
Pompeia lex, de Iudicijs. in lib. de Leg.
Pompeia lex, de horis ad dicendum datis.
Pompeius consul ante legitimam ætatem virtutis ergo creatus. 120
Pontificum collegium non totum ordinis senatorij. 111
Populus interitus Reip. causſam præbuit, senatus cõseruationis. 4
Populus tria statuebat, magistratus creabat, leges sciscebat, bella iubebat, 8
Populus sine senatu largiri de publico poterat. 85
Populus sine senatu & contra senatum de iure dicendo statuere potuit. 88
Populus legitimum ius arripuit. 90

Populi plebiscita primum senatus approbabat, post. ea verò, quæ senatus decreuerat, populi arbitrio subiecta fuerunt, 8
Populo magistratus præerant. 20
Populo permittente multa per senatum transigebantur, & singula recensentur. 90
Præmia quantopere animos ad rectè agendum inflâment. 12
Præscriptionis ratio duplex, necessitatis vna, altera honoris. 103
Prætexcam pro magistratu Cic. dixit. 64
Prętextati cognomen Papirio tributum. 30.130
Prætores quando senatum vocarent. 51
Prætores edictis suis perpetuis ius dicere cõacti lege Cornelia. 87
Prætoribus sententiæ in senatu dicendæ ius Augustus tribuit, quod eis postea tempus abstulit. 129
Princeps senatus. 34. Cic. hominem consularem, non à consulari dignitate, sed à nomine principis senatus appellauit 34. vter censor eum legebat. 34
Profesti dies qui. 137
Prouinciæ exteriqúe populi Romanorũ patrocinio vtebantur. 9
Prouinciæ lege, sine S. C. mandatæ. 83
Prouinciæ regendæ tempus senatusconsulto definitum. 85. erat annuum. 85
Prouinciæ consulares, & prætoriæ, quæ, & qui ad eas administrandas mitterentur. 106
Prouincię primum senatus consulto, deinde l. curiatâ datæ. 105
Prouinciam eandem eodem tempore D. Brutus ex S. C. & M. Antonius lege habuerunt. 84
Prouinciam lege nemo inuitus habuit. 84
Prouinciarum rectores occasionem pugnandi, vt triumphi materiam, quærebant. 85
P. Clodius Regna Regibus diuisit. 86

Puluinaria senatoribus sedentibus quando subdita fuerint. 129.
Pupia lex. 47

Q.

QVæstores sine senatus auctoritate, præter ea, quæ consules iubent, nullum sumptum faciunt. 122
Q. Fabius Maximus à consulibus obiurgatus, quod cum P. Crasso de rebus in senatu decretis locutus esset. 27
Quirinalia. 47. & 147

R.

REferebant ad senatum diuersi magistratus diuersis de rebus eodem die. 56
Referendi ad senatum modus, & quibus de rebus referretur. 54
Referentibus ad senatum de eadem re consule, & tribuno pl. vter discessionem faceret, & sententiam rogaret. 56
Referentibus pluribus, vsus referendi partes sustinuit, reliqui relationem collegarum comprobarunt. 56
Referre ad senatum. 138
Regem populi Ro. natura parturiebat paulo ante Augustum natum. 70
Reges instituerunt, ne plebs iudicaret, aut suffragia ferret, nisi ex auctoritate senatus. idque vsque ad annum CCLXIII. conseruatum. 88
Reges à senatu, non à populo, appellabantur. 115
Regifugium dies. 148
Relatio ad senatum. 130
Res primum ipsa, de qua scripturi sumus, deinde ordo, quem sequi conueniat, considerandus. 1
Res sine tempore esse non potest. 3
Resp. ne quid detrimenti capiat, forma potestatis absolutæ, quam S.C. dabat. 76. vel ambobus, vel alterutri cõsuli. 77. ciuilis discordiæ causa instituta. 78
Robi-

Robigalia dies qui. 150
Rogandarum sententiarum modus, & ordo. 41. vide in voce Sententia.
Romæ euersa Carthagine, & hostili metu sublato, seditiones exortæ, quæ ad sanguinem eruperunt. 80
Romana Resp. tantũ cæteris Rebuspubl. antecelluit, quantum homo ceteris animantibus. 4
Romana Resp. tamdiu viguit, quamdiu veteres leges, & instituta maiorum viguerunt. 4
Romana Resp. nutare cœpit, vbi extraord. imperia, & cupiditas pecuniæ inuaserunt. 4
Romana Resp. tota corruit, cum ad eam confirmandam alijs consilium defuit. 4
Romanæ Reip. conseruatio a senatu manauit, interitus à populo. 4
Rom. Resp. è senatu, & populo. 4
Romanis nihil magis fuit timendum, quam ne hostes non haberent. 79
Romulus in colle Palatino vrbis Romæ sedem constituit. 5
Romulus quam moderationem in legendis centum senatoribus seruauit. 1
Romulus cum ad arbitrium suum omnia reuocaret, à senatoribus discerptus. 7
Romulus clientelas, & patrocinia instituit, & quo consilio. 9
Romulus, & alij Reges quem senatorum numerum delegerint. 16
Roscia lex. in lib. de Leg.

S.

Sacerdotes in senatum non veniebant, nisi lecti à censore, aut curuli gesto magistratu. 29
Sacratæ leges Intercedendi potestatem tribunis plebis tribuerunt. 73
Sacrosancta corpora Tribunorum pl. 73
Sallustij locus; 38.59.76

Scenam, & arenam exercentes senatu moti. 40
Scipio Nasica fata Romanis concinuit, vir prudentissimus, nec ei fides habita. 80
Scipio Nasica auctor, ne Carthago tolleretur, quod domesticis seditionibus vbs laboratura videbatur. 80
Scribendo adesse, in S.C. quid. 68. nō omnes, qui per S C. senserant, scribendo aderant. 69
Scribendo qui adessent, vbi senatusconsultum fiebat 104
Sedendi ordo in senatu. 63
Sedit inter prætorios in senatu qui prætorium homine in iudicio conuicisset. 63
Sellam curulem Cic. curules magistratus vocauit. 64
Sempronia lex de tempore prouinciarum regendarum annuo. 85 lege spreta, Galliæ Cæsari, in duo quinquennia commissæ. 85
Sempronia lex, de iudicijs. in lib. de Leg.
Senaculæ quor. 44
Senaculus locus, qui. 122
Senator antequam sententiam diceret, qua de re, & quamdiu vellet, dicere poterat. 62
Senator qui non erat, cum adesset, S. C. impediebatur. 71
Senator esse non poterat, qui Abauum ciuem Romanum nominare non posset. 113
Senator quam diu vellet, in senatu dicere potuit. 113
Senator nauem habere non licuit. 126
Senatorem creari, & in Senatum legi, non idem fuerunt. 25
Senatorē in iussu suo extra Italiam abire Augustus vetuit. 128
Senatores centum Romulus deligendos statuit, & quo modo. 5
Senatores cur patres appellati. 7
Senatores voluit Romulus omnia cognoscere, quæ ad Regnum spectarent. 6

Senatores Regum tempore quomodo suffecti. 11
Senatores populus aliquando creauit. 11. ostenditur qua ratione. 13
Senatores delecti modo patricij, modo plebeij. 12
Senatores à populo quibus Comitijs creati. 12
Senatores ad explendum trecentorum numerū quomodo creati. 14
Senatores ducenti Romæ, cum Romulus interijt. 17
Senatores trecenti quo tempore Romæ fuerint 19
Senatores à P. Valerio consule lecti. 20
Senatores ex plebe allectos fuisse, quomodo intelligendum. 20
Senatores trecenti Romæ à Prisci tempore vsque ad L. Sillæ dictaturam. 22
Senatores mille post Cæsaris interitum. 23
Senatores quomodo creati qui curulem magistratū assecuti non essent. 29
Senatores vt ex omni ordine legerentur, per tribuniciam potestatem sancitum. 29
Senatores quibus de caussis senatu mouerentur, & qui mouebantur, ignominia affecti. 36. quomodo senatu moti ius suum recuperarent. ea. 38
Senatores pedarij. 54
Senatores qua ratione in Curiam citarentur. 53. postea edicto accersiri. ea, nec solum senatores, sed etiam qui sententiam in senatu dicebant. 54
Senatores quo loco sententias dicerent. 63
Senatores, numerando senatu, S. C. impediebant. 71
Senatores quem spectandi locum haberent. in lib. de Leg.
Senatores omnes Regum ætate patricij. 108
Seuatores qui in curiā curru, quiq; pedibus irent. 111
Senatores qui erant in vrbe iubebantur adesse in senatu, nō venientibus pignora auferebantur. 111 117
Senatores Roma interdum discedebant cum senatus haberi non poterat, id est, extremo ferè Ianuario mense, atque etiam Februario. 112

Senatores quo ætatis anno legi potuerint. 113. à quo legerentur. 116
Senatores multi ex municipijs fuerunt. 116
Senatores quando, & quibus de caussis inter equites censerentur. 120
Senatores non omnes patricij, sed alij equites, alij de plebe, ex Dionysio Halicarnasseo. 121
Senatores senatu moti Romæ morari permissi. 125
Senatores quibus de rebus sententiam ferrent. 126
Senatores multos nullo discrimine Cæsar legit. 126
Senatoris accusator, senatorium ordinem consequebatur. 30
Senatorij iudices quot, & quo tempore fuerint. 106
Senatoribus negotiari non licuit. 114
Senatoribus sedentibus puluinaria subdita. 129
Senatorium ordinem Cic. appellat altiorem gradum dignitatis. 28
Senatoriam dignitatem qui consequerentur populi beneficio. 29
Senatoria vestis. 130
Senatorius ordo, quando iudicauerit ex lege victoris Sullæ. in lib. de Leg.
Senatorium ius & auctoritatem à Laconum exemplo Romulus transtulit. 6
Senatorum quod munus esset. 6
Senatorum liberis prætextatis in Curiam ingrediendi ius fuit. 30. quando sublatum. cad. eosdem Augustus post virilem togam in Curiam admisit. cad.
Senatorum nomina cur in S.C. in epistolis Cœlij repetita. 69
Senatorum certus numerus ad S.C. faciendum lege præfinitus. 75
Senatorum numerus, in senatu qualis. 102
Senatorum numerus certus nisi affuisset, senatusconsultum fieri non poterat. 102
Senatorum census. 31. 112. 113
Senatorum ætas. 113

Senatorum filij senatores non erant, nisi à censoribus legerentur in senatum. 113
Senatorum insignia quæ 115
Senatorum delectum Augustus habuit. 127.128
Senatum Augustus ad pristinum splendorum redegit. 23
Senatum qui ingrederentur, præter senatores. 24
Senatum M. Fabius Buteo ex quo hominum genere legerit. 24
Senatum magistratus omnes ingrediebantur, & post depositum magistratum qui curuli honore usi erant. 26
Senatum ingredi quibus non licuit, licet prudentia, & fortitudine præditis. 31
Senatum qua hora senatores ingrederentur. 49
in Senatum qui pedibus irent, qui curru vecti. 54
Senatum ingredi cum telo nemo potuit. 110. quibus licuerit. 116
Senatum habituri de more sacra prius faciebant. 122
Senatus conseruationis Reip. causam præbuit, populus interitus. 4
Senatus eximia dignitas, qui omnibus ordinibus, publicisque consiliis semper antecelluit. 7
Senatus magistratibus præfuit. 7
Senatus primis temporibus plebiscita approbauit, sed postea decreta senatus populi arbitrio subiecta fuerunt. 7
Senatus legendi potestas penes censores quo tempore fuerit. 11
Senatus qua ratione auctus. 11
Senatus plebi datus ex Dionysij testimonio. 20
Senatus princeps, quis. 24. eius dignitas. cad. vter censor eum legeret. 28
Senatus vbi haberetur, 43. 115. extra vrbem dabatur legatis exterorum, & ijs, qui cum imperio erant. 44. quibus diebus habitus, & non habitus. 45

Senatus vocandi qui ius haberent. 50.111.138
Senatus neque de pecunia, neque de agris, aut vrbibus legitimum ius sine lege habuit. 85. sine populo largiri de publico non poterat. 85. victis sine populo vectigal nō imponebat. 85. pecuniam pro sumptu Ti. Graccho decreuit. 87. munera legatis dedit ead. de iudicijs sine populo non decernebat. 87
Senatus auctoritas quando imminuta. 89. quomodo à senatusconsulto differat. 94
Senatus stipendium, numerum legatorum, & supplicationes decernebat sine populi suffragio. 101
Senatus quibus diebus solemni, ac stato more haberetur. 111. in Kal. 142. 148
Senatus à Cicerone multis nominibus appellatus. 115
Senatus quando habebatur, valuæ templi patebant. 117
Senatus potestas quibus de rebus fuerit, ex Polybio copiosè ostenditur. 122. 123
Senatus ærarij dominus. 122
Senatus consulendi ratio, ex Varrone. 53
in Senatu quis præstaret. 33
Senatusconsulta ante solis ortum, aut post occasum facta, omnia irrita. 49. quibus in locis fierent, 62. vsque ad L. Valerium, & M. Horatium consules arbitrio consulum suppressa, & postea promulgata 69. vbi asseruari centur ead. ad ærarium non delata, pro infectis habita. 70. quomodo impediretur, ne fierent 71. de reficiendis magistratibus inania. 81. quæ legibus aliquem soluebant 82. quibus aliquis hostis iudicabatur. 82. definitæ potestatis, si cum lege iuncta, firmissima, si sine lege, infirmiora, quam lex 83. quattuor, quibus absoluta potestas continebatur. 83. valuerint, etiamsi lege non confirmarentur. 89 de re priuata. 91
Senatusconsulti formulæ. 70
Senatusconsultis multæ leges puncto temporis sublatæ.

latæ. 81
Senatusconsulto prouinciarum rectoribus Imperiũ, sed sine stipendio dabatur. 84
Senatusconsulto prouinciæ regendæ tempus definitum. 85
Senatusconsultum factum semel noctu, vrgente necessitate. 50
Senatusconsultum Romuli tempore factum. 64. alia facta post obitum Romuli, ead. quomodo fieret. 64. quod proprie S.C. vocaretur. 66 quando scriberetur. 98. S.C. auctoritates quæ 69. interdum per discessionem, non dictis, nec rogatis sententijs fiebat. 65. alio senatusconsulto tollebatur. 74. nisi tolleretur, perpetuo valuit. ead. potestatem absolutã, & definitam quomodo daret 76. ne Resp. detrimẽtum caperet, ciuilis discordia, & intestini dissidij caussa factum. 79. cur præ lege sperneretur. 83. à Cicerone repudiatur, quia lex ex eo non lata. 87. differt à senatus decreto, 92. 93. ex Varrone duobus modis fieri solitum. 91. ne Respub. detrimentum caperet, extremis temporibus fieri solitum. 116. 117. 118. 122. antelucanum, aut vespertinum irritum. 117
Sententiæ in senatu quomodo rogarentur. 119
Sententiam dicere in senatu quibus liceret. 23. 26. qui primus rogaretur. 26. 52. 131
Sententiam à consule rogatus interdum non de consularibus vnus, sed genere consulis. 60
Sententiam diuidere, quid. 61
Sententiarum rogandarum modus. 56. 57. 58. senatores soli rogabantur. ea. qui primus rogaretur. ead. nemo non consularis, sententiam primum rogatus, 58. quam ob caussam modo dictator primum sententiam rogatus, modo etiam consulares. 58
Sententijs dictis, consul eas pronunciabat, & discessio fiebat. 62

Seruilia lex, de Iudicijs. 89
Splendor equitibus Romanis tributus. 114
Sublegere, quid. 11
Suetonij locus. 24.32.40.59.67.70.error.21
L. Sulla quos magistratus auxerit, quæque in rep. nouauerit 22
Sumptus cum Imperio quomodo daretur. 83
Supplicatio cum decernebatur, sententiæ rogabātur à consule. 67

T.

T. litteram quibus senatusconsultis subscribi solitam tradiderit Valerius. 72
Tempus est mensura motus. 3. esse non potest, nisi locus sit. 3. nihil affert ad definitionem loci. 3. antè rem constituendum fuit. 3. sine re esse potest. 3
Terminalia dies. 147
Thucydidis locus. 65
Ti. Gracchus legem de diuidendis agris, senatu non consulto tulit. 87
Transire in alia omnia. 65.134
Tribunicia potestas non ad inferendam, sed ad prohibendam iniuriam inducta. 73
Tribuni pl. quando ad senatum referrent, & sententias rogarent. 55. magistratus refici iusserunt, spreto S. C. 82. Leges, inuito senatu, tulerunt. 83
Tribuni vt augerentur, lex non prius lata, quam id senatus decreuisset. 88
Tribunorum pl. corpora sacro sancta. 86. ijs in senatum ingredi licuit. 71
Tribuno pl. Cn. Pompeius consul arma minatus. 78
Tribus, tres fuerūt partes, in quas fuit vniuersa multitudo distributa. 5
Tubilustrum dies, & qui eius ritus, quæque antiquitas fuerit. 148

V.

VAlerij Max. locus examinatus. 27. explicatus, & de sensus. 72

Vatinia lex, de Iudicijs. in lib. de Leg.
Vectigal victis sine populo senatus nō imponebat. 87
Velleij locus. 38
Venetæ Reip. magistratus. 50
Vestis senatoria 129. triumphal. 133
Verrius Flaccus. 46
Viginti viri ab Augusto ex equitibus constituti, & multis magni momenti rebus præfecti. 128
Virtus adesse non potest, vbi libertas abest. 60. ea neglecta, nihil geritur, quod exemplo prodesse possit. 74
Vtile, quid. 60

FINIS.

BIBLIOTECA NAZIONALE
ROMA